Magistri michaelis wratislavien[sis] dom

Apologia contra Lutheru[m] et disputatio Eckii

AD CAROLVM Max. Imperatorem. Et Hispaniarum Regem.

Fratris Ambrosii Cath. Ord. Præd. Apologia pro ueritate Catholicæ & Apostolicæ fidei: ac Doctrinæ Aduersus impia, ac ualde pestifera Martini Lutheri Dogmata.

INDEX OPERIS.

¶ In Primo Libro continentur undecim Doli Martini. Quibus potissimum multitudo imperita decipi potest.

¶ In Secũdo recitat̃ ad uerbũ Liber eius plenus Blasphemiis: & stultitiis circa Papæ potestatẽ / & pene ad uerbũ confutat̃.

¶ In Tertio. Confutantur omnia: quæ opponũtur cõtra Decreta probãtia Primatũ Romanæ Ecclesiæ: seu Sũmi Pont. & pariter ad uerbũ referũtur eius Blasphemiæ. Hinc agitur de claue sciẽtiæ Papæ: & potestate circa Indulgentias.

¶ In Quarto. Confundũtur / quæ peruersissime: & pernitiosissime tradidit circa sacramentũ Pœnitẽtiæ / & statum Purgatorii: & uerba sua propria apponuntur.

¶ In Quinto. Qui inscribit̃ Speculũ uniuersæ eius doctrinæ. Colligũtur hæreses: & errores absoni: quos tam cõtra ueritatem / q̃ cõtra seipsum alioquin effudit. Ipse Lector numeret si sit ocium. Sed longe melius ut comprobet.

SERENISSIMO

Principi: & Domino: Dño LVDOVICO Regnorꝫ Hũgariæ & Bohemiæ. &c. Regi. Vtriusq; Slesiæ Duci: ac Morauiæ Marchioni. &c. dño suo clemẽtissimo: STEphanus de Werbeucz eiusdẽ vestræ Serenissimæ Maiestatis præsentiæ personalis locũ tenẽs: & erga Cæsareã: Catholicãq; Maiestatẽ: ad cõuentum totius imperii generalẽ Wormatiæ celebrandũ: per eandẽ Serenissimã Maiestatẽ uestrã Orator destinatus: seruiendi promptitudinem cum fidelitate.

ABeunti nuper mihi ex Pãnonia serenissimæ maiestatis uestræ ad CAROLVM Cæsarẽ inuictissimũ: ac Hispaniarũ Catholicũ Regem: totiusq; Romani imperii illustriũ principũ generalẽ conuentum Oratori: insuetus: ac fide carẽs de Luthero rumor perlatus est: quo is lubricus alias: ac incõstans homo: & (ut inquit ille) interturbãs omia: quiue (ut Naso canit) laudẽ a crimĩe sumit. Stulte nimis Paulo etiã Apostolo nõ inferior a pluribꝰ iactabat̃. Dolui Deum testor certe plurimũ: mirabarq; hominũ quorundã nimiã ad credendũ, in rebus ꝑsertim fidei leuitatẽ. Auxit nimirũ admirationem: quod plures non omnino vulgares homines Lutherianis erroribus præter modũ cõspexerim irretitos. Quærebã subinde studiose: esset ne peritus quispiã Catholicæ ueritatis amator: qui huic homini: tanq̃ spurio Goliath: pro rei indignitate sese acriter opponeret? Hæc percunctãti mihi librum mox quispiã obtulit lætabũdus. Hic (inquit) etsi in hoc puluere desudent alii: solus Lutherianũ dogma subuertit funditus: dolos: quibus seipm primo: deinde imperitos alios decipit: aperit euidenter. Hominẽ uersipellẽ alias ad pudenda etiam usq; cunctis conspiciendũ detegit: atq; denudat. Eiusq; male iacta: inualida: atq; infirma: & secũ plerumq; pugnantia diluit: uel eruit potius fundamẽta. Subiecit

fis: qui attulit ad me librum non pauca in authoris operis huius laudem: quibus tum ingenium: tum doctrinam: tum denique uitæ mores mire hominis extollebat. Allectus iis ego: ac plurimũ delectatus: cœpi pro tẽporis angustia librum hunc ipsum cursim ac citis (ut aiunt) oculis lectitare. Reperi scriptorem felicissime: quod promiserat executum: dignusque mox uisus est: ut in omniũ contra Lutherianã hæresim manibus haberetur assidue. Percũctabar insuper an esset sufficiens exemplariorũ horum copia? Percepi uix præter hoc iis in locis alterum reperiri. Displicuit rei tam necessariæ tanta hæc penuria. Nec ad cõmunem hominũ utilitatem tũc aliud occurrebat: nisi ut quãprimum librum iterato excudẽdum meis etiam sumptibus: demandarem. Ratus aptissime reseruari: quicquid in Christi: & fidei nostræ cõmodum fuerit collocatũ. Ideo libẽtius feci: quod opus ipsum esset ab eius authore imperatori CAROLO dedicatũ. Quodque compertũ habere ẽ ipsum eũdem Cæsarem Lutherianã perfidiã penitus abhorrere. Quæ res uel hoc unico argumẽto fit satis: superque euidẽs quod per Germaniam ferme totã: sint Lutheriani libri nedũ Pontificis summi: sed Cæsaris quoque decreto: ueluti pestis maxima igni traditi: conetur que is idem Cæsar: quod re: & nomine Catholicus sit: & habeatur: equis (quod dicit) & quadrigis serpens passim Lutherianũ dogma funditus extirpare. HVNC igitur libellũ aureum Catholicæ fidei solidũ: ac tutũ clypeum: peracutũque in hostem iaculũ: nostra opera tuo nomine excusum denuo: maiestati uestræ serenissimæ: quãcitius datũ est: mittendũ curaui. Eam præsertim ob causam: quod fidei nostræ zelus in te adolescẽti quãuis adhuc: ferueat feruẽtissime: curæque sit maiestati uestræ maximæ: ut optimũ Regẽ decet: ne regnũ tuũ longo iam sæculo Christianissimũ: Lutheriano tãdem: quod absit procul: cõtagio corrumpat. Hac enim lectione & uenienti morbo occurri poterit oportune: & siqui forte fuerint eo ueneno infecti hactenus: liberari. Interim maiestati uestræ pro uiribus enitendũ: ut pestis hæc sæuissima tuo auspicio a regno ipso toto ultra Sauromatas penitus relegetur. Nec ambigendũ: quin hac ratione & inclytũ maiestati uestræ nomẽ comparatũ iri apud homines: & tandẽ pro tam morbidæ pestis euersione ingens sis ipse præmiũ recepturus in cœlis. Quod faxit Deus optimus: atque summus. Cursim hæc Viennæ sexto Nonas Martii: anno ab incarnatione Christi. 1521.

HIERONYMVS BENIVENIVS ANTO-nio Negusantio Fanensi. V. Iuris consulto. S.

LEcitanti mihi Antoni Suauiss. Validissimas illas tuas cõclusiones a quibus / quasi æneis tormentis inextricabilem: (ut sic dixerim) Martini Lutheri Labyrinthum expugnare contendis. Ecce aliud Fratris Ambrosii Catharini olim Lanceloti Politi Senensis Iuriscon. undequaq; doctiss. & a te nunq̃ satis laudati: opus offertur. In quo ille: ut est magno & excellẽti ingenio ac doctrina Vir: quẽ tu graui admodũ uulnere cõfoderas: e medio penitus tollere conat̃. Quod q̃ fœlicissime perficit. Equidem fateor cum lætitia / tum mœrore / horum operum alioqui iucundissima lectio / affecit. Lætitia / ut qui inter huius sæculi raros ac paupereulos Christi milites: adhuc aliquos superesse cerno: qui cuiusuis ecclesiæ hostis insidias detegere / & uim propulsare / & possint / & uelint. Mœrore / q; semper nouos laqueos simplicioribus Christi ouibus parari uideo. Fæcistis uos quidẽ quod uestrũ erat quod utriusq; officium: sed & alterius postulabat professio: quod deniq; pietas ac religio suo quodam iure exigere uidebatur. Sed id quidem ita fæcistis: ut non modo cæterorum horum / uerum etiam ipsius Martini (modo uelit / adapertis oculis seipsum ibidẽ quasi in nitidissimo speculo ĩtueri) oẽs siue eius (quod absit) siue per eum Diaboli ipsius / artes ac doli palam fiant: nec ullus prætera relinquatur eis locus quo confugiant: aut ubi tuto latitare possint. Multum profecto: si sapiat Martinus: multũ religio Christiana / nobis debet: quæ / tam & si super Petram illam quam defenditis fundata / sua stet mole / ac inexpugnabili uirtute inconcussa permaneat: gaudet tamen & se suos milites habere: quorũ armis / quæ sunt Scutum fidei. Lorica iustitiæ / spei Galea: & ipsius charitatis anceps & usq; ad diuisionem animæ & spiritus penetrabilis Gladius / ipsa se tueri & (quod est mirabile in oculis nostris) mortem pariter ac uitam / suis hostibus inferre possit. Reliquum est igitur / ut quem uos pro Christi nomine & honore magnis uulneribus affæcistis / is fusis ad Deum precibus / ac hisdem repetito uulnere armis / Sanctæ Romanæ Ecclesiæ incolumis representari mereatur. Vale.

Diaboli & Lutheri fallacia

MAXIMO IMPER.
ET CATHOLICO REGI CAROLO.
Humilis Pauper Frater Ambrosius Ord. Præd.
Fœlicitatem sempiternam.

OBsecro te Fœlicifs. Rex/& Gloriofifs. Impator per IESVM CHRISTVM/Verũ Deum ac Dei filiũ/unicum Dñm noſtrũ. Audi patiẽter/imo etiã clemẽter pauperẽ loqui deſiderantẽ: in auribus tuis. Obſecro nihil obſtet authoris humilitas atq; paupertas/quin ſermo ipſe gratiã inueniat corã te: ſi alioqui fidelis & ſincerꝰ reperiatᷣ: & ſi in eo Dei ueritas facile poſsit agnoſci. Veritatẽ. n. meditatus eſt iſte pauper/nõ adulationẽ. Non quærit/non agit/non procurat rem ſuam: ſed tuã potius optime Rex. Tuam. n. tibi ſtatuit ante oculos pacem ac ſalutem: dum ea ſuggerit/quæ ad amplifsimũ tuũ regnũ: cum Dei gratia & beneuolẽtia conſeruandũ: augendũq; ſpectẽt. Et quæ maxime ad ſempiternã in regno altero/longeq; & icõparabiliter beatiorẽ uitam comparandã/adiutent. An quæſo ueritas/minus erit ueritas/quia proceſſerit ex ore pauperis? An idcirco minus audiẽda/quia nõ emanat ex gutture digniore? An qa ſimpliciter potius nuditerq; prolata/q̃ ullis fucata coloribus/aut artibus exculta/ſiue ornamentis inſtructa/nõ attẽdi debeat & cuſtodiri? Cum omnis ueritas undecũq; proferatᷣ a ſpiritu ſancto ſit: ut ait Ambroſius? An pterea cõſeruatio auctioq; regni & ſolii tui/ob eam cauſam eſt negligẽda/qa ab obſcuro hoie/nõ tñ temere/ſed fideliter ac diligẽter/admoneatᷣ? An deniq; cõtemnenda ob hoc ipſum æternæ beatæq; uitæ ſalus/q; quæ ad illã adipiſcendã attinent/ab homine ignobilis atq; humilis fortunæ cõmemorentur? Abſit a Rege tanto/ut opinetᷣ tam ſtulta: quẽ ueritatem & iuſtitiam potiſsimum diligere oporteat. Abſit ab Auguſto tam nobili ad quem precipue eiuſmodi cura pertineat: ut ita prudẽtia & ſapiẽtia maiores ſuperare cõtendat/ſicut etiã fortunarũ & imperii amplitudine lõge lateq; illos anteceſsit. Abſit deniq; ab eo/qui quanto eſt maior in terris/tanto id curare debeat ſollicitius/atq; cautius prouidere/ne minor aut minimus fiat in cœlis. Non hæc dico

summe Rex quo infausta atq; infoelicia ominari uelim tāto culmini: pro quo Deo meo (scit ille) quotidiana uota suppliciter reddo. Nec quasi quicq̄ a tanta maiestate hactenus patratū tentatūue noñ erim/ quod non laude dignum & gloria merito censere possim. Sed quia ab hominū malitia, A tempoꝝ cōditione & infoelicitate: A Christianæ fidei tempore: imo (heu heu) pene interitu. A linguosorum/seductorumq; & nouorum hæresum suscitatoꝝ improba malignaq; procacitate/hypocrisi/mēdaciis & consciētiis in facie pietatis cautheriatis/nihil est iam penitus quod nō metuā. Quare Sapientiss. Rex/Clemētiss. Imperator. Porrige obsecro per uiscera misericordiæ IESV CHRISTI. Beniuolas aures tuas sermoni ueritatis. De qua si dubitare forsan potes. Suspice oculis in coelū & pete iudiciū & consiliū a Deo patre luminū: omnisq; lucis ac prudētiæ & sapiētiæ ꝓpagatore. Et ipse ꝓculdubio dabit tibi. Noli mundi sapientes consulere/ & qui præcipue in oculis suis sibi sapiant: quanq̄ magniloqui/& linguæ facultate admodum præstare/uideant. Noli adulatores blandos: mollesq; palpatores audire: neq; tādem illos / quos ambitio ad inanem gloriā: uel conturbatio atq; indignatio ad furorem/aut uindictā: uel libido feruens ad mūdi uoluptates ita detorsit / ut statuerint oculos declinare in terram. Sed uoca uiros quos Dei ueri seruos/diu sancte custodita religio/uitæq; innocētia morumq; spectata integritas / nō apud incertū uulgus: sed apud Probos honestiq; exempli homines latius cōprobauerit & cōmendauerit. Atq; eos demū qui nō ignari fuerint sapientiæ & scientiæ Dei. Interroga illos/& facile renūciabunt tibi/q̄ uerum hoc sit quod in simplicitate (sed tamē in tristitia uehementi cordis mei) zelus diuini uerbi / & maiorū patrūq; meoꝝ obedientia/tantæ celsitudini renunciare atq; exponere me coegit. Audi igitur quæ loquor/quæ cōfidenter testificor in animā meam.

MARtinus quidam Lutherus nomine/nouoꝝ dogmatū sator peruersus/& audax nimis atq; pertinax propagator/spiritali ꝓculdubio lepra laborans/lucida iā & manifesta/seducere (ut fama est cōstans) Infirmas oues Christi/& potum pestiferæ doctrinæ noxium miseris ac moribundis illis assidue propinare (reclamante prohibēteq; tota ecclesia) impie nimis ac detestabiliter non cessat. Nota hæc sunt quæ loquor. Patentia in scripturis Sanctis: Diffinita apud patres Pōtificesq; præclaros in sacris & inuiolādis Synodis roborata summorū & Sanctoꝝ Pontificū plurimis atq; in temerandis oraculis. Et eorū quoq; uitæ claritas & cōspicua sanctitas/solēni ueneratiōe orbe uni-

uerso celebratur. Explorata cõpertaq; Sanctiss. doctorũ (& ueterũ ac recentiorũ) apertissimis dilucidissimisq; sentẽtiis/rationibusq; ab eis efficacissimis cõfirmata. Et nuper a Sanctiss. Dño. D. nostro Leone Pont. Summo/canonica claraq; animaduersione recognita/ debitaq; detestatiõe explosa/& ab ecclesiastica uera doctrina merito separata atq; exterminata. Nota inq̃ loquor fœlix Auguste. Et postremo ausim dicere: satis superq; atq; pspicue præsentibus cõmentariis nostris enucleata: unde absonas & horrẽdas eius uiri ĩpietates / de suis propriis uerbis colligere cuiq; pfacile licebit. Quare Carole optime Max. & Potentiss. Rex. Si uera sunt (ut certe sunt) quæ narro. Si patentia sanis & non turbatis oculis. Si homo hic perfidus/morbidus/ ac uenenosus cõtra Dñm & cõtra Christũ dñi laborãs ibi degit / ibi uiuit/ibi indies magis ac magis inualescit & malũ perficit/ubi tu authoritate ac potestate uiges. Si ergo malum est in regno tuo. Si inde auferre uirtute uerbi tui: imo intuitu tuo/illud cõfestim potes. Si Rex sapiẽs Salomon/de Rege sapiente sic loquitur. Rex/qui sedet in solio Iudicii dissipat omne malũ intuitu suo. Et paulopost. Dissipat impios Rex sapiẽs/& incuruat super eos fornicẽ. Si (ut idem ait) mulctato pestilente/sapientior erit paruulus. Si multi qui hanc neglexerunt salutiferã iustitiam/etiã summi Imperatores/inciderũt in iram Dei: & in exitum coram hominibus & coram Deo pculdubio Infœlicẽ/ omniq; plenũ miseria. Si per contrariũ/qui nõ segniter pro morbis morbosisq;/Christianæ religioni aduersantibus/extirpãdis hominibus/sed fideliter atq; sedulo laborarunt/summam sibi in terris / & in cœlo laudem atq; gloriam cõparauerunt: ut tu satis de historiis ueterumq; monumẽtis/ueluti sapiens Rex (opinor) abunde perdidicisti. Quid erit quæso quod te ab hac iustitia & ueritate: aut saltem diligenti ueritatis inquisitione (ut recte tibi consulit iste pauper) possit merito abstrahere/uel tantillum auertere aut amouere? Ego certe de tanto Rege longe mihi meliora promitto. Apud quem iam superuacuum iudico plura addere: ut rem Christi persuadeam esse suam/qui a Christo tanta (uix in lucem proditus) accepit quanta admirari nostrum sæculum nõ satis potest. Sed iam bene uale in Christo: & in æternũ uiue/Rex semper fœlix atq; Auguste Carole clementissime: certo certius sciens/neminem bene ualere posse / qui in Dño IESV CHRISTO non ualeat: per quẽ solum Reges regnant & Potentes loquuntur iustitiam.

Cui Gloria & Potestas in æternum. Amen.

FRATRIS AMBRO-
SII CATHARINI ORD. PRAEDICAT.
in Apologiam Catholicæ ueritatis. Aduersus prauorum & impiorum Dogmatum suscitatorem Martinum Lutherum. Præfatio.

CVM diu infaustus infœlixq; rumor: ex ore multorum assidue meas aures uerberasset: excitatum in Germania temerario ausu: diabolicoq; suasu/hominē: qui nonnulla in medium proponere/disputare/atq; in publicum: æditis etiā cōmentariis aduersus sacros. Ro. Ecclesiæ potestatē: eiusq; Sanctiss. Caput/ & sanctorū multis tēporibus uniuerso orbe receptā/probatamq; doctrinā: pertinaciter asserere nō uereatur. Adductus sum tandem: pro rei indignitate atq; insolētia: de hominis tam peruersi ingenio atq; studiis: paulo sollicitius inquirere. Et (quod tutius semper censui) nō adeo facile priuatis quorūcūq; testimoniis (in his pſertim diffinitionibus quæ ad fidem pertineant/ q; nō sine graui periculo fiant: ut ait August.) aut firmiter adhærere/ aut per omnia assentiri. Quippe cum nō paucis iampridē exemplis edoctus essem: non modicā capere plerosq; hominū uoluptatē/ cum supra q̄ se rei ueritas habeat: & id quod alter ab altero accepit/in huiusmodi nouitatibus: addunt aliquid/aut apponunt de suo. Paraui igitur mihi / ad hanc rem pertinētia/ quepiam huius hominis dudū uulgata opuscula: & uix ea percurri/cum lepram hinc inde aspersam lucentemq;/ac manifestā perfacile agnoscēs: non solum uera cōprobaui omnia/quæ de isto iniquitatis filio: immo magis patre iniquitatum: multo antea acceperā. sed & præter ea longe plura: atq; admodum pestilētiora deprehēdi/ut facile tanq̄ de proprio chirographo. probauerim de scriptis suis: nō solū illum diuinæ atq; humanæ sciētiæ: sed ipsius etiam humanitatis penitus expertē esse. Nihil Dialecticæ artis: nihil philosophiæ nosse: Diuina atq; humana iura pro arbitrio peruertere/atq; īuoluere: omnia cōmiscere: cōfundere: nihil distinctū: nihil enucleatū/pati posse. Scripturas/ad ea quæ sibi ipsi confinxit monstrosa sensa: ita infœliciter: ita uiolenter attrahere: ut

plerumq non aliis magis, q̃ quibus ipse innititur locis, expugnari ualeat. Et (quod mirabilius est, quodq ego ipse qui uidi: qui cōprehendi: qui detexi: qui deniq compertum habui, atq adeo habeo: uix tamē possum credere) non facile estimare ualeas: utrum secum magis q̃ contra alios pugnet: adeo nunq̃ sibi constans est: adeo semper peruersus & cōtentiosus. Et ut impleret in eo quod scriptum est. Non est in ore eorum ueritas. Tanta atq adeo patētia passim iactat mendacia: tantas assidue struit calūnias: ut, uel hoc solū maximi loco miraculi mihi fuerit: q putauerit posse illa ab oculis hominū abscōdere. Illud uero longe incredibilius, q̃tum sibi placeat: q̃ magnifice & gloriose sese efferat atq extollat: cum cæterorum despectu & cōtumelia: & ibi maxime (quia. s. tunc magis est opus) ubi maxime & decipit & decipitur. Nam quē putamus hunc esse in oculis suis? harundinem uento agitatam? aut homūculum non mittentē manum ad fortia? cum ille sit, qui non aduersus unum aut alterum inire pugnam: & doctorum & sanctorum: nec unum aut alterū, aut etiam plura eorum errata, reprehendere atq eludere. Sed omnes pariter, quos ab hinc multos annos Christiana sibi religio delegit ac statuit pro magistris, quātalibet sanctitate & authoritate fulgentes, uniuersamq simul eorum doctrinā: multis nominibus carpere, cōtemnere & irridere nō uereatur. Et quanti eum facere Romanorum Pont. decreta ac sanctiones, titulis etiam sanctitatis præstantium, arbitramur? Malo suis ipse uerbis proferat: qui illa Frigidissima, Lāguidissima, Ineptissima Deliramenta Paleas: & quidem miseras paleas uocat. Et quia (ut ipse fatetur) hactenus nimis modeste erat locutus: ideo seipsum corrigens, addidit. Impiissima & cōtra Euangelii ueritatem: eorumq auctores (etsi nonnulli & Sancti & martyres fuerint) in crassa, diuq nota nimis, hæreticorum uersutia, in notarios uertens: Adulatores, Temerarios, Canes, Belluas, Porcos, Ambitiosos, Impios, uocat: & aliis prophanioribus (sicut uidebimus) titulis inhonorat. Taceo quātis præsertim in Thomā furiis, & in Bonauēt. & alios quātiuis nominis uiros agitetur: quos nō Sinceros: nō Euāgelicos: non Christianos: non Paulinos theologos. Sed Dialecticos: Peripateticos, Pictagoricos, Temerarios, Scholasticos. i. illusores (Sic enim ipse exponit) Thomistras, Thomastros, Improprii istas. (Sua. n. hæc sunt quæ fingit ad illudendū uocabula) & indignis

Modestia martini.

Nota Lector.

quibusdam aliis uocibus: de Theologica officina sua excussis/co/gnominare nõ erubescit. Scilicet/Rhetor tam cordatus aliter uni/uerso orbi facere manifestũ non poterat: se uere hæreticũ esse: nisi etiam in Thomæ doctrinã: immo in illam præcipue: contra eius/modi bestias singulariter nobis datam diuinitus: apertis tum ca/lumniis/tum blasphemiis/inueheret. Neq; commode aliter pote/rat uir circũspectus indicare: super omnes qui uiuant se illusorem esse: nisi fingens etiã nomina ut illuderet/facile declararet/uniuer/sam latinã linguã ad illudendũ satis ei nõ fuisse. Quare cogitanti mihi: utrũ tã stulto homĩ respõdere/operepreciũ ducerẽ sat opor/tune notũ sapiẽtis consiliũ sese offerens aniaduerti. Nõ rñdeas stulto iuxta stultitiã suã/ne ei sĩlis efficiaris. Rñdeas stulto iuxta stultitiã suã: ne sibi sapiens esse uideat. Ex quo capere facile licuit: id mihi respõsionis genus tãtisper ꝓhiberi: quo fieret ut nõ min⁹ ipse rñdens accusari stultitiæ nomĩe ac merito rephendi possem. Si forsan non zelo domus Dei: pro iustitia/ueritate/fide/saluteq; animarũ ex ꝓfessione laborans: sed potius inanis gloriæ/fauoris/q; humani/aura transeũte/pellectus/inuicem prouocans: inuicem maledicens: perpetuis atq; inefficacibus cõtentionibus deseruirẽ. Quanq̃ enim uere non sit ille dignus: in quem/uel oculi cuiusq̃/ne dum studia qualiacũq; conuertant. presertim q̃ talium homi/num ingenia dura atq; superba: neq; ulli cedentia rationi/neq; cu/iusq̃ obedientia disciplinæ/dignius eluduntur ac durius cõfrin/guntur/si contẽnas/q̃ si resistas. Didici tamen maiorũ exemplis/ non esse propterea relinquẽdos infirmiores: qui quouis perflãte uento/& quibuscunq; causis impiæ doctrinæ fauentibus/in stulta deliramẽta impelli/& facilius a ueritate seduci possent. Cum igit̃ uniuersa huius pestiferi hominis doctrina (sicut & omniũ hære/ticorum) de labiis iniquis & lingua dolosa procedens/nõ nisi do/los & iniquitatẽ contineat: tunc demum in manifesto ponetur ini/quitas cum dolos primum quibus tegitur & quibus decipere co/natur rude uulgus/paulo diligentius secernã atq; ostendã. Quid igitur detur/aut quid apponatur mihi ad linguam dolosam: nisi sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis: hoc est/ueri/tas Dei in scripturis sanctis & sanctoꝝ exempla (ut ait August.) in charitate non ficta. Aut magis (sicut se accinxit dilectus Deo iuue/nis in Goliatth.) quinq; limpidissimi lapides de torrente sumpti/

& pastorali Pera educendi:idest dura in proteruos/Dei uerba: & sensus claritate fulgentia:de torrente.s.scripturarũ: deq; pera pastorali.i.scrinio sanctæ semper / & ueridicæ ecclesiæ educenda. ut Philisteus pessimus/primo primi lapidis ictu in frontem percussus/occidat ut meritus super terram. Procedat igitur nunc iam uir iste spurius & incircũcisus. Qui uociferatur doceat me qui potest: & proferat qui habet meliora: & singulos ad certamen inuitat/sicut gigas Goliatth/Gladio fidens.i.lingua maledictorum: sicut scriptum est. Lingua eorum gladius acutus. Et hastam tenens/qa in principibus & filiis hominũ in quibus non est salus/longitudinem posuit suæ spei. Et demum clypeo tectus/quia in duritia pertinaci/proteruis & procacibus dolis/frõtem operit. Et his armis fretus:omnibus minitans: omnes despiciens: impius Philisteus irruit in Israel. At nos in nomine domini sabaoth/ Dei agminum Israel cui exprobrare maledictus nõ cessat festinãtes occurramus ei ex aduerso:manifestũ facietes omni terræ/quia nõ est dominus Deus extra Israel/& ut noscat uniuersa ecclesia hæc:quia nõ in gladio neq; in hasta saluat dñs in cuius manu est oĩe bellũ.

Vrgeat igitur nũc iam & grauius inuratur suis dolis & in cõspectu ueritatis reducat in nihilũ. Immo sic deniq; ad fœdiora maledicta & alia dogmata mõstrosiora euomẽda (si qua cõtinuit) excitetur & cõpellatur: ut ipse met ampliore mẽsura/id quod uolum⁹/pstet nobis uel inuitus:ut.s.sponte sua nudatus/& ante omniũ oculos uniuersam animi pestẽ palã pferens/uelut abominatio & anathema pessimũ/putridum fœtẽs/q; membrũ/& merito Sathanæ traditũ/unanimi cõsensu a fidelibus oĩbus abhorreat ac deuitetur: & appareat Dei summi ueritas intemeranda. Cui laus & imperium in sæcula. AMEN.

fidemus ... in ...

AVTHOR ad Lectorem.

SCio Lector/scio facile offendi te posse de scriptis nostris: siue iniquus eris siue æquus arbiter. Neq; .n. sine errore ullo penitus/me scripsisse cōtenderim. Scit tamē Deus quē inuoco/q̄ nihil aliud/sua ueritate potius quesiuerim. Scit Deus/q̄ nec uolui/nec uolo: aut dicere aut dixisse quicq̄: quod nō sit in doctrina sua sanum atq; probatū. Deus inq̄ scit/cordiū omniū æstimator atq; scrutator/q̄ sponte ac syncere me subiicio non ecclesiæ tantū (De cuius iudicio quid sentiam/opinor perspicue satis ostendi) sed citra differentiā cuilibet melius sentiēti. Quod si paulo interdū iratior aut uehemētior in hunc diabolicū uirum cuiq̄ fortassis uidebor. Illud obsecro cogitet: quisquis is est/cum quo mihi res fuit q̄ pestifero & peruerso homine. Excōicato. Maledicto. Impio. Seductore: tantorūq; satore zizanio℞ & scādali/in medio templi Dei. Patre deniq; omnis superbiæ & arrogātiæ. An ego cadaueri tam putrido reuerentiā ullam debui? An frustra docuerit me Paulus eiusmodi prophanos homines durius esse increpādos? An gloriosissimi Dominici patris nostri nequicq̄ essem filius? qui in canis figuram contra feras istas bestias/suæ matri est ostensus? An non igit̄ oportuit unum ex eius catellis (q̄q̄ abortiuū/ut Pauli uerbis utar) me fieri? Alioquin/quō de sapiētis consilio respōdissem stulto iuxta stultitiam suam? Quomodo si frigidius essem locutus/id effecissem ne sibi sapiens esse uideret? Si nō in loco insuper tantū illusorem illuderem/quo pacto os illud impudentissimū cōfudissem? Ac si nō illum enudassem usq; ad pudenda: quomodo/eius laicis/in quibus fidit: tantæ insaniæ/tam uecordis magistri patuissent? Sed quid me amplius excusem? Cum per Dei gratiā paratus sim omniū reum esse accusationū. Modo unam hanc solam & patentissimā ueritatem/ab animis omnium Christiano℞/uel extorqueam. Martinū hæreticū. Martinū schismaticū. Martinū totius superbiæ & temeritatis principē. Nam ad gloriā omnipotētis Dei & domini nostri IESV CHRISTI ac MARIAE.

Ego Frater Ambrosius in diuina gratia & conspicua ueritate fidens/rationem reddere me offero/& quantum possum obligo/de omni uerbo quod pro Christi doctrina in dogmata impiissimi huius uiri locutus sum.

LIBER PRIMVS QVO MARTINI DOLI: qbus crassum uulgus conat̃ decipere ꝑspicue manifestant̃.

¶ PRIMVS Dolus: in quo mendax: imperitus: pertinax: sibiꝗ ipsi contrarius: ex suis uerbis facile deprehenditur.

PRimus itaꝗ dolus/ quo ipse primũ (ut debuit) merito est cõprehensus/ hic est: in ope quod Leoni Pont. Maxi. inscripsit/ his uerbis ꝓtestat̃. Primũ ꝓtestor me prorsus nihil dicere aut tenere uelle/ nisi qđ in/ & ex sacris lr̃is primo/ deinde ecclꝫiasticis pr̃ibus ab ecclesia Ro. receptis hucusꝗ seruatis/ & ex canonibus ac decretalibꝰ Pontificiis habet̃ & haberi põt &c. Et paulopost ita subinfert. Hac mea protestatione credo satis manifestũ fieri/ ꝙ errare potero/ sed hæreticus nõ ero. O sapientẽ & in primis uerbis admodũ circũspectũ hoĩem/ & de quo recte scriptũ est. Initiũ uerborũ eius stultitia: Et qũo per hanc tuã protestationẽ fit manifestũ ꝙ errare poteris/ sed hæreticus nõ eris? Nunqd ne ꝓtestatio? an cordis potius rectitudo/ uendicat nos ab hæresi? nullus ergo hæreticus unq̃ ita protestatus est? Quæ lex? quæ rõ? quæ Theologia tã remota te docuit/ sola ꝓtestatione fieri manifestũ qđ aĩo lateat? Nunqd pro se idoneũ qlibet afferat testimoniũ? Si ita sit/ iam cuiꝗ patebit occasio: qcũꝗ hæresim iure disseminare/ & impune religionẽ eludere/ & se a crimine uẽdicare/ cũ ita fuerit ꝓtestatus. Etenim uel tua irrefragabili authoritate/ dicet: manifestũ est/ ꝙ & si errauerim hæreticus tñ non fui: quia sum ꝓtestatus. Et Martinus ꝓbat/ fieri isti usmodi protestatione manifestũ/ nemĩnẽ talẽ hæreticũ eẽ posse. At nos Martine longe aliter in nostra Theologia didicimus: Et si Paulini Theologi nõ simus sicut tu es. meminimus tñ Paulũ dicentem. nõnullos esse qui uerbo quidem Deum cõfitentur/ factis autem negant. Est & euangelium Dei quo accepimus. ꝙ non oĩs qui dixerit: Domine domine: sed qui fecerit uoluntatẽ Dei hic ꝓbatur. Vnde docemur neꝗ sufficere/ neꝗ fieri manifestum nudis uerbis bene dicere & protestari/ nisi illud opere fiat qđ dicit̃ & ꝓtestatione promittitur. Eadem enim prædicant (ut ait Grego.) sæpe mali quæ & boni/ uniuersales quasdam iactitãtes diu tritas &

In confesso receptas propositiones. Alioquin si statim in ipsis fori bus quis delinquat/& apertam contumaciam atq; iniquitatẽ nul lo colore excusare aut simulatione obtegere procuret/quo pacto q̃so decipiat? Sed diutius peccatũ(omnino a fructibus cognoscen dum ut nobis promisit ueritas)latere non potest. Ebulliens enim atq; sui impotens superbia & insolẽs arrogãtia/ut aliq̃n erumpat necesse est. Ecce enim tu linguose homo/qui solum fidis in uerbis mendacii. Et quicquid uenit in buccam loqueris. In primis uer bis deprehẽsus es. An experimentum q̃rimus/q̃ hic nouus Pau linus Theologus loquitur quicquid in buccam uenit? Equidẽ pu tarem hoc sufficere/q̃ asserit fieri protestatione manifestum/erran tem hæreticum non esse. Verum si hoc nõ est satis. Ex ore suo de niq; iudicetur seruus neq̃. & mentiar ego si non ita scriptum legi tur post responsionem illam egregiam: quam ad Magistrũ. S. P. direxit. q̃ ex tempore & ut in buccam uenit cursim/ & duobus di ebus iustum illud uolumẽ apologeticũ reddens/respondit. Quid igitur experimentum quærimus/an in illo sicut in Paulo loquat̃ Christus? Quem etiam gloriari non piget, loqui penitus quicq̃d in buccam uenerit: quasi nõ abunde pateret ex dictis suis/nisi etiã proprio testimonio idipsum confirmaret. Quid ergo sperãdum de homine tam ueloce ad loquẽdum? Vidisti(inquit sapiens)ho minẽ uelocẽ ad loquendũ. magis sperãda est stultitia q̃ eius cor rectio. Sed uideamus si Aug. protestatus sicut tu/eo ꝓcesserit quo tu/ut diceret. Illiusmodi protestatione fieri manifestum/quod tu ais: Minime. sed potius quia uidebat sic fieri manifestũ de cordis simplicitate nõ posse: ad illud tandem confugiebat. Senti de Aug. quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia nõ accuset. Quo fit/ut non magnopere miremur. eum qui de puritate conscientiæ capere fiduciam non potest/saltem in mendacii uerborum effusio ne confidere. At memineris duo super te caputq; tuum imminere iudices Martine. Deus & homo. Deus aũt non irridet. uerba da re Deo impossibile est/homini difficile. Nouit ille abscondita te nebrarum & secreta cordis. Iudiciũ eius secundum ueritatem est. Reddet in eo unicuiq; secundũ sua opera. Homo aũt interim so la hac protestatiõe certus nõ fit. Potuisset(fateor)capere coniectu ram: si modo facta uerbis responderẽt. An quia cõtradicunt aper te, homo factis fidẽ habet. Ex quibus in uerbis manifestũ agno

Paulus

fcit dolū. Ob eā causam Io. Gerson / Egregius ac prudēs Doctor tractatū de ꝓtestationibus facit (ut ipse testat̃) qa hæretici praua mēte / sæpe ita ut catholici ꝓtestant̃: & ideo ꝓtestatiōibus nō satis fieri latius ostēdit. Nō igit̃ tua hac ꝓtestatiōe Martine securus es / ēt apud hoīem iudicē. Requirit enī homo iudex: ut facto uerba firment̃. Quod si pertinaciter detrectas: si factis in uerba pugnas. quis dubitet / ꝙ dolo & mente simulata / es ꝓtestatus? Aut saltem ꝙ uana redddita est illa ꝓtestatio quā factis destruxisti? Immo si uerbis etiā cōtrariis tu ipse cordis ptinaciā manifestissime cōfiteris: quis nō agnoscat duplicitatē? Quis a mēdacio excuset? Quis ab animi obstinatione defendat? An nō in eodem ope ad Leonē: ubi pœnitēs etiā simulatæ huius modestiæ tuæ. In uerba hæc ꝓtestatiōi tuæ manifeste cōtraria / erumpis? Sic enī ibi legit̃ ad litteram. ¶ Et ut aliqn̄ audax sim: ea quæ iam dixi ꝓtestor me nō dubitare. Sed paratus sum ignē & mortē suscipere pro illis: & hæreticū asserā oēm qui cōtra sapuerit. ¶ Quid regrimus ulterius a ptinace? Quid maius? Quid manifestius? etiā ignē & mortem sustinere paratus est pro opinionibus suis illis / quas asserit. Quid si hæc e cœlo indubitata reuelatione accepisset? At nō modestius esset locutus? Saltē cōferri hæc cū ecclesia pateret̃ Paulinus Theologus: sicut Paulus euangeliū suū cōferre nō detrectauit. Hæreticū asserere uult qcunqꝫ cōtra sapuerit: hæreticū Thomā & Bonauenturā & cæteros oēs quos scholasticos appellat: qui eoꝝ sequūtur doctrinā / facit. quia contra eū (quod & ipse fatetur) in illo loco specialiter sapiūt. O linguā p̄cidendā. Et quia tota eccl'ia hoc ipsum sapit (ut ꝓbabimus) tota ecclesia hæretica. O putridū mēbrū. O adulterū filiū. Volumus hoc etiā nobis declarari manifestius? Audiat uniuersa ecclesia uerba eiusdem hominis quæ in actis corā Reuerēdiss. Cardinale S. Sixti Legato Apostolicæ sedis habitis. Ipse idē collegit. Ita enī ad uerbū legit̃. ¶ Nūc mi lector tu mihi cōueniēdus es. Posteriorē istā responsionē meā / & si cum multa reuerentia dedi ac ueluti in arbitriū summi Pontificis reposui: non tñ id me fecisse credas / ꝙ de re ipsa dubitem: aut animi mei sententiam sim unq̄ mutaturus / Veritas diuina est / etiā Dñi Papæ. Non enim iudicium hominis expecto: ubi diuinum iudicium cognoui.

Ios. Gerson

Vba mar.

Nota verba modestie.

Ad Galath. 2

Verba Mar.

¶Satis ne certi iam sumus quomõ ꝓtestationes suas faciat Martinus? Et quantũ ualere eas uelit? & quid itelligat cum reponit in arbitrium summi Pontificis? iudicetur ex ore suo/ex uerbis suis, si quis de factis etiam manifestis dubitare potest. Etenim manifeste ait. Quod quicqd Papa sentiat/mutaturus sniam nõ est. Et non ex eo in eius arbitriũ causam cõmittit/quia eius sentẽtiæ stare uelit. At cur cõmittis igitur? Cur protestaris? Ex humilitate inquit: his enĩ uerbis ad lram hoc excusas: ꝙ etiã uerissime dicta/oportet at cũ humilitate & timore asserere & tueri. Deo gras: ꝙ de Paulina tandẽ ac noua Theologia itelligimus humilitatis uirtutem, q̃ & in mendacio: & in pertinacia cõsistit. In mendacio quidem: qa dicit se in arbitrium eius committere/cuius tamen arbitrium recusat: sic enim ad uerbum in calce epistolæ: quã ad Papam destinauit legitur. Quare beatiss Pater prostratũ me pedibus tuæ. B. offero cum omnibus quæ sum & habeo. Viuifica/occide/uoca/& reuoca/approba/& reproba: ut placuerit. Vocẽ tuã/uocẽ Christi præsidentis in te/& loquentis agnoscam. Quid ergo mõ est, sententiam mutaturus nõ sum? Quia ueritatem diuinã loquor ais. Et te in hoc iudicem constituis? Fingamus autem unum quemlibet qui tibi hæreticus uideatur/& q defendens suã hæresim ita dicat. Veritas diuina est. An non sic semper hæretici defendebãt? Quid ergo supsit catholicis aduersus illũ: si hoc idoneũ sit diffugiũ? Veritas est diuina. An nõ oportet iudicẽ esse in hoc/ut diffiniat utrũ ueritas sit diuina? Quõ igit iudiciũ nõ expectas? Quõ sententiã mutaturus nõ es? Sed esto. Sit ueritas diuina & agnoueris illã (ut ais) certo certius: qd est ꝙ Papæ nihilominus reuocandi sniam ꝓmittis/si ueritas est diuina? Cur eius auditurꝫ ꝓmittis sniam & in quocũqꝫ placuerit reuocare/paritur uoci eiusdẽ tãq̃ uoci Christi? Ecce quia ex humilitate ais: Oportet igitur ista ratione ex humilitate mentiri. O capitulum gratiosissimum. Hoc uero primum discite ex remotiore hac Theologia uos Martiniani discipuli. Ex humilitate mentiri. In mendacio igit consistit Martini uestri humilitas. In pertinacia uero: quia quodcũqꝫ fuerit ꝓnunciatum sententiam mutaturus nõ est: Exprimat modo aliqs si ualeat/& coloribus magis propriis pertinacem depingat. Nos enim in nostra Theologia nesciremus aliter pertinacem maxim exprimere/q̃ eum qui nunq̃ mutaturus est sententiam, Et insuper

Documentũ Martini.

Verba Martini.

Documentũ Martini.

sit paratus p sua opinione tuenda (etiam quam reposuit in arbitrium Apostolcæ sedis) & ignem / & mortem suscipere. Sed uolumus etiam ut iterum atq; iterum secū pugnet Martinus? Age postq̄ tam opportune nobis seruit. Eho procede huc iterū Martine / & dicito nobis. Quid tu ais proxime in eisdē actis / post p̄dicta uerba in qbus te / de pertinacia & mendacio cōuicim9? Et (qd magis mirandū est) nō omino sex īterpositis lineis. Verba hæc tua sūt:

Vba mar.

¶ Nam si superbius uoluissem agere / nō potuissem ad unum uerbum cogi: cū tota disputatio iam sit dedicata / & oblata Pontifici. Ita ut ad me amplius nihil ptineat: nisi expectare sn̄iam. Et in epistola ad eundē Reuerē. Legatū hæc uerba legunt. ¶ Primum / q̄ mihi nō uideat necessaria appellatio: cū ego (ut dixi) oīa in iudicium ecclīæ retulerim / & nō nisi eius sn̄iam expectem. Quid enim ultra facere debeo aut possum? Neq; enī me reo / aut rn̄sore opus est. qui nō qd ego dixi. Sed quid ecclesia dictura sit attendo: nec aduersarius cōtendere: sed discipulus audire uolo.

Supbius. Nota verbum.

¶ An nō seruit nobis ex sententia Martinus ut uolumus? ut ipse sibi cōtrarius se ipsum expugnet? Cum enī superius dixerit / q̄ iudiciū homīs non expectat / quia certus est de iudicio Dei: & q̄ animi sn̄iam unq̄ mutaturus nō est / qa ueritas diuina est: mox uero sup eodē penitus loquens ait: q̄ tota disputatio dedicata est & oblata Pontifici / & q̄ ad se nihil amplius pertinet nisi expectare sententiam. O infelix Martine: ut uera sæpe (quaq̄ imprudens) loqueris. De ueritate enī diuina nihil ad te qdē pertinet. Sed ut iterū tecū pugnes: obsecro te / scis ne esse ueritatē diuinā? an nō scis? scio inqs. An falli non potes? oportet ut & hoc tibi arroges / q humano iudicio nō te submittas. At qūo tn̄ dicis in eisdē actis cōtrariū? his penit9 uerbis.

Martinus cōtra Martinū.

¶ Nihilominus tn̄ homo sum / potens errare: submisi me / & etiā nūc submitto / iudicio & determinatiōi legittimæ. S. ecclīæ / & omnibus melius sentientibus.

Verba martini

¶ Vnus igitur ex his uerbis Martinus errare pōt: & tn̄ idē aliusq; Martinus errare nō pōt. Vnus Martinus subiicit se iudicio Pont. Idem tn̄ atq; alius Martinus nō uult iudiciū hoīs ullū expectare. Vnus Martinus nō attendit qd ipse dixit: sed qd ecclesia dictura est. Idem tn̄ atq; alius simul Martin9 ita attēdit ad dicta sua: quæ sunt ueritas diuina (& si remiserit illa in arbitriū ecclīæ) ut nō attendat amplius / qd dictura sit ecclesia.

Martin9 cōtra Martinū.

Eia Paulinū Theologū. Quid his dictis pugnantius? Quō non

aduertisti infelix/ꝙ oportebat mēdacem:& multo magis animo perturbatum:esse memorem? Excusa hæc si potes Martine:defende si potes:ut iam coram discipulis/& qui te sequuntur: in primis his uerbis tuis non erubescas. Si rem nimis manifestam uelint iusto iudicio considerare. Hæc autem idcirco latius sum prosecut⁹ q̄ rei euidentia postulabat. Quia nonnulli imperiti parum interne prospicientes/iure satisfactum in humano iudicio arbitrant̄: ne quis hæresis crimine teneatur:quandocūq; sic fuerit protestatus. Quod cum falsum sit:& absurdum:& in ꝓposito q̄ latissime pateat:satis consequi hoc manifesto primo dolo mihi uidebor: si beniuolentiam ad dolos reliquos capiendos/qui ueritatis amatores esse uoluerint/non negabunt. Hactenus enim nihil est ad ea quæ sequuntur.

¶Secundus dolus:quo manifeste dephendit̄ ipm nō uerū:sed uanitatis & Diaboli:conciliū appellasse:idq; ex uerbis suis.

SEcundus dolus:primo proximus sed facilis ut spectetur ab omibus/ꝙ tandem conscientia ꝑpria iudicatus non solum de ueritate/sed etiam de salute desperans:ad extrema properans/ & ante tempus formidans:ante iudicium/de iudicio(quod in conscia p̄senserat) conqueri cœpit. Et hoc est/ꝙ ita p̄mature ad cōcilium ꝓuocauit. Et hunc odorem diu antea nobis sparsit. Sed anteq̄ de hoc ullū uerbum faxim:testem mihi inuoco dn̄m IESVM. qui plane nouit:quanto desiderem desiderio omnem meliorem suæ ecclesiæ statum/qualibet illi uia meliore comparandū. Nunc autem ad te me uerto Martine. An putas nō intelligi/quid sit istis temporib⁹: clamitare conciliū:concilium? Putas nō cōphendi/in ore tuo & tui similiū:uocem hanc. Conciliū/suam mutare significationem? & nihil aliud in auribus uere prudentum sonare concilii concilium:nisi schisma schisma:scissuram scissuram: inuidiā atq; bellū? Mentiar/si non tu hoc ipsum manifeste prodis. Age ꝓcede huc: & cogente ueritate pugna tecum iam. Et dic uerum nobis Martine/uel inuitus. Sperasne tu bonum conciliū his temporibus? Minime inquis: cum tu pium dolorem simulans & de concilio bono disperans/sic ais. ¶Et iterum uides quanta sit necessitas legiē

Hec ad te ptinet Martine.

timi & uniuersalis concilii. Sed timeo nostrum saeculum non sit dignum donari nobis tale, sed potius ut operationibus erroris illudamur, sicut meruimus. ¶ Iam certum est igitur, ꝙ bonum cõcilium non speras, & tamen ad futurum prouocas. Ad quid igit? Ad illud quod nõ speras? Stulta prouocatio. Praesertim ꝙ tãta ꝓtestatione pollicearis te causam ibi tuam prosecuturum, & alia facturum, maria & montes. Cum igitur ad cõcilium prouoces qđ speras, & bonum non speres: iam in necessaria consequentia comprehendit te Thomista: ꝙ uel ad malum concilium prouocas: uł non causae decisionem sed seditionem & fauorem seditiosorum, & longiorem peccatorum impunitatem tibi comparare, sub colore isto concilii studuisti: Ve enim tibi ac tui similibus, si quale praedicas cogeretur aliquando concilium. Crede mihi non ita dilatares os tuum. Scriptum est enim. Excelsa stulto sapientia in porta non aperiet os suum. Quanq̃ mea qualicũq; prudentia, tuam tibi sortem indicans audacter pronuncio. Non posset tam pessimum cogi conciliabulum quod tantã tam insignem ualeret arrogantiam substinere. Superbi superbos non substinent. Et si quid ulterius audire potes. Frequens apud nos est prouerbium. Stulti atq; audaces prudentioribus regnum acquirunt. Satis est. Opinor intelligis quae dico. An non: ergo iam perspicua dialectica probaui: ꝙ tu nõ q̃ris bonũ cõciliũ? Dic nũc rogo: in qua peccat figura argumẽtũ? Age si uim huiꝰ cõsequẽtiae tui laici nõ sentiũt: ad sensum etiã asinorũ aperiamus haec, de aliis uerbis tuis. O bone Deus, ut nõ pateris q̃n a fructibus eorũ noscamus illos. Malus. n. de malo thesauro suo, qđ nã aliud ꝓferat nisi mala? Ecce quale & desideras & expectas Martine cõciliũ. Nẽpe, quale publice his annis ꝓximis cõdemnatũ est: qđ, uel ipsi authores sese uoce publica in media totius orbis corona damnantes reꝓbarũt. Cui in cõspectu mũdi renũciarũt. Qđ nõ nisi Dei miraculo q̃ stetit (oĩm bonoꝝ iudicio ꝓ cã sua) dissipatũ est. Contra qđ Impator tandẽ (ille cui nõnũq̃ & tu blãdiris) & aĩm: & arma uertit. Qđ abhoĩata ẽ Germania. Qđ Christianissĩa Gallia & ip̃e Galloꝝ Rex, ipiũ, ꝓphanũ & maledictũ una uoce ac publicis lr̃is & testimonio, deniq; agnouerũt. Qđ coelũ, & terra iꝓbare & detestari uisa ẽ. Tale tũ desideras Martĩe cõciliũ tuis uerbis. Quanto zelo plenis? Cur enim ego non audacter uera loquor ꝓ Christo: sicut iste tam ardenter

Verba Marti.

contra Christum? Quid inuidiam & simultatem timeam malignorum? Cum iam cupiam cum Paulo aliquando posse dicere, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, cũ psertim nos doceat gloriosissimũ uerbum Magister. Ne metuamus eos q aliqñ corpus fortasse possent occidere. Sed proinde functi essent officio furoris sui. Sic ergo uir iste zelator singularis dom Dei ad uerbũ scribit. ¶ Nõ hæc dico, aut ago: q tam imprudenter arrogãs sim: ut me inter doctos sanctæ eccl'iæ numerandũ putem, multo minus inter eos quorũ hæc sit statuere, aut destituere. Atq utinã nouissimũ merear ecclesiæ mẽbrũ fieri aliqñ. Sed id potius ago: cũ sint in ecclesia pariter doctiss. & sanctiss. uiri. Ea tñ est nñi sæculi infelicitas: ut etiã tanti non possint ecclesiæ succurrere. Quid eni potuerit hodie doctrina, & pius zelus satis pbauit infelix euentus eorũ doctiss. & sanctiss. uirorũ, qui sub Iulio scd'o studuerũt reformare eccl'iam, instituto ad hanc necessitatẽ concilio. Sunt & alii passim (quos noui) optimi & eruditi Põtifices: Sed exemplũ paucorũ iponit silentiũ plurimis. Est eni tempus pessimum (ut ait Amos propheta) ideo prudẽs in illo tempore tacebit. Hæc ad uerbũ Martinus. Et nesciebat q hæc uerba subiiciẽda erãt trutinæ cuiusdã Thomistæ. O, si scisset Martinus: q Thomista qdã oim minimus: redacturus esset hæc uerba ad examẽ: & exacturus rõnẽ usq ad minimũ quadrantẽ. O, si potuisset suspicari: q Thomista oim inquã frigidissimus: & illorũ: q mendicantiũ regulam seruãt (Quos magis ille odio habet: qa scilicet magis Christi amplexi sunt paupertatẽ). Annotaturus esset uerba oia: & signaturus mysteria: & psertim tam diligenter. Quale cor, qualẽ stomachũ fecisset? Quantũ interius æstũ, ac sudorẽ? aut quantã illi bilẽ cõmouisset? Quã amarã? Sed oportet te Calicẽ hũc bibere Martine, & tibi imputa: q tã stulte & effuse & maligne locut9 es, ut nõ sit pene uerbũ: qd' nõ se offerat multa reprehẽsione dignũ: & animaduersione: in quo uel teipsum testẽ, si nõ nimiũ tibi tua mentiatur iniquitas: ac facile produxerim. Primũ eni mitto, q tam submisse, & humiliter te geris. Quo modestiã animi tui facilius pbaremus, quã & in margine pro tua ipsa eadẽ modestia: & hoc in loco: ut in aliis multis: annotari facile pateris: uel etiã (qd' probabilius existimo) de industria operã das. Nam & in responsiõe ad M. S. P. & in eodẽ prorsus margine: ubi legitur, Modestia Lutheri.

Modestia martini.

Notate verba signate mysteria.

Tho. mar.

Cur oderit mẽdicãtes Martinus.

Examinant superiora verba: & iniqtatũ plenia docentur.

Apostille in libro Martini.

Continuo una tantũ interposita: linea subscriptũ iussu tuo Thomæ temeritas: in oĩm oculis obuersat: ut. s. ex ista optima consonãtia modestiã illam tuã facilius reciperemus. O quã egregie consonant hæc & iuxta se posita: quã clare elucescunt/ in eodẽ prorsus margine ut legantur: o ꝙ oportune & signanter. Duo hæc/ uere speciali nota digna. Primũ Modestia Lutheri: & statim secundum Thomæ temeritas: quasi dicat ut aperte declaremus: more Thomistarum omnia/ Si non credis quia Martinus sit homo modestissimus, Quo facile credas transi duas lineas: & lege & intellige ꝙ beatum Thomam uitio temeritatis incuset. Nam quomodo aliter se modestum probare potuisset? nisi simul & Diuum Thomã temerarium appellasset? Quippe tam uerum illud est, Thomam temerarium: ꝙ uerum hoc/ Modestum Lutherum. Quamquã hoc in loco/ de quo agimus alia ratione moueris: ut suadeas istã hanc quam totiens exprobando inculcas modestiam tuam. Sicut enim latrones solent probare iustitiam suam: & se iustos arbitrari tunc maxime/ ubi nõ grassantur maxime: ita tu maxime tibimet ac tuis modestissimus uideris: cũ non impudenter es arrogans: & cum nõ maxime mordes. Bene ergo res habet/ multa noua cõtinue discere licet ex remotiore hac Theologia. Iam supra didicimus humilitatis uirtutem in mendacio & pertinacia consistere: nũc. Modestiam in eo qui impudenter arrogans non sit. Si igitur ita nobis definiat uirtutes Martinus: fortasse adducet nos/ ut fateamur illum uirtutibus plenum. Sequeris deinde: & pro tua ingenuitate fateris ꝙ tu minor es: multis quorum in ecclesia Dei est nota & cõspicua doctrina: uis ut uerum dicam? Et si ꝓculdubio te nolle sciam. Dicam tamen/ magnũ tibi lucrum si ita ex corde crederes: ut ore profiteris/ profecto non commoueres tantas turbas. Non enĩ (ut inquit Hiero.) parũ est id scire qđ nescias. At nos Thomistæ cum econtra ex te ipso audimus. Doceat me qui potest. Et quicũꝙ aduersus te senserit/ eum esse hæreticum. & alia eiusmodi & passim maiora: quæ nobis cornua altiora capitis tui ostendunt: non facile his oblatis nobis & inculcatis totiens modestiis persuademur/ presertim cum totis uiribus his uerbis facta diffideant. Vtcũꝙ sit. Hæc uera esset morbi tui medicina. Crede mihi: hoc enim unicum malum tuum. Quod Hieremiæ uerbis fraterna correctione simpliciter tibi suggeram. Arrogantia tua decæpit te: & sup/

Modestia martini.
Thome temeritas.
Probatio irrefragabilis.
Martini ꝓ modestia sua.
Quomõ ꝓbat Martinus modestiam suã.
Hierony.
Passim.n.p omnes eius libros legit adnotatũ Modestia Lutheri.
Hiere.

6

Morbus ꝓpri us Martini.

bsa cordis tui. Sed Christum habes & Euangelium. Inde tibi facile potes: si uelis: tu ipse prospicere. Ego autem ad locum unde discessi reuocor. Sequeris enim. Atq; utinam nouissimum merear Ecclesiæ membrum fieri aliquando. Quid est hoc Martine quod ais? Vtinam merear fieri in ecclesia Dei nouissimum membrum. An oportune etiam stulti interdum loquuntur? An non ueritas sæpe excidit uel ab imprudente atq; inuito? Quomodo enĩ expressius potuit confiteri Martinus/ se esse anathema/ & præcisum ab ecclesia Dei? Verba enim ista ad eum tantisper pertinere uidentur: qui membrum Ecclesiæ non sit. Qui enim alioqui mẽbrum ecclesiæ fuerit non habet opus/ ut desideret fieri membrum eius nouissimum: cum si sit membrum/ uel sit iam nouissimum/ & ita superuacuum ei sit desiderare id fieri: quod iam est/ uel sit supra nouissimum: & ita stultum sit desiderium quo minus fieri uelit q̃ sit. Vide igitur quid facis dum conaris humilis uideri & modestus: quod non es: stultum te ostendis/ quod es. At forsan per nouissimum membrum intelliget: quod Dominus intellexit per minimum/ illud scilicet/ quod omnino ab omni excludendum sit ecclesia & regno Dei. Sed audi amicum Martine: non est q̈ tantopere hoc desideres: ut minimus in Ecclesia & Regno Dei fias: Libero te ego ista cura. Isto te dubio absoluo: immo potius peccatum tuum te absoluit. Nam uerbum Dei (si quid ei credis) id qđ te optare dicis/ proculdubio: quasi debitum peccato tuo: omnino futurum/ enuntiat: ut scilicet nouissimus/ idest minimus/ fias: sic enim ueritas ore proprio locuta est. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis & docuerit sic homines/ minimus uocabitur in regno Cœlorum. Perge igitur/ & fac quod facis: & noli dubitare fore te aliquando nouissimum ac minimum: id est sicut nunc humana: ita & mox diuina sententia penitus excludendum/ ab Ecclesia & Regno Dei. Subinfers/ q̈ cum sint in Ecclesia Dei tot & tanti Sanctissimi & doctissimi uiri. Ea tamen est sæculi nostri infelicitas: ut ecclesiæ succurrere cum uelint non possint. Quid est igitur q̈ tu solus omnium minimus: ut tu ipse profiteris: hoc tentas? Si enim Sanctissimi nequeunt succurrere: cum tamen uelint: quid est illud quod tu nouissimus speras? nisi quod perditissimi & sceleratissimi possent destruere? Sed nos fidimus in Christi uer

Stulti oportuna loquunt̃ interdum.

Veritas ab imprudente & inuito sepe excidit.

Verba Martini ꝓbãt necessario eũ esse extra ecclesiã Dei: tã considerate loquitur.

mat. 5.

mat. 5.

Mat. 16. bis: in fundamento sancto quod posuit: quod carnis & sanguinis potestati non subiicitur aduersus illud praeualere/ nec ipsae inferi portae possunt. Nihil agitis nequissimi hominũ: immo hoc tantum agitis ut pereatis tanq̃ iniquitatis filii cum patre uestro Diabolo. Stat Christus pro nobis/ uigilat Christus pastor bonus: & metuemus a lupis? Increpauit nos uelut modicae fidei: quia ipse est: qui imperat uentis/ & mari/ & sedat a nauicula tempestates: & timebimus a uento hoc iniquissimo doctrinae Martini? & a iactatis saecularium procellis? aut quorumcunq; tempestatibus: quib9 submergere hanc nauim audacissimus putat? Non sic abibit uestra res Martine/ non sic: sed tanquam puluis: quem proiicit uentus a facie terre. At iam peruenimus quo uolebam: uideamus enĩ obsecro quae sequuntur/ in quibus reuocare mortua/ & iam extincta/ arte sua/ quasi magica/ & omnem iniquitatem suscitare quantum potest. Conatur.

Joa. 10. mat. 14.

Audet Martinus cũ sit minim9 suo iudicio: id tñ agere: q̃d Sanctissimi & doctiss: ut ingt: pstare non pñt Signa mysterium.

Quid poterit (inquit) hodie doctrina & pius zelus, satis probauit infelix euentus eorum Doctissimorum & Sanctissimorum uirorum: qui sub Iulio secundo studuerunt reformare ecclesiam instituto ad hanc necessitatem concilio. Hem gratias gratias ago Deo meo: q̃ tãdem ex fetidissimo eorum ore intelligimus. Quae nam sit haereticorum Doctrina: & Zelus pius. O discipuli Martiniani/ Audite zelum Magistri uestri/ attendite doctrinam. Declarat enim hoc in loco Martinus apertissime: & hic totam suam Paulinam Theologiam opinor libenter effusurus est. Doctrina ergo sua non alia est: q̃ quae semper haereticorum/ & schismaticorum fuit: uidelicet. Qua scissurae parantur & suscitantur conciliabula/ uanorum atq; impiorum/ malignantium & iniquorum hominum. De quibus ait Dominus. Non sedi cum concilio uanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non sedebo. Cur enim sedeat/ si ibi mẽbra insanissima eriguntur aduersus caput? Haec est igitur doctrina ista noua Martiniana. Zelus autem est/ atq; tunc admodum pius: & in quo maxime se obsequium praestare Deo arbitratur: Cũ ad arma currit saecularia/ cũ bella inter Christianos incendũtur: cũ ambit oĩ uia pessima/ Pontificũ soliũ/ cũ unitas religionis scindit/ cum oues exturbant ab ouili suo/ & aberrantes in cunctis

Verba Martini p Concilio Pisano.

Examinant verba Martini super Pisano Concilio.

Qualis sit doctrina Martini de verbis suis.

Qualis sit zel9 pius Martini.

montibus mactantur/& perduntur. Iam ne igitur certi sumus de uerbis suis ꝙ hæc est Lutheri doctrina? & ꝙ hic ille zelus pius: & huc tendunt lachrymæ omnes & omnis misericordia? Age si neget Martinus: si mutire ausit: contra ea quæ locutus sum / prouoco illum ad eos quos ipse quoq; appellat Sanctiss. & Doctissi. uiros: & eorum iudicio penitus causam committo. Rogemus ergo illos: immo ex eorum publicis testimoniis iudicemus rem. An non illos ipsos nostris uidimus oculis/id factum: quod tu pessime laudas: toto spectante orbe/uoce publica improbantes/detestantesq;: & condemnantes? nonne supplicationes humillimas/ac deuotissimas facientes? non ueniam flexis genibus flagitantes erratí sui/auribus nostris uniuerso orbe teste audiuimus? Et quomodo igitur tu unus miser ausus es in eo laudare illos: in quo maxime uituperium etiam sponte sua agnouerunt/& confessi sunt? Et de quo penitus laudari nolunt? An non alias multas laudandi occasiones de eorum uirtutibus accipere poteras? Sed noluisti. Credo/ut intelligeremus: uoto aliquo te alligatum: ut nunquam uere sicut oportet. Benedicas/nunquam uere quẽquam laudes. Si tũc maxime cũ laudas uituperas maxime: & cũ plurima laudãda possũt occurrere: id eligis ut laudas: quod uituperio est dignissimũ. An non tu peruersus homo es? Vide quantum ego ista causa abste differo/& quis nostrum eos laude maiori prosequatur. Cum enim duo illorum nobis facinora occurrant: alterum uituperio dignum: alterum summa laude. Peccatum scilicet & peccati recognitio Tu quidem de peccato & schismate laudem & gloriam eis tribuis. Ego uero ꝙ recognouerunt peccatum: & ꝙ ab eo tandẽ destiterunt commendo. Vide igitur quis etiam uituperet magis tu an ego? Si enim probas quod faciebant ueluti egregium & pium facinus & zelo Dei plenum: non intelligis cordate Rhetor? ꝙ necesse est/longe magis ut uituperes: ꝙ ab eo tam egregio tamq; pio facto destiterunt? & ꝙ rem tam dignam tamq; laudabilem/indignam uoce publica & uituperabilem sunt professi? atq; adeo nunc profitentur? Quomodo ergo non meministi tam diligens scripturarum tractator Prophetam dicentẽ? Ve qui dicunt bonũ malum & malum bonum, Et quomõ etiam non puduit hominũ qui uiuunt audacissime? eius rei nomĩe illos laudare/qui eiusdem se reos propria/atq; omnibus temporibus memoranda sententia

Probatio superiorũ que os Martini oino claudet q̃a aufert ei oẽm rñsionem.

Laudãs Martinus vitupat. Quid igit agat vituperans?

Martini Rhetorica.

iudicauerunt:& damnauerunt. Vt merito nō solum laudes istas tuas non agnoscant:uerum etiam iure in te reiiciant pro uituperio tuo/postq̄ tam bene didicisti maledicere homo ac tā docte benedicere:ut maxime tunc etiam maledicas/cum benedicere coneris maxime. Quanto igitur melius ego/& dignius illos laudo/qui cum me coegeris ad pessimi facti memoriam & detestationē: id tamen magis ut laudarem prosecutus sum: ꝙ aliquando destiterunt a malo: ꝙ recognouerūt/ꝙ cum omnem paternam substantiam amisissent/E longinquo tandem ad patrem reuersi/pacem & ueniam postularunt. Cui tanq̄ Pio patri pro peccato magno paululum supplicii satis fuit:& eis gratiam atq; gloriam facile & de propria benignitate restituit: Quanto etiam tu melius Martine(ut Diui Ambrosii uerbis te urgeam)si hos uiros doctissimos & sanctissimos quos sequeris errantes:sequereris emendantes:& sese deniq; corrigentes:quod quāto magis gauderē si faceres:tanto id spero minus/Nam & prædictis nō cōtentus etiā subinfers.

Benedicens. Maledic. martin⁹. Quid ergo agat maledicens?

Ambrosius in Theodosium.

Sunt & alii passim quos noui optimi & eruditi Pontifices &c Profecto scrupulum iniicis mihi & uereor ne uerum dicas/homo raro uerax. Miror enim ꝙ alii sint:& ꝙ optimi sint:& ꝙ Pontifices sint:nisi forsan candidati:& in futuro illo tuo promouendi atq; induendi concilio. Miror inquam ꝙ ulli sint qui talia uel somniare ualeant:nisi ꝙ tu affirmas te illos nouisse. Facile enī sese noscunt inter se seditiosi & factiosi. Attamen dubito ne tu hæc in gloriam tuam ac fauorem tuo astu fingas:quasi aliqui sint aliqua in potestate constituti/quibus tua hæc placeat scindens unionē doctrina & zelus domus Diaboli. Qui te nunc urit/ & paulopost. Crede mihi:incendet etiam longe magis. Et forsan ita est/uti narras:sicut enim nil boni de te mihi polliceri possum:Ita neq; q̄dem de mundo. Legimus enim oportet hæreses esse:sed nos in eo q̄d sequitur recreamur:& quod ex tanto malo bonum elicit Deus solatur nos:uidelicet. Quia manifesti fient:qui probati sunt:& consequenter manifesti qui reprobi fuerint:sic enim & idem scribit. Insipientia eorum manifesta erit omnibus :sicut eorum fuit: qui restiterunt Moysi Iamnes & Mambres. Legimus etiam Ve mundo a scandalis:sed uerbum quod sequitur nos docet. Vos autem saltem Iudæ laqueus doceat:ꝙ ue illi per quem uenerint scādala. Aperiant ergo aures quicumq; sunt isti Pontifices tui. Quos ais

Verba Martini.

Pau. I. ad corinth. II.

2. ad Thi. 3.

Matt. 18.

Qui hēt aures audiēdi, audiat

(si qui tamen sunt) Dominus ait: & Magister: æterna ueritas. Ve illis per quos scandala uenerit. O Martine putas nos de tuis uerbis technas tuas non intelligere? Existimas/ꝙ siue sint: siue non sint. Quos tu etiam & nouisse dicis: non tamē intelligamus quæ tu cogitas? & quæ per huiusmodi dolosa uerba moliaris? Nam quid aliud nisi ut animes eos qui sunt? (Si qui sunt) Et alios q̄ nō essent una opera simul excites? ac si aptissime ita dicas. Si ego minimus: qui incœpi: qui uiam aperui uobis nihil timeo: quid ergo paucorum exemplo siletis? quid paucorū exemplo trepidandū est uobis? An non iniquissimis his uerbis tuis: hoc idem prædicas? Quod alias manifestius? Cum inquis.

Quid intēdat martinus.

Via nobis facta est enarrandi authoritatē conciliorū & libere contradicendi eorum gestis: & iudicandi eorū decreta: & confidenter confitēdi quicquid uerū uidetur: siue probatum fuerit: siue reprobatū a quocunq̧ concilio. Vide ergo ut tecum tam consonanter concordās, probas interpretationē meam? Et ita tanq̄ uir Belial. Clamans buccina omēs seditiosos inuitas dicens. Nō est nobis pars neq̧ hereditas in Dauid: itaq̧ reuertere separare Israel. Quid enim paucorum exemplo timendum est? Si uia facta est uobis? Et si male illis successerit: at non sic nobis: paucorū exemplis experientia nō perficitur. Et hic opinor libenter Aristotelem pro tua adduci sententia patereris: ꝙ unius floris ortu: aut hirundinis unius aduentu: non satis probatur aduentus ueris. Sed utinam scires quam uiam tibi aperuisti Martine: & aliis qui te sequuntur: hæc nimirum est: quæ recta te præcipitem ad inferos agit. Sed iam mortuo etiā uiua uerba mortua sunt. Igitur ut sequar exponere quod superest. Sequeris. Est enim tempus pessimum: ut ait Amos propheta. Ideo prudens in illo tempore tacebit. Atq̧ ita ne aperte pestiferum aperires cōsilium: & una opera adulareris cōplicibus tui criminis/taciturnitatem eorum Prophetæ authoritate uerbotenus laudas: at facto ipso magis ultuperas: cum enim fatearis uerbo: prudentiam esse his temporibus silere: & tu facto tamen contrarium agas: & nihil minus facias q̄ sileas: non uides Rhetor somniculose: non uides ꝙ uel imprudētiam tuam facis manifestam: uel uerba illa tua: eo quo dixi: sunt intellectu recipienda: ꝙ scilicet multo magis eos ad machinandum sollicitas: q̄ de prudenti silentio laudes. Sed nihil agis Mar-

Martini Capitanei verba adhortātia suos milites ad ardua: id ē vū facile arsuri sint saltē apud inferos

2. regum 20.

Jam mortuo viua vba mortua sunt.

Quod verbo laudat Martinus facto ipo nō probat.

tine:immo hoc unum agis:ut confundaris & pereas:tu cum tuis omnibus:quod enim in scelus te præcipitem agit magis retrahere deberet:& cohibere. Non enim sunt pauca:ut ais: neq; paucorum:sed nimis multa & ualde multorum exempla:quæ infelicem nobis exitum eorum declararunt:qui contra hãc firmissimam sedem extulerunt caput:& ceruicem petra durissima cõfringendã. Petra enim Christus est. An non recipis Christũ dicentem: Oĩs qui ceciderit super istum lapidem conquassabitur. Super quẽ autem ceciderit cõminuet illum:aut si Christi uerbum non recipis: saltẽ collige ueteres historias:postq̃ omnia scire prætefers:& numera si potes:exemplum:uel unum:felicis exitus:eorum qui simile ausi unq̃ fuerunt:poteris autem bene ecõuerso reperire propemodum innumera eorum :qui talia audentes Dei uiuentis miraculo:infelicissime occiderunt. Quare postq̃ nulla honesti ratiõe tangeris:at pœne saltem formidine retraharis: nam multo congruentius q̃ Cicero in Antonium:eisdem te uerbis & urgere & admonere possum. Ita uere dicens. Te miror Martine: quorũ facta imitere,eorũ exitus non perhorrescere. Sed iam hactenus quo ad hũc dolum attinet:nam alii ita certatim me uocant:ut quem prius quem posterius capiam non satis sciam. Omnes enim digni pariter sunt:ut ab omnibus intelligantur.

Exitus infelices omniũ qui ptra ecclesiam erexerunt cornua.

¶Tertius dolus maxime ex præcepto Christi aduertendus:nam & alias seducti in eo plurimi aberrarunt a fide. Quo magis req̃renda est Prudentia/& Sapientia Dei:& non hominum/ ac Mũdana: qua pleriq; in proposito falluntur.

TErtius igitur dolus est:ad quem respiciendum omnes inuito. Nõ enim parui erroris occasio semper fuit. Hic enim uir diabolicus(oportet nudare oĩa) hoĩm mores & eorũ maxime qui ecclesiæ ab hinc multos annos p̃fuerũt:oculo falsæ iustitiæ quæ:ut ait Grego. a misericordia disiungitur:respectans:arbitratus commodum tempus:cum assensu & plausu stultorum:dignitatem Apostolicam : & maiestatem contemnere : & ita aduersus eam insanam efferre impune ceruicem : & quamcumq; pestem falsi Dogmatis interserere : felicissimam ratus occasionem : meditatus iniquitatem in cubili

Greg. in cãtl.

Cōditio tēporū ad schismata obseruatur a Diabolo.

suo non dubitauit assistere omni uiæ non bonæ. Hæc est procul dubio uersutia Diaboli: ut eiusmodi temporū conditiões diligēter obseruans oportune excitet uanos homines: atq; huic omino simillimos: incastigatos: & elatos corde: indociles mente: incircūcisos labiis: atq; linguæ maledicentia fretos: ad gloriam hominū misere ac uehementer auidos: & aptam materiam proponat: populis diu placitam: super qua noxia sua mendacia efficacius astruant: & corda simpliciora seducant: & christianam totam Rēpub. conturbent. Dum in primis ipsum caput petunt & omnem sacerdotum potestatem diuinitus relictam in terris: prætextu culpatæ uitæ: euertere moliuntur. Sed diu est Diabole nequā diu inquam est q̄ cognita est: A bonis hæc tua ratio perniciosa. Dei gratia est q̄ quomodo ea componas: & quomodo dogmatizes iam facile intelligimus. Sæpe enim te zelantis figuram induentem: & in uoce Iacob & manibus Esau: idest in prauis operib9: & uerbis iustitiam prætendentibus: ad hunc modum Sillocizantem & in putridis tuis mēbris exclamantē: audimus. O tempora: o mores: o potestatem tyrannicam: uiolentam: nō ferendam diutius. Hæccine uita Euangelica? Hiccine mores? Vbi litteratus? Vbi scriba? O ē caput languidum. Omne cor mœrens. O Superbiæ templum. O Auariciæ fornacem: O Luxuriæ sentinam: O Gulæ profluuium: Ita ne putandum uelle Deum domū suam: quā tanta charitate: tāto sanguine: tot uiuis lapidibus fundauit: sacrauit: erexit. Iam nūc conspici Speluncam latronū? Vbi pietas: ubi lex? An non est stolidum atq; asininum crudelitatē tam insignem: ulterius: & tantam moꝝ peruersitatem sustinere? quomodo putamus ex Deo ꝓuenire: tam latam (sicut adulatores finxere & ipsi tyrannica sibi uendicat uiolentia) tam superbam potestatem? Num deus Author malorum? Consulite Paulū pusilli. Scrutamini scripturas in quibus putatis uitam habere: & inuenietis/q̄ Deus maloꝝ author nō est: & q̄ hæc sunt inuenta hominū. Quomō ergo nō sit ei resistendū in faciem? ne diutius sub terrificis huius potestatis minis (tanq̄ si in eoꝝ uerbo animas in tartara utcūq; proiiciendi sit positū) liceat illis pro sua libidine in christianæ libertatis fauorem: latius debachari: & onera imponere importabilia. Quæ ne illi digito qdē mouere uolūt. Hæc & huiusmōi multa malignat inimicus in san-

Cōditio hominū q excitant cōtra ecclesiā.

Materia apta ad ꝑsuadendū q̄uis mendacia.

Verba diaboli dogmatizantis cōtra christos Domini.

psal. 35.

verba ex zach. propheta contra diabolum

cto. Ha peruerse Sathana. Siccine in Angelum lucis te transfiguras? Tu te audes collocare a dextris Iesu Magni sacerdotis et aduersaris ei? Sed increpet in te dominus Sathan. Increpet dominus in te qui elegit Hyerusalem & appareat cauteriata cõscientia tua in facie pietatis. O confusor ueritatum omnium. Non licebit tibi: non licebit inquam. Veritatem potestatis ex morum prauitate destruere. Memento Diabole quia frustra aliquando hoc idem conatus es & destitisti uictus: & si eni: maxime hos quos prædicas & detestaris mores: & qui tibi maxime placẽt: ut libet: cõfiteamur de quo tñ nõ attinet hoc in loco: neq; accusando: neq; excusando: qcq̃ dicere. Non enim coniuncta est causa morũ & potestatis: qui tamen Euangelicis erudimur præceptis: separamus inquam ueritatem potestatis a tenore uitæ: & a gratia seu charitate Dei. Erudita corda in fidei sinceritate: tuam hanc: tam piam consequentiam non admittunt. Mali sunt: Pessimi sunt: esto: ergo potestatem non habent? Ergo claues amiserunt. Negamus Diabole. Negamus Martine: & distinguere docemur a Christo omnium Domino: omnium Magistro. Inuehere quantum potes in eos: dic sane eos gurgitem omnium malarum rerum: omnium iniquitatũ patres: qui Christum rursus proderent: irriderent & crucifigerent: si reuertatur mortalis in terras: & quæcũq; horrendiora lingua tua pro tuo more: etiam confictis de officina maledicentiæ tuæ: uerbis: nouit exquirere. Admittemus enim omnia: & te tandem tam bellum rethorem relinquemus: ut cum omia admiserimus: nihil tamen concludas: quod uelis. O amator confusionis audi Magistrum tandem & pudeat Dialecticæ tuæ: audi inquã distinctionẽ. Sed confusor distinctiones non audit: qui in confusionibus oblectatur. Quid mirum? Cur enim Arrius aberrauit a fide? nimirũ quia distinctiones oderat: sicut tu. Nouatiani: Pelagiani: Donastitæ: & cætera omnium hæreticorum turba: quos tamen in hoc ipso ad regulam imitaris: oportunas ac probatas: & quæ fidẽ elucidabant oderant: distinctiones, nouas uero atq; importunas q̃bus magis confunderent diligentissime afferebant: & impudentissime offirmabant. Audi ergo tu quicunq; potes: non nouam: non ex hominum uoluntate deductam: aut allatam. Sed Sancti spiritus sanam atq; inuiolabilem Magistri & Domini omnium sententiam. Ait Magister & Dominus: quæ dicũt facite: quæ aũt

Consequentia hereticorum.

Heretici osores distinctõnũ vt ꝯfundant.

Quid est qđ ait Dñs: q̃ dicũt fa

mat. 23.

Non vita praesidentium sed potestas videnda

cite q̄ aūtē faciunt nolite facere.

faciunt nolite facere. Hoc aūt proculdubio eo pertinet: ut non auferri: aut tātillū minui eorū potestatem quarūcunq; prætextu iniquitatū arbitremur: pinde ac si ad nostram doctrinā apertissime ita diceret. Nolūt ipsi facere: q̄ ego illis mādaui. At uos facite quæ illi dicunt: & nolite putare: quoniā eoꝝ potestas per eorū malitiā soluta sit. Nequaq̄: non enī deest arbitriū imponendi iugū: aut ligandi facultas: aut docendi & proponēdi uerba doctrinæ & interptandi: diffiniendiq; auctoritas p hoc q; solii dignitatē: uitiis quantūuis nefariis inquinauerint. A me potestas hæc & facultas. A benignitate mea & patris mei: qui facit oriri Solem super bonos & malos: iustos & iniustos. Ab illis met āt uitia sua sunt. De illis ego locut⁹ dixi. Qui uos audit me audit. Agnoscite igitur quod est meū: quod aūt illorū est repudiate: & hoc quod ego inquio: nolite facere quod faciunt. Non aūt dico punite aut corrigite uos quæ faciūt: minime hoc: sed illud solū: nolite uos facere. Hoc enī ut puniant: ut corrigātur: ad me solum pertinet. Vobis āt manifeste in Propheta meo præcepi. Nolite tangere Christos meos. Sufficiat q; habebunt mali me ultorē plus satis q̄ crediderint. Quod autē meum est: quod seruaui mihi: quod posui in potestate mea: non est uestrū usurpare uobis me nolente: me prohibēte: me detestante. Audite ergo principes & Reges terræ & apphendite disciplinam: neq̄ⁿ irascat̄ dominus: & pereatis de uia iusta. Audite gētes quæ fremitis & populi: q̄ meditamini inania aduersum dn̄m & aduersum Christū eius & uastis clamoribus uociferamini. Dirumpamus uincula eorū: & piiciamus a nobis iugum ipsoꝝ. An nō intelligitis: q; qui habitat in cœlis irridebit uos? & Dn̄s subsannabit uos? O utinā uerba hæc. S. spiritus in aulas uestras: aut potius in aures uestras penetrare possent: quicūq; iudicatis terram: ad uos pertinet iudicare terrā non cœlos. Cœli aūt dicunt̄ prælati & pontifices. Dimitite ergo cœlos ipsi Domino cœloꝝ: immo submittite & uos metipos ipsis cœlis. Hic est ordo Dei. Cœlū cœli dn̄o terram aūt dedit filiis hoīm. Audite inq̄ et attēdite Dei legem ne moriamini. Magister dicit. Dn̄s dicit: In uerbo suo: in ueritate sua: in Prophetis suis: in Sāctis suis. Et ego quicūq; sum nacta occasione clamo & in uniuerso orbe hanc uocem totis uiribus effundo: & audiri cupio: non esse uestrū subtrahere uos a potestate: aut eam quouis modo quam ipse constituit

Luc. 10.

Psal. 104.

Non est vel hominis vel hoīm punire christos dn̄i sed solius Dei.

Deu 16.

Audite Principes & reges terre.

Psal. 2.

Psal. 113.

impedire: immo etiã ubi sit opus usq; ad sanguinẽ nõ tueri. Credite mihi non adulor: nõ probo malos mores: abusum potestatis nõ defendo: si adhuc hoĩbus placerem: nõ eo accessissem ut Christi seruus aliqñ efficerer. Sed uerba Dei: ueritatem Christi. doctrinã sanctorũ audacter pronuntio. Ille qui dixit: qui uos spernit me spernit. Ille idem sic protestat: sic iubet: sic imperat. Dictũ fuit hoc ut Bernardus ait: duodecim discipulis: quorũ unus iam Diabolus erat: sic eni scriptũ est. Nonne uos. xii. elegi & unus uestrũ Diabolus est: igit qui spernebat Diabolũ: idest Iudam qui iam erat diabolus: ipsum Christũ spernebat: Quamobrẽ: quia diabolũ aut diaboli uitiũ sperneret: minime: sed quia in diabolo illo spernebat quod erat Christi. Auctoritatẽ uidelicet ab eo illi datam & potestatẽ. Proinde si qui cuicunq; potestati resistit Dei ordinationi resistit: q̃to magis qui primariæ potestati quæ est spũs & uirtus Dei: Quid ad hæc igit aduersarius: nisi quod solet: adulatores nos esse: scilicet quia Christi uerba loqmur: quia hæretici iamdiu dãnati nõ sumus & in eorũ numero: qui putabant malos sacerdotes non esse sacerdotes. Malos Pastores pastorale officiũ pderc. At forsitã sicut est plerũq; uersipellis hic idem Martinus noster: eadẽ & ipse cõcedet: eadẽ pdicabit sicut ui patẽtissimæ ueritatis coactus interdum solet: ne nõ tam patens hæreticus uideat. Attñ nõ persistit: mõ ait: modo negat. Nam in opusculo quopiã suo / qđ de Papæ potestate edidit ad oẽm eius dignitatẽ & primatũ diuinitus cõstitutũ euertendũ: nõ aliud ferme producit: nisi malos præsidentiũ mores: qbus imperitæ multitudini psuadere nitit potestatem non esse: cõmiscẽs & cõfundens uti solitus: abusum ptãtis cũ potestate: & tñ ibidẽ ita interdũ uult nobis clemẽs & mansuetus uideri: ut in hoc etiam plus concedat q̃ uolumus: imo plus q̃ iustnm sit: quasi uero cũ iniustitia mansuetudo iungat. Postq̃ eni ibi diu in Romanæ ecclesiæ principatũ: fundatũ Cristi uerbo quantã potuit rabiẽ (satis est dicere loco multæ declarationis: sua illa lingua) euomuit: & plura decreta pontificũ nõ solum frigidissima: sed ẽt impiissima: & contra Euangelii ueritatẽ emanata ab authoribus porcis: & beluis pluribus uerbis probare contendit. Hæc ad literam & crebro his similia interserit.

Nolo ea dãnare nolo etiã eis cogi cõtra scripturæ ueritatem. Sunt contra euangeliũ ut ipse pluribus locis exprobrat: et dãnare ea non uult

Luce. 10.

Bern. in can.

Joã. 6.

Pau. ad Ro. 13.

Qui heretici esse nolũt adulatores sunt apud Martinum.

Modestia Martini.

Esa.6.

Ad gala.2.

Martinus nõ vult ea dãnare q̃ cõtra scriptu re veritatẽ sint.

& ꝙ tacuerit aduersus illa se laudat: parum memor Esaie dicentis. Veh mihi quia tacui. O Paulinum Theologum: o Pauli spectabilem æmulum: nam a quo tam oportunam patientiam hanc didicit! Non quidem a Paulo. Paulus enim resistit in faciem Cephæ quia non ambulabat secundum ueritatem euangelii. Et iste Paulo ipso longe circumspectior: non uult ea damnare: quæ ait contra scripturæ ueritatem esse: sed satis sibi esse inquit: ꝙ illis nõ cogatur. Vere satis tibi esset non cogi per illa: neq; aliud tibi iam curæ est nisi ut per ea nõ cogaris. De Christo aũt & scripturæ ueritate opinor: facile transigeres; sed non satis est nobis Martine: & si tu de Christi ueritate non cures modo per decreta non cogaris: nos tamen uolumus pati: nolumus hoc pactum tecum: & hãc contra soliditatem doctrinæ Christi transactionem recusamus: non est hic inuenire medium Martine: uel decretis teneri te oportet: uel hoc tandem cognosci quomodo sint contra euangelium: non est inquã hic Thomistarum mos: pati impias scripturarũ interpretationes: aut uelle unq̃ pacem: donec eiusmodi quæstiones circa euangelii ueritatem componantur. Sed hæc alibi ad examẽ istius eiusdem Thomistæ afferenda & subiicienda omnino sunt. Nunc hoc tantum si consequor a pusillis satis superq; mihi est: sola morum & quantauis enormitate/ turpitudine aut obscenitate uitæ non solui: non tantillum minui: uerbo Dei fundatam ecclesiasticam potestatem.

Thomiste non gescent donec euangelica veritas pateat q̃s lacerant heretici

Quid ex predictis cõseq velit auctor a lectore.

¶ Quartus dolus in quo ex uerbis suis colligitur: nihil aliud hominem conari q̃ ponere zizaniam: suscitare lites: rixas: in omni loco & gradu & conditione hominum: & ab ipsa principali quæstione ita subdole se eximere.

QVartus est dolus: secumq; multum scandali ac zizaniorum trahens: ꝙ non ibi manere litem ubi est & esse debet permittit: & de quo debet esse: sed ueluti coluber tortuosus nullibi recte consistens: & quo caput nequit ibi: quod dicitur: caudam figens: noua continue suscitat in quæ oculos paruulorum deflectat. Nam cum Christi res agatur contra quam euidẽtissime molitur: ut animos pusillorum alio diuertat: & corda uanæ imperitæq; multitudinis ad æmulationem excitet

atq; ad inuidiam inflammet: suisq; partibus astu scādaloso adiū-gat: eo rem deduxit quasi cōtra Germaniam & eius Principes insurgat Italia & quasi summus Ponti. contra summū Imperatorē erigatur: & quasi ea quæ sunt Cæsaris auferre uelit a Cæsare aut Germaniā oppugnare: & eiusmodi dolosa nimium & plena schismatum: homo ad seditiones natus: & rerum nouarum cupidus machinator & suscitator egregius suis: inspersit commentariis. Mitto ueterem quæstionē quā ad inuidiā populariū mouendā introducit: de beatæ uirginis Conceptione: mitto q; ueram & supremam summi sacerdotis potestatem ex adulatorū impiorum belluarū & porcorū commentis & inuentam & audactam cōminiscitur: atq; eius abusum a sui ueritate non separat: & q; nihil nisi uetus odiū in ecclesiasticos personat donationē Constantini tāquā confictā suis dicteriis malignissimis interponit: & paleā sine grano prædicat homo uere palea sine grano: & mox uentilabro Dei excussus & ab horreo separatus (ni resipiscat) tradendus (ut inquit Lucas) igni inextinguibili. Bene igit & oportune de te loquitur sapiens: cū inquit. Homo peruersus suscitat lites & uerbosus separat Principes. Non satis diu grassatū est? nō satis humani sanguinis iræ principū sibi hauserūt? ut etiā regū corda & populariū animos (quantū in effrænatæ linguæ tuæ facultate est positū) ni dissidiū & secessionem cōmouere nitaris? ut ab omī pace & fœdere discedatur? & quæ sanctæ Apostolicæ sedi debetur reuerentia reprobi & iugi impatientes cōtumaciter desciscant? I nunc inimice homo & reflecte in me tuum adulationis uitium pro more tuo: pro eo q; de sede Apostolica cum sanctis omib9 bene sentio. Sed audi semel quid ego: & cōtra te: & pro me ad omnes eiusmodi calumnias tuas respondeo: ne tibi non prædictū a thomista aliquādo possis dicere. Dilexisti omnia uerba pcipitationis lingua dolosa & sicut nouacula acuta fecisti dolum. Propterea Deus destruet te in finē euellet te: & emigrabit de tabernaculo tuo: & radicē tuā de terra uiuentiū: uidebunt iusti & timebunt: & super te ridebunt & dicent: ecce homo qui nō posuit Deum adiutorē suum: sed sperauit in multitudine diuitiaꝝ suarū. Et præualuit in uanitate sua Ego aūt sicut oliua fructifera in domo Dei speraui in misericordia Dei in æternū & in sæculū sæculi. Et ut penitus obstruā os tuū loquēs iniqua: ad gloriā domini nostri Iesu Christi & illud addā.

Questionē veritatis Chri vertit in ɔtentionē inter germaniā ⁊ italiā. ⁊ alias similes.

Questiōes qs itroducit vt se eximat a questionib9 in qb9 est hereticus.

Prouer. 16.

Prophete verba aptissima cōgruentia Martino.

Psal. 49.

Psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei. Satis est: non dico amplius: sed ad rem rediens. Audi Martine nunc (si placet) theologiam nostram: quicunque enim eius domus Dei tenemur: nouissimus pessimas scissuras istas & abhorremus ac lōge aliter in domini doctrina sapimus. Italum enim a Germano aut a Gallo: si modo christianus sit & christiane sentiat: non diuidimus. Disiungimur montibus: at non fide: quæ montibus imperat: non charitate quæ maxime disiuncta copulat. Quomō enim separare possunt montes quos cōiunxit deus? Quomodo separabit Martinus quos cum Paulo totis deceat clamare præcordiis. Quis nos separabit a charitate Christi? Ergo uos primū o Itali appello: quoniam de re Christi agitur: & fundamento: quod posuit: quodque in nullius est potestate: si Germanus christiane sentiat. Italus autem alienum sequatur ac peruersum dogma: proximior Germanus sit nobis, Italus longe disiunctior. Pax nobis cum Germano: cum Italo bellū perpetuum: donec uel resipiscens pace dignum se reddat: uel ut meritus ne corrumpat alios: spiritu oris Dei solus potius cadat. Sic enim scriptū est dissipa gentes quæ bella uolunt. Nec aliter uos o Germani per Christi charitatem: per salutem uestrā: perque cōmunem fidem admoneo: & obtestor: si nouam ac pestilentem afferat Germanus doctrinā: si ecclesiæ aduersator & calumniator uerbi Dei: & in Apostolicam sedem eiusque uenerandissimum atque obseruandissimū caput publice contumax reperiatur: nō sit uobis Germanus: qui non sit christianus. Cur enim de gentis gloria dimicare cum discrimine & periculo fidei uolumus? Quæ uictoria: o Germane si in qua uis contradictione cum Italo uincas: cum Christo perdas? Italum superes comprimaris a Christo? Immo uero quō quæque uinces si contra Christū pugnes? si contra stimulū calcitres. Caueamus igit̄ si quicquid superest cordis: si timor Dei ullus manet: aut saltē: si ueritatis uerbo deterreri possumus: in quo nouimus quod oē regnū in seipm diuisum desolabit̄. Ne audiāt hæc hostes fidei & inimici crucis Christi: & addat̄ gaudiū illis: & cor eorum tanto amplius excitet̄: in ruinā domus Dei: caueamus igit̄ & nos Itali & nos Germani ne istas pessimas quas hic malus interserit uel introducamus uel foueamus dissentiones. Dixi nos Germani & nos Itali quia sic censeo: sic statuo: sic dignū duco christiano aīo ut omnia oībus simus: ut inquit Aplus: ut oēs lucrifaciamus & omnes unū

Marginal notes: Mat. 17. — Ad roma. 8. — Audite Itali. — Audite Germani. — Psal. 67. — Luce 2. — Notate qui potestis. — Psal. 75. — Psal. 67. — Joan. 14.

simus & idipsum sentiamus: quos una coniunxit fides & charitas enutriuit. An non christus Deus & auctor pacis est: non est factus in pace locus eius: non est qui facit utraque unum & unius moris docet habitare in domo? Non ille qui æterno testamento pacem nobis reliquit ut in hoc potissimum eius discipuli nosceremur: si nos inuicem diligeremus? quod cum ad Christianos in uniuersum pertineat: maxime autem ad eos: qui ex regula cor unum & & animam unam habere in domino profitentur: & qui superbiæ uitæ blandimentis & mundi cupiditatibus uoto intemerando renunciant: ut pigere pudereque multum nos deceat: si interrogati unde simus non libentius Christianos q̃ Germanos aut Italos respondeamus: quid hic respondeat uir scandalorum & Paulinus Theologus? An uolumus Paulum hoc in loco consulere? non ne sic diceret in proposito Paulus? An Deus Italorum tantum? imo & Germanorum? An tantum Germanorum immo & Italorum. Sic enim insultante iudæo in gentilem oportune dixit. An iudæorum Deus tantum immo & gentium: quid etiam sub inferret nisi quod ultimo scripsit ad Galathas: si spiritu uiuimus: spiritu & ambulemus: non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem inuidentes: inuicem prouocantes. Sic ergo in Pauli uerbis omnes admonere uolui. Maneat ibi quæstio ubi posita est nõ alio uertatur: ne dum inquiritur Christi ueritas: ad disceptandum de gloria & honore gentis & fumo & uanitatibus mundi uersutia huius pestiferi hoīs transferamur: & ne dum eiusmodi rixosis contentionibus penitus inutilibus: nisi ad subuersionem audientium exercemur: nihil minus q̃ ueritatem inueniamus: ita enim malitia sua consequeretur aduersarius quod cupit: sed iniurium est & in fidei scandalum uerteretur non exiguum. At ut tandem ad te me uertam Martine: qui hac parte non finis me mentiri dum plerisque locis cõmentariorũ hæc zizania inspergis: & ne labor multus nobis esset hoc ingrendi: in primis tuis uerbis ad Sacri Palatii Mgr̃m perfacile enudas: adeo prudẽs es: ut totũ spũm tuũ statĩ proferas: neque quicq̃ reseruare possis in posterũ. Sic enĩ incipis. Peruenit ad me Reuerẽde Pater dialogus ille tuus satis supercilliosus & plane totus Italicus ac Thomisticus. Quid est dicere totus Italicus? an nõ uides rethor cõsiderate quod his uerbis si cuiuspiã esses momẽti totius Italæ gẽtis inuidiam ĩ te cõflares gratis? An tu solus totã Italiæ doctrinã substinere

Persuasio ex dictõ Pauli.

Pau. ad ro. 3.

Pau. ad Gala. 6.

Prouer. 29.

Verba Martini ad gĩam sibi cõparandam.

paratus es? Scilicet has insuperabiles & magnificas uires egregia illa cõmentaria tua satis nobis ostentant. At forsan cõciliare tibi Germaniæ beniuolentiã studuisti: quasi aliter nõ posses nisi simul in Italiã & in sanctum hominem diuũ Thomã pariter insultares Nõ hæc uia ut mihi uidetur recta est: ut Germaniæ placeas quæ si nouerit tam bellum rethorem (ne dixerim tam impium hoiem) genuisse: pœniteat ꝑfecto se infelicissimæ fœcunditatis suæ aut potius mõstrosissimi abortus sui: quid est p̃terea homo miser qd̃ cõtemnas in Italiã? scio dices uelut homo zelator legis Dei immania nephanda horribilia scelera Ro. curiæ. Sed audi tandem Hie. ne me inuitum ab instituto diutius retrahas: hoc nimirũ est: quod Hier. in uos prophetat. Iustificauit animã suam aduersatrix Israel cõparatione p̃uaricationis Iuda: uade & clama sermones istos contra Aqlonem & dices reuertere aduersatrix Israel dicit dominus: & hæc satis ad Germaniã. At te frustra & in meam iniuriam hoiem adeo derisorẽ erudire tentauerim: q̃ scriptũ legerim. Qui erudit derisorem ipse sibi iniuriam facit: & qui arguit impiũ sibi maculam generat: igit̃ ad alios procedamus dolos.

Hier. verba in aquilonem.

Prouer. 9.

¶ Quintus dolus: quo in Magnificis uocũ nouitatibꝰ & uerborum apparatu admirabili suã iactat sup oẽ cœlũ remotiorẽ Theologiam ad capiendos pusillorũ & imperitorum animos.

QVintus dolus: q in opere suo passim Christũ: Paulum: Christianã: Paulinam: sincerã: remotiorem Theologiã & huiusmodi magnifica noĩa nobis inculcat: quasi ipse solus eam diu exulem e summo cœlo reuocauerit: ac tãdem uirtute sua reduxerit in terras: aut quasi super Christi pectus tanq̃ peculialiter dilectus discipulus recubuerit: totumq hauserit spũm dormiẽtis: aut quasi alter Paulus: qui in terciũ cœlũ toto raptus corpore uiderit arcana Dei & ineffabilia illa: quæ non licet homini loqui: nisi q iste propter excellentiã ac p̃stantiam suam supra Paulum hoc potuit: q sibi soli speciali priuilegio etiã tota reclamãte ecclesia effari illa liceret: & q̃cunq uoluerit & quicqd etiã (ut ipse fatetur) in buccam uenerit. Cum in talem ac tantã buccã unde exeunt tam præciosa nõ nisi etiã p̃tiosa intrare p̃sertim post tant̃ gratiã sit uerisimile. At nos Thomistæ ac præcipue mendi-

Arrogans Luther

Quid differat a Thomistis Martinus.

cantes comparatione tanti uiri qd esse possumus? Quid boni pro ferre ex ore nostro? quo allia sæpe & cepas & herbas & nõ nisi uitiora atq; plerunq; olentia in uentrem recipiamus. Et nimirum hinc est: q; hic homo totus cœlestis non solũ fastidire nos mendicantes cœpit: sed etiam (ut est rumor) a Christiana repub. sua exterminare. Sed consolabimur tñ nos inuicẽ & recreabimur in uerbis Christi: quibus nõ curat quid intret in os: cum non illud coinquinet animã: sed quod exit ex ore: & insuper admonuit: uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere me. Ipse aũt exultet Martinus in beata ac remotiore Theologia sua quantum uelit: quã nisi tantopere nobis iactasset forsitan longe carior etiã fuisset. Et qdem principio cũ tm̃ apparatum in uerbis: tot clamores de scripturis audiebam: me tuere incipiebam ne homo plenus rimarũ has passim scripturas hac atq; illac efflueret & nullus tñ esset qui colligeret de thesauris tam ꝑtiosis. Sed ecce dum scripturas istas expecto illarum loco inuenio ludos & maledicta in cœlum & terrã / mordacitates continuas / ac ꝑpetuam temeritatẽ: nisi q; nonnunq̃ Terentianos & Plautinos iocos siue sententias agnosco: loco autẽ canonũ & sanctoꝝ Patrum offendo cõtumaciã & proteruiã & repellionẽ sanctæ & Apostolicæ Sedis & impiissimas sanctoꝝ decretorũ elusiones. Et quid solum tantum Theologum sempiterna mitra coronare potest: in duobus quos edidit libris unam glossulam cum canone suo male intellecto / & Panormitani quandã impietatem super quodam capitulo (quod: ut ipse Iurista Theologus adduxit: in rerum natura non inuenitur) cum tanto plausu & strepitu pro se adducta offendo: ut hoc solum decem gallinis pauorem facile posset incutere. q; si tandem aliquid scripturarum & si perraro exprimat, alterum trium animaduertere licebit: uel eas peruersa quadã interꝑtatione corrumpi: uel ad rem propositam nõ pertinere: uel postremo q̃dam ita nota & manifesta ꝑ illas probare: ut uel idiotissimis in angulis & tonstrinis ac plateis q̃ latissime pateant: sicut suis locis facile ac dilucide patere faciam. Hæc autem ita dico quoniã insensati multi atq; ignaui / ad has magnificas uocum nouitates miseræ nimis atq; inconsiderate trahũtur: & huiusmodi inanibus & inflatis uerbis / ac fallaciis sæpe tanq̃ uento quocunq; impelluntur & circumferũtur: atq; ita interdum persuadentur / ut uix ueritati aut disputationi relinquat

Que sint scripture Martini qs iactat.

Citauit eni titulũ ꝓ titulo.

Doctria Martini circa scripturas.

locus/quasi alii omnes pter hunc unũ cæci & Tho. ac Bonauen. quorũ ecclesia & sanctitatem declarauit/& doctrinã partim probauit/partim etiam mirifice cõmendauit/& cæteri quos scholasticos uocat/Ioannes Scotus/Albertus/Egidius/Alexander/ Durãdus & alii/atq; simul uniuersa Christiani orbis gymnasia:q̃ horũ sibi ediscendam scientiam atq; imitandã proposuerunt semper hactenus desipuerint/qui tam beatam hui⁹ Apostolici uiri ac remotiorem sapientiã/neq; ingenio & studiis consequi potuerũt. Neq; etiã cum omni sua sanctitate/uel a longe intueri meruerũt. Et qd ergo supest nobis miseris quicũq; a Martino dissentim⁹ uel Christiani uel Thomistæ aut Scholastici/si uera de se ipso/& de nobis sunt q̃ profert? Enimuero postq̃ indocti omnes sumus & Christũ & eius scripturas pariter (ut ille inquit) ignorantes. Postq̃ peccata nostra (sic eñi & ille asserit) meruerũt:ut q Deum reliqmus ab oĩbus derelinquamur. Postq̃ Deum in hanc sæuitiã & crudelitatẽ induximus:ut præcipue electos hos sanctos suos Thomã & Bonauenturã (sic etiã ipse ait:ut mox iã examini subiiciemus) & nos pariter cum illis/ac per illos in errores noxios compelleret. Postq̃ deniq; amplissima Martini Lutheri merita q (ut ait) nihil sibi est conscius/iratũ pectus sanctiss. Trinitatis assidue pulsantia expugnauerunt & impetrauerũt illi soli/ut ille solus ab his scholasticis erroribus seruaret & ille solus in hanc felicẽ & remotiorẽ/ac uerius remotissimã Theologiã tanq̃ in amœnissimos paradisi recessus relegaret/& solus illos mundi errores/naso illo/immo toto capite/respiciente & properante in Damascũ/dignis notis animaduerteret/& ille solus quasi noua lux præclarissimi solis adueniẽs omnes ecclesiæ tenebras quas quadringentis iam annis ad min⁹ (ut ille inquit) passa est dissolueret atq; effugaret. Quid inq̃ superest nobis ut agamus? equidẽ oportune hoc in loco clamabo:o orbis terrarum uniuersæ/quanta possum uoce uniuersum si me potes audire appello:o ecclesia Dei misera & miserabilis tã diu sine hac noua doctrina tanti hominis:o gymnasia infelicissima quæ istam tot sæculis insanam & pernitiosam scholasticorum inbibistis sapientiam:o Pontifices Sancti qui non habebatis lateri hũc hominem cum frigidissima illa decreta componebatis/aut potius (ut ab ipso qui hac parte prophetæ locũ sibi arrogauit accepim⁹) cum notarii uestri sine uobis tunc presertim temporis/illa in adu-

Qui honores debeant Martino.

Si de se & de aliis uera pdicat

Deus fecit errare Thomã & Bonauenturã vt p illos nos erraremus sicut inuenit Martinus in theologia sua.

Honor debit⁹ excellentissime excellẽtie Martini collecte ex verbis suis.

latione & ignorantia scripturarum exarabant: o concilia frustra & iniqua tot temporibus recepta/quæ non habuistis hunc uirum ne erraretis consultorem: o Parisius misera dignitas/quæ his doctoribus tam iniuste decorata es: o omnes sectæ & scholæ Theologorum totius orbis/quæ desipere ab his scholasticis tanto labore/tot uigiliis/tot lucrubationibus didicistis: qui ueram Christi pdiderunt doctrinam. Age resipiscamus tandem & adeamus nunc iam Martinum. Conueniamus hunc Lutherum unanimi consensu. Ambiamus hominem diuinum: nouum e cœlo delapsum. Danielem ueneremur: & capite intecto/& nudis genibus adoremus. Et primum Pont. Maximus mitra posita/aut si magis placeat in terram proiecta: uel certe si hoc libeat magis/sibi suis in manibus illis uenerabilibus resignata. Deinde uniuersus Cardinalium Senatus amplissimus & omnis proxima Patriarchalis & Episcopalis sequatur dignitas/& tota deniq; curia suis collocata pro cuiusq; dignitate ordinibus: & nos postremo cum Præposito ac ministro nostro quicunq; sumus Thomastici & Scholastici/cum omnibus scholasticis cæteris doctoribus uultu supplici comitantes salutemus hominem hunc cœlestem: oremus: gratias agamus & deniq; postulationes & supplicatiões faciam9: p ãplissima illa merita q̃ suis uerbis p̃sefert: per ardentẽ illã charitatẽ: in qua nõ querit quæ sua sunt/per mansuetudinem ac modestiã incredibilem quã nobis in oĩbus opusculis suis de ꝓpria liberalitate frequẽtissime ingerit. Iniuriũ.n. est ut idcirco uilescat tãta hæc modestia q; ille nobis eã totiẽs inculcãs nõ satis faciat ꝑtiosa ut mereꝛ: pro charitate.n. sua facit hæc: opinor et qa Paulũ audire uoluit Modestia ura nota sit oĩb9 hoĩbus: Porro qũo nota fieri potuisset hæc Martini modestia nisi p̃dicareꝛ/& ita frequẽter ingerereꝛ? Ergo p hãc modestiã & mãsuetudinẽ. Per hãc suã charitatem & uirtutes oẽs/q̃s secũ q̃si funiculo colligatas trahit: & p imẽsa uirtutũ istaꝶ merita exorem9/demũ suauissimũ hoĩem ut impetret & nobis tandẽ qđ ipe sibi soli obtinuit: ut agnoscamus tenebras nr̃as & in lumĩe suo (si idẽ est q; illud Chr̃i/aut saltẽ illi Germanũ) & nos quoq; uideam9 lumẽ. Nã q̃ minora nouo huic Danieli e cœlo nobis dato (ut aiũt discipli sui) si mõ nõ ipe in suis disciplĩs loqꝛ/in media Babylonia debeanꝛ? Et utinã adhuc satisfieret altissiæ ceruici suæ. Sic iterdum oportet ludere cũ his illusorib9: maxime propter

Certe magis liberet.

pusillos/qui istiusmodi labiis dolosis capiuntur / & linguam ita magniloquam admirantur nescientes quod scriptum est. Disperdet deus uniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.

¶ Sextus dolus: in quo hoc tantū psuadere uult author ne in hac disputatione tāti periculi psuadeant sicut solent pusilli: per dicacitates & maledicta: & linguæ intemperantiā potius q̄ ueritate authoritate scripturæ: & sanctorum hominum.

Sextus dolus: quod cum intelligat/& experiatur homo malus quod forsan & a Demosthene accepit/ peruersam hoīm plerunque naturam longe magis maledictis & dicacitatibus & uerborum acrimonia detractationibus zizaniis & ludis q̄ Christiana ueritate/pace/& modestia/& mansuetudine delectari: mirum q̄ in hoc sese nauiter exerceat: ut uix tres lineas in suis scriptis licet præterire: quin aculeum & puncturam nō sentias/aut dicterium & scurrilitatem aliquam nō offendas/aut amarulentum quoddam/& uirulentum & satyricum corollarium nō tibi oblatū gratis accipere liceat: & hæc quidem sine modo/sine fine sine ratione/sine oportunitate nec solū quicunque in buccā uenerit/ sed oī industria atque omī licentia temeraria exquirit / atque effundit. Hæc aūt ut q̄ facillime & q̄ paucissimis colligant (nō enī oīa nisi per argumentū possem breuibus pstringere.) Postq̄ in deū cœli quantū potuit per nouas/atque impias hæreses blasphemauit: & in ipm cœlū posuit os suū: ut & Petri primatum lingua sua impiissima eripere conet. Postq̄ in sctōꝝ doctrinā abunde uenenosum euomuit iudiciū: & in oēm Theologorum & Philosophorū cetū atque doctrinam inuectus est. Postq̄ neque decretis Pontificum summorum/atque sanctorum neque synodis & concilio sacrosanctis pepercit: & quantū temeritati suæ fuit satis/elusit: postq̄ & totā Italiā & Romā ipsam/& romanum caput modis oibus suis morsibus lacerauit/& nihil pene sanctum eorum quæ sunt in cœlo/& quæ in terra sunt profana illa lingua prætermisit: quia superaret etiam ut & sub terras aliquantulum uolutaretur/& ibi aliquid sanctum uiolandum inueniret/penetrare studuit usque Romanas .S. Sebastiani criptas/ut ibi saltem religiosas martyum reliquias ore illo fœtido conspurcaret: ut nō satis nobis faciant uerba pphetæ ad

Argumentum pro lingua modesta Martini.

arguendum illum/qui de hoc hominum genere ait. Posuerunt in coelo os suum & lingua eorum transiuit in terra: hæc eni lingua etiam penetrauit sub terras: immo & usq; ad ipsos inferos transiens: multas contra animas purgatorii: ut uidebimus: blasphemias exquisiuit: Et in his tota summa doctrinæ tanti uiri uersatur: unde factum est: ut minus scandalorum & peruersionis hominũ timuerim. Et si enim non parum delectetur insanum uulgus his malis/non tamen facile: nisi adiuuet mera & propria iniquitas: seduci potest. Fateor autem si respexissem hunc hominem aliquãto compositiorem & temperatiorem lingua/& uerba aliqua prudentiæ: arte saltem simulata: ut felicius personam hypocritæ indueret: comprehendissem. Et cum dominũ suum Iesum sæpenumero appellat tanq̃ spem suam unicam: si non re ipsa facile declararet: q magis in concilio fidit/q̃ in Iesu/ & magis ut diximus in principibus & filiis hominũ in quibus non est salus: fateor inquã ingenue respectis moribus hominum huius tempestatis & paruitate fidei/& nec multa principum consensione/& consueto popularium odio in omnem potestatem & principatum: trepidassem & metuissem ab his nouis impietatibus multomagis. At cum uideam omnia hæc illi uitia maxime a moribus Christianis & præsertim Paulina Theologia quam sibi immeritissime arrogat: diffidẽtia manifeste adesse: & facile in oculis omniũ apparere posse: uere iam animo bono & trãquillo mihi esse impero: & admoneo pariter omnes in discrimine tantæ rei/ut non existiment eum qui iurgiis/opprobriis/contumeliis/detractionibus/maledictis/ueneno linguæ/& clamoribus absonis longe pstiterit cæteris/& qui procacibus comœdorum lusibus & leuibus scurrilibusq; iocis totũ orbem licentia immoderata: facile in hoc omnes superans: indignissime eluserit: illum quoq; & iure & bona causa similiter uincere. Si enim in omni disputatione & quæstione ueritatis æquum non est eiusmodi sermonis uenenosæ effluentiæ atq; immoderatæ licẽtiæ uictoriã tribuere. Id certe in Christiana disceptatione multo minus: sed hoc potius iuditium esse debet: eum qui sic effuse & inconsiderate ac semper importune & imprudenter/& ut ait dominus ex abundantia cordis obloquitur: proculdubio tanq̃ oĩ uacuum ueritate & iusticia destitutum nõ aliud agere neq; in alio confidere (presertim cum rem tam grauem uertit in ludos) nisi in

Quare minus scandalo℞ timẽdum sit a Martino.

Martinus vt vulg⁹ iperitum decipiat tantũ sẽper curat.

fauoribus uulgi:& stultorum plausibus qui in eiusmodi plurimũ delectantur & capiuntur. Sed non uidit homo usq; quaq; impro uidus suo se passim gladio iugulare:cum alios eius criminis re os arguat:quo ipse præ cæteris tenetur. O uere & infelix Martine & quomodo persuadere sperasti uel plane stultis? te qui nihil aliud in omni opere tuo agis:nisi q͂ perpetuo ludis atq; illudis: uirum tamen esse seuerum/modestum/& grauem:& illos qui omnem grauitatem ac seueritatis maiestatem in omni uita sanctissime approbante uniuersa ecclesia retinuerunt, fuisse illusorios? O prouidentissimum caput:cur enim non merito in tua remotissima Theologia inuersa iam & penitus peruersa omnia existimauerim?& mutatas cum omni rerum ipsarum natura/ etiam uocũ significationes?quando penes illam qui modestissime & cum omni grauitate & maiestate loquantur:ut Tho.& Bonauentu. quos ideo precipue cito quia & tu precipuo in illos insultas:illusorii tamen sint & dicantur. Ille uero qui perpetuis inuoluatur ludis/nõ solum/non illusor/sed apprime grauis atq; modestus/ & insuper talis ad quem maxime pertineat grauissimos ac modestissimos de illusione reprehendere. Hem quo Euangelicam & Paulinam Theologiam insignis noster hic Theologus adegit. Quanto igitur hoc in loco dignius ille nescio:quis Poeta exclamasset. Quis cœlum terris non misceat & mare cœlo?non enim hic displicet uerri fur/aut latro:neq; homicida miloni. Non accusat Clodius mechos:aut cetegũ Catilina:neq; quæruntur Gracchi de seditione/tunc enim conuenienter uerbis Pauli arguerem hominem aliquo modo ut hominem/& dicerem. Inexcusabilis es o homo qui iudicas in quo enim alterum iudicas te ipsum condemnas: quomodo ergo medice non curas/te ipsum?& qui alios arguis te ipsum non arguis?Et qui in euangelio & Paulo gloriaris per euangelii & præceptorum Pauli præuaricationem deum inhonoras? Verum cum homo immodestissimus a modestissimis modestiã requirat:& maxime illusori⁹ atq; deceptor/maxime graues & sinceros illusionis & immodestiæ crimine cum omĩ audacia & morsu insectetur:nescio profecto quib⁹ digne uerbis corripi ualeat: opinor noua meditari ad illum corripiendum oportet/ tam nouum nobis animal in Theologia noua infelix nostrum nouum sæculum produxit.

Martin⁹ q̃ a ludit seueriss. & grauiss. dicendus est.

Sancti dei homines q̃ a grauiss. & modestiss illusorii appellandi sunt.

¶ Septimus dolus: in quo ostenditur: q illc abutitur authoritate Augustini quã pro fundamẽto accipit: & qualiter prudẽter intelligẽda sit. Sup quo pleraq digna ut aĩaduertantur cõtra Martini: & similium indignissimam arrogantiam.

SEptimus dolus est: quo facilius arrogantiã ac temeritatem suã contegens liberius suas impietates inserere in Christiana doctrina atq tutius audere possit. Sentiens homo malus: q oĩm sanctorũ dictis aduersabat (ut euidentissime patere faciam suis locis) inter alia fundamenta sub q b⁹ misere corruet. Augustini tritã authoritatẽ cuius primus ipse est uiolator/ & transgressor/ audacter produxit: ait enĩ Aug. sicut ille uiolans etiã grãmaticæ rõnem adducit: nõ eñ Aug. uerba fideliter refert: nec forsitã sine Dei nutu/ (opinor) ut agnosceremus nõ satis ei fuisse sensus ueritatẽ puertere: nisi eam puersis uerbis/ structuræ siml' pderet rõnem: ut oĩfariam / ac publice corruptorẽ & adulteratorẽ se pstet. Ait ergo sicut (ipse citat Aug.) Ego solis eis libris q canonici appellant hũc honorẽ deferre didici: ut nullũ scriptorẽ eo erasse firmissime credã: cæteros ãt q̃talibet doctrina/ sctitateq polleãt: nõ ideo ue esse credo / qa illi sic sense rũt &c. Sed uerba Aug. ita se hñt. Alios aũt ita lego: ut (q̃talibet sanctitate doctrinaue polleant) nõ ideo ue esse putẽ: qa ipsi ita senserũt: sed qa &c. Sed quicqd de rõne grammaticæ sit. Ex hac ĩgit auctoritate conseq uoluit Martinus esse Christianã libertatẽ quẽlibet doctorẽ sctm̃/ sed pcipue Tho. & Bonauen. & reliquos omnes posteriores/ quos scholasticos appellat: pro arbitrio penitus reiicere & negare. Super quo (ut discat melius Aug. sententiã intelligere/ quia neq modum/ neq modestiam ullam seruat: sed omnia pro libidine/ ad errorum defensionem/ ab eo/ & sui similibus audacissimis trahi cõsueuerũt) plura paulo diligentius sunt aĩaduertenda ¶ Primo ergo non simplicit ait Augu. q penitus sint reiicienda aut nihilifacienda / aut etiam contemnenda cuiusquam sanctorum dicta / aut scripta (ut audet Martinus) ut nihil penitus auctoritatis sit eis tribuendum. Sed tantisper/ q non sic recipienda sunt: sicut canonicæ scripturæ: ita scilicet ut nõ liceat nobis uim/ & momenta potius rationis attendere: ac etiam nõ debeamus scripturarum auctoritatem/ a quibus discedere

Uerba Aug. detruncat a Martino vt & ratio grammatice destruatur.

q Augu. nõ ait nullã eẽ sctõrũ auctoritatẽ sed solum q non tãta est q̃ta canonicarum scripturarũ vt cogamur in eorũ obsequium.

est impiū: illis omnino preponere. At uero ꝙ ita passim liberum sit unicuiqꝫ & pro arbitrio/nihil eorum auctoritati relinquere: & pro suo sensu quæcunqꝫ dixerint refellere: ubi uel ratio euidēs ad oppositū non ducat/uel scriptura non cogat: ex Augustini uerbis nunquā extorquebit malignus homo: cum alioqn ex eiusdē Augusti. sententia acceperimus: nō solum ex dictis sanctorum/uerū etiā ex factis/optimā scripturarꝫ recipi interpretationem. Immo manifeste Augusti. in pluribus ad hanc rem pertinentibus/sentētiis suis/sese aperiens/non in illos moueri declarat: qui auctoritati sanctorum cedunt: sed in illos qui ita cedunt/ut eā pro immobili fundamento/ad irrefragabiliter firmandam ueritatē acciperent: quod inderogationē scripturarꝫ canonicarū/a quibus dicta sctōrꝫ nō distinguerent cedebat: & ita ludibrio essem⁹ hæreticis: qui cum aliquos inuenirēt in scriptis sanctorum errores: ad fidei calumnias merito trahere possent: & propter ea p ea Aug. dicta iure manauerūt canones: quos iste homo uoluit ignorare: ut eatenus sanctorū momentis deferat̄ auctoritatis etiā in causis decidēdis/quatenus nō ex scripturis aut sinodorū & Pontificū summorum regulis aliter certa definitione constitutū reperiret̄: sicut scribit Leo. quartus ad Britanniæ epos: ut patet. xx. di. de libellis. Alioqn quō tam frustra/Gelasius Papa/etiam cū laude/sanctorꝫ plurimorū libros atqꝫ opuscula/tanta diligentia secerneret ab aliis, & comprobaret: ut colligit̄. xv. di. c. ul. si nulla ei penitus auctoritas merito tribueret̄? ¶ Secundo nō dicit Aug. ꝙ rōne etiā urgente contra qlibet sanctorū dicta si per ea euangelii ueritas nō subuertat̄: aut morū non sequat̄ corruptio/debeamus propterea tanta facie/tanta inmodestia/tantis furiis: tanqꝫ publice toto orbe audiente in eos inuehi: pśertim cum pusillorū scandalo/q cum audiunt errare sanctos iam incipiūt trepidare de fide: rem arbitrantes absonā/ꝙ errare sancti potuerint. O quot ueritates propter infirmos reticendæ sunt: quot propter eos etiā quæ licent relinquēda & quæ bona etiā essent: ut te docere Pau. & Augu. potuissent. si talis esses qualem te facis: an nō est honor homini/qui se a cōtentionibus saparauerit? non est etiam Pauli consiliū/stultas & sine disciplina/quæstiones/uitare oportere: qm̄ generant rixas? & seruū Dei decere non litigare: sed mansuetū esse ad omnes? quanto ergo magis in sanctos/quorū laus est in uniuersa ecclesia? An non

& Esaias

Aug. sup. Joā.

Multe dicēde veritates mlta bona ēt omittēda propter scādala.

1. ad cori. 10.

2. Ad thi. 2.

Esa. & Esaias utilia docenda esse ex ore domini admonet: cum inquit Ego dominus deus tuus/ docēs te utilia. An nō Greg. magni p̄clara uox/ & exemplū nobilissimū/ instruere nos satis potest: qui de se tanto in sacris literis uiro tam humilia profitet/ dicens. Ego melius puto salua fide alieno intellectui credere/ q̄ cōtentionibus deseruire. Si ergo Tho. & Bonauen. & alioꝝ sanctorū hominū opiniones/ quas tu præcipue improbas/ & tanta uehementia detestaris: non sunt manifestæ contra soliditatē fidei: & bonis moribꝰ non aduersantur/ cur igit̄ tantis studiis laboras in illas: & tot lites tanto impetu moues: & cur non potius quieti tuæ parcis: & corpusculi infirmitati: sicut tu ais cum te excusas de cōtumacia/ in appellatione tua/ ad conciliū: q̄ tanti itineris prolixitas/ imbecillitati eiusdem tui p̄tiosi corpusculi/ prorsus impossibilis est: quippe tā fatigati: opinor in laboribus multis: in ieiuniis & erumnis/ in uigiliis/ in orationibus/ in fame & siti/ frigore & nuditate/: p̄ter ea quæ intrinsecus sunt: uidelicet quotidiana sollicitudo concilii: sicut de Paulino Theologo est existimandum. Cur ergo nō q̄escis & parcis his frigidis quæstionibus ut fructus parias meliores in uinea domini exercituū: Credo sicut sæpius facis (eo enim te iniq̄tas attraxit) r̄ndebis: q̄ Thomæ p̄cipue opiniōes/ & aliorū scholasticoꝝ p̄nitiosæ sunt in ecclesia Dei. Nā uel p̄cipue Th. tuo illo censorio iudicio temerarius doctor: & qui Christo plurimū obfuit: & sine patribus/ sine canonibus/ sine scripturis/ sine rōnibꝰ loquēs In quo solo admirāda est magis stultitia tua q̄ mendaciū tam patens publicari pati potuisti. An quis oro doctorū magis cū scripturarum testimoniis loquitur: Cui in hoc iure cesserit Thomas: Dei gratia est: q̄ in quæstionē incidimus q̄ facillimi iudicii: siquis Thomæ opera oculo tantum percurrat. Sed de hoc paulo post loco suo/ Ais præterea de eodem Tho. q̄ uere fidei & bonorū morum corruptor est: & scripturarum dilacerator: diuiniq̄ uerbi peruersus īterpres: ueræq̄ adulterator Theologiæ: hæresum atq̄ falsitatum plurimarū inuentor: & qui Cristū ad mundi doctrinam/ non mundū ad doctrinā Christi trahat: & deniq̄ ille potissimum qui fidem in utrum (ut more tuo & Christiana tua libertate ludēs inquis) hoc est indubiū uerterit: ut non nisi sine illo recipere ualeant ītellectum sacræ literæ. Hæc omnia etiā latius in scriptis tuis & ita latius/ ut solū hæc uocabula Tho. & Thomistarū/ & thomi-

Gre. in hom.

Frequētissime Tho. verba hec ingerit Martinus.

Notate Christiani qd sentiat de Tho. Martinus notate: & horreāt aures.

strorũ toties inculcata / & quauis pagina tocies repetita: loco canonũ / & scripturarũ & auctoritatũ sanctorum patrum que expectabam / bonã sibi partẽ sumant opusculorũ tuorum. Sed interim postquam in tantã temporũ infelicitatẽ uenimus: ut tanta pestis in ecclesia dei impune diutius uigeat: tolerabo has blasphemias / & mussitabo: relinquens illas ultori Deo: & ita sequar cũ hoc homine disputationẽ: ac si uera prorsus essent oĩa / quæ superius in Tho. præcipue / ac deinde in cæteros: quos uocat scholasticos: ore illo omni spurcitia pleno blasphemauit. ¶ Tertio: & si multas contra fidei regulam dixerint sancti falsitates: si modo etiã eorũ sanctitatem non neges quã uniuersa probauit / ac recipit ecclesia: nõ tibi tñ concedit Augustinus: ut tanta immodestia / & tot cõtumeliis inueharis ĩ illos: & tãto cũ stomacho / & ueneno rephendas: atq; expressĩ præcipit: salua omni reuerentia quæ eorũ sanctitati debetur / defendendã causam ueritatis: sic enim ad fortunatũ inquit. Neq; quorũlibet disputationes quamuis catholicorum & laudatorum hoĩm ueluti scripturas canonicas habere debemus / ut nobis non liceat (salua honorificentia quæ illis debet hoĩbus) aliquid in eorũ scripturis improbare / atq; respuere: si forte inueniremus / quod aliter senserint / quam ueritas habet / diuino adiutorio / uel ab aliis intellecta / uel a nobis. Ecce quod solũ prohibet haberi dicta sanctorum tanquam canonicas scripturas: quod supra diximus: & tamẽ etiam in eorũ erratis rephendendis / & corrigendis / honorificentiã illis debitam exigit At tu bone uir / omittens quæ cõtra te stabant: idq; solũ assumẽs quod ad insanã temeritatẽ asserendam: nõ Christianã libertatẽ trahere posses / non meministi iuristarũ legẽ: licet etiã ut nihil sit / quod te nescire profitearis / iurista theologum tete nobis præstiturum pollicearis. Inciuile est (inquit iurisconsultus) non tota lege inspecta / de una aliqua eius particula iudicare. & illam: alia repugnante: ad prauũ sensum adducere. Etsi igitur ex auctoritate August. tibi detur / ut a Thoma dissentire possis / & quæ non placeãt libere rephendere: non tamẽ tibi dat Christiana modestia: sicut & ipse prohibet Aug. ut nulla obseruãtia / nullo honore / qui tam sanctis / tanq; probatis uiris debetur tibi quasi tuo iure hoc arroges. Dices forsan sicut quopiã in loco uideris innuere: quod prouocatus & irritatus ab his pessimis Tomistis: & illis indulgentiarũ pconibus: ideo etiã in Tho. & Bonauen. præcipue excanduisti. Age de-

Marginal notes:

Quod nunquam liceat sine reuerentia scõrum opiniones improbare.

Uerba Augu.

Cũ honore rephendi sci dñt cũ errant nõ cũ stomacho & contumeliis.

l. in ciuile. ff. de leg.

mus tibi interim etiã falsam istam excusationem: sed quid rogo? Thomistarũ peccatũ in Thomam uertis/& punis? Est ne ista iustitia in euangelica theologia/quã didicimus? ꝙ pater non portabit iniquitatem filii. Alioquin si pro peccatis thomistarũ blasphemãdus est Thomas: iam non uides ualere hanc rõnem/ut pro Christianorum peccatis (secundum hominem loqui me cogis) & ipse Christus iure sit plasphemandus? sed forsitan aliud respondebis: sicut alibi agnouimus in scriptis tuis: uidelicet ꝙ re uera nõ assentiris/Bonauẽ. & Tho. uiros fuisse sanctos/cum eorum etiam sanctitatem despicabiliter in dubium uertis: de quibus hæc uerba ꝓfers. Siue sancti fuerint/siue peccatores &c. O lingua igneis inurẽdam carbonibus: quid est dicere, siue sancti fuerĩt/siue peccatores? nisi ꝙ non est apud te fides eorũ sanctitatis? qui enim eiusmodi in dubium uertit/iam ipse proculdubio non credit: & aliis ne credãt suadere conatur. Talis est sermo hæreticorum/serpit eñi (ait Paulus) ut cancer. Ego uero quid ad hæc respondeam? Sed quid opus respondere? Etenim tam scelesta/& impia dicta/satis idoneam secum responsionẽ ferũt. Tibi uero Martine crede mihi qui te amo in Christo: & Deum testor in animam meam quia te amo: non ut peccatorem/non ut impium/& maledicum/sed ut præcepto charitatis Christi mĩ copulatũ. Respõdebit tibi cras iniustitia tua. Adstabis ante tribunal Christi Martine/& harũ ratio exactissime exigeẽ blasphemiarũ. Ego uero interĩ Deo gratias agam postq̃ tã plane uecors es: ut ita totum qualis es prorsus te nobis indices: ut nihil laboris aut difficultatis mihi relinquas/ad ꝓbandas ꝑspicue impietates tuas: quod etiã te latius facturũ speramus in dies/& ꝓcuratuꝝcũ effectu/ut quod pro uiri boni & spiritales q iudicant oĩa (ut ait Paulus) in prima facie agnouerãt etiã malis oĩbus citra differẽtiã facias manifestum. Reuertor igitur iã unde discessi.

Hec est Martini iustitia.

Notate verba q estis christiani notate linguam Martini.

Paul. 2. thi. 2.

1. Corin. 2.

QVarto insuꝑ nõ dicit Augu. neq; cõcedit ita penitꝰ aduersus oẽs pariter sapere & ꝑsumere/sicut aduersus unũ aut alteꝝ. Cũ eñi in idẽ sancti & doctores oẽs uel lõge plures cõsentiunt: & tota ecclia recipit: & gymnasia oĩa publice cõcordãtia nõ aliud docẽt: nõ uult Aug. posse unũ aliquẽ hoĩem tãta ꝑserti arrogãtia insurgere/& se tãtoꝝ patrũ placitis opponere: & tãtæ consonãtiæ resistere: q̃si solus ille sit sapiẽs/& moritura cũ eo sit sapiẽtia. Cũ igiẽ doctrina tua (mitto ꝙ nũc manifeste in multis scripturæ

sanctæ aduersatur/quia hoc inferius dilucidissime probandũ differo)militet in plerisq; aduersus sanctos omnes/uel certe plurimos (ut probabo luce clarius)& in nõnullis id improbet/& conturbet (ut & ipse fateris)quod tota iam pridem recepit ecclesia:in oĩbus aũt contra oĩm gymnasiorum magistros fronte libera erigaŕ(ut passim ex tuis uerbis licet colligere)qbus tanq̃ ppetuum in eos bellũ indicis. Ego certe:quo pacto ex Augustini prædicta auctoritate: hanc tibi tantã uendicare arrogantiã iure possis/ut tam uehemẽter contra sapientis præceptum innitaris prudentiæ tuæ/fateor non intelligo.

Esto patiens lector qa pbabiť hoc vere luce clarius.

QVinto nõ dicit August. q̄ unius aut alterius aut pluriũ falsitatũ prætextu/tota sit ppterea:cuiusq̃ damnãda doctrina/& contumeliis insuper spernenda. Nõ enĩ hoc audet uel in ethnicis/uel in hæreticis notis erroribus/ipsa ecclesia. sed seruãs quæ bona sunt & legi ea:etiã in diuinis permittẽs:ea solum improbat & sugillat quæ mala sunt. Quo fit ut Martinus Thomæ/& Bonauenturæ/& aliorum scholasticorũ uniuersam carpens doctrinam atq; illudẽs:uel ipsa ecclesia maior/atq; æquior sit: si hoc propter aliquot tantisper errores faciat:uel si pœnitus quicqd dixerint/aut saltem maiorẽ partem condemnet:eo se coniecerit/ut temeritatis/& insolentiæ suæ publicum reliquerit/& irrefragabile testimoniũ nisi q̄ uerbo est professus/etiã facto/& rõnibus præstiterit:ut tandem ostendat uniuerso orbi hæc tam patentia Thomæ errata: si modo sexcenti Martini ad/nõ dico destruendũ:sed intelligendũ: imo uere etiã nunc peccaui:uerius dixerim ad suspicandũ ea q̃ in scriptis reposuit Tho. satis esse ualerent. Expectabimus tamẽ aliq̃ noua mõstra quæ parturis:ut tandẽ parias/si forsan possis aliqñ dimouere orbẽ terrarum ut fastiditus tandẽ ista thomistica/& scholastica disciplina ad tuã Martinianã siue lutherianã se conferat: si modo nõ antea(quod ueremur)feceris abortiuũ/& moriaris cũ illo:sed magis optamus ut resipiscas.

Qualis doctrina Martini.

Obligatus ẽ ex pfesso Martinus impbare quicqd Th. scripsit aut saltem maiorẽ partẽ nisi q̄ ad ipossibile nemo obligatur

POstremo ut aliqñ te fraterne & me simul admoneã:nam uere felix si tu capere ista possis. Nõ pmittit tibi Augustinus /aut tui similibus/quod in p̃dicta sententia sibi arrogauit:& exigente æquitatis rõne/sui similibus concessit. Non enĩ cuicunq; ignauo: & omniũ lrarum bonarũ imperito:& qui prima scientiarũ prĩcipia ignorauerit:hanc licentiam tribuisse tam facile est credendus:& si

maxime linguæ effrenatæ procacitate pstaret: immo huic maxime negaturus qm̄ intelligeret furiosum/& gladiū habentē in manu. Alioquin: si cuicunq; obscuro/& indocto homini: ac psertim linguaci: concesserit Augustinus posse ubicunq; libuerit in dicta sanctoꝝ opponere/eorumq; authoritatē pro suo sensu contemnere/ ego profecto nō uideo quomodo a te & tui similibus non subito peruertenda atq; euertenda sit uniuersa doctrina fidei. Non igit (crede mihi) non concedit tibi hāc facultatē Aug. quā tu mera arrogantia tibi uendicas. Ego enī (ut in oīm qui recipere uoluerint exemplum) de me loquar quod uerum est/qui quanq̄ in lrīs nihil sum: tamē ut essem aliquid totā pene uitam ab unguiculis positā absumpsi. Ita me Deus amet: ubi aliqd q̄uis uehemēter opinarer: & quauis rōne/quantū libet acuta & probabili ore consentirē: si tamē: non dico Thomæ sententiā: cuius ego unam p cæteris sequndam mihi doctrinam libero delegi iudicio. Sed Bonauenturæ/aut Io. Sco. aut cuiusuis alterius doctoris alicuius in Repub. christiana nominis/nudam solamq; authoritatem: opinioni rōniq; meæ repugnantem intelligerem: & si nouerim nulla me obligatione astrictum/ut decederem propterea de sententia: fateor tamē & certissimus sum q; ad me ipsum respiciens: & paruitatem meam eoꝝ multifariæ doctrinæ cōparans: & ualde subsistens: mallem potius me in sensu meo abundantem reprimere & eorū cedere authoritati: q̄ temere existimare eos in eam opinionē sine aliqua penitus rōne descēdisse. Noui enī Dei gratia: noui Martine (mihi crede) q̄ facile nos homunculi: quos deceat magis discere/q̄ docere: & ingenii imbecillitate: & multarum nescientia reꝝ fallimur: & psertim (opinor me intelligis) si fumus oculos obnubilet/& caput inuoluat: ut altiora nobis queramus/& eorum scrutatores effici uelimus quorū gloria/& claritate opprimimur. Et uere in me sum sæpius expertus: multa primo aspectu uisa mihi improbabilia/quæ cum paulo post accuratius respexi/uerissima deprehēdi: & ita fieri posse conieci: ut non nullorū ratio solide a nostris capi ingeniis & intime penetrari non ualeat: quam obrem rectū ferre iudicium de eorum ueritate non ualemus. Multa quoq; econuerso uera nobis interdum apparent: quæ tamen experientia monstrante: uel iudicio in dies perspicacius cognoscente: facile postmodū repudiamus: unde etiam coniectare licet: q; & ruditate quoq; intellectus

Non oībus cōcedit vt possint dicta sctoꝝ repbēdere aut vertere in dubium.

Bt tūs Martine tu si hec recipias.

Pro humilitate ꝛ tutiori iudicio de seipso.

possumus multoties in errore persistere: Volui aũt hæc latius ita prosequi ut tibi fundamenta tua euertens: non solũ nihil tibi relinquam quo consistas / sed & ostendam quomõ Augustini sit sane intelligenda sententia: ne capiant facile scioli quidam / & audaculi: sibi istam insanam libertatem impune ita temere ac publice insultandi / p̃sertim aduersus uiros tam probatæ / & doctrinæ & sanctitatis. Naribus enĩ consecutus sum quosdam in interp̃tatiõe scripturarum ita proprie fidere doctrinæ: ita omnia libere / & oẽs iudicare: ita derogare sanctorum probatorꝝ / & scientiæ / & sapĩæ: ut merito censere ualeam eos non eo spiritu ad scripturas accedere quo facta sunt: & propter triũ uocabulorꝝ notitiam in quibus sæpe etiam falluntur: & linguarum peritiam: omĩa nouisse sibi ipsis temere persuadent: quos tantisper hactenus admonitos uolo: si Deum diligunt ut ad se respiciant: & uires suas metiantur / & discant saltem modestius: iuxta ea quæ supra diximus: de longe profundiore sanctorꝝ doctrina: q̃ suis ualeant oculis penetrare / & maturius proferre iudicium: & qui habet aures audiendi audiat: sed ad reliquos dolos accedamus.

Contra quosdã scripturarũ nimis audaces tractatores.

Qui hẽt aures audiẽdi audiat.

¶ Octauus dolus: In quo de manifestis ei9 calumniis contra bonas artes / & sanctorũ doctrinã agitur: ubi nõnulla de scientiis: q̃ ad perfectam Dei sapientiam: faciant & quatenus: & quomodo: & a quibus sumendæ sint ad sacram doctrinam: aliqua etiam specialiter de Aristo. doctrina: & Thomæ & Bonauen.

OCtauus dolus est: quia cum iam sentiat suam doctrinam uere cum scriptura sancta pugnare / sed nouerit posse illam (ut aiunt uiri sancti) ad sensum quem sibi quisq; ꝓ arbitrio præsumpserit / non difficile sæpe trahi. Magisq; ob hoc timens (ut diximus) a sanctis doctoribus: qui eam sunt interprætati: contra quorum explicitiores sententias manifeste pugnat: magis etiam a canonibus sibi metuens: & decretis Pontificiis illam declarantibus: quibus contumaciter adhuc resistit. Non nihil ueritus etiam præsentem doctorum / & Theologorum scientiam: & eorum potissimum qui ab hinc trecentos annos uiguere: quorũ (ut diximus) non solum non recipit: sed eciam indignissimis modis spernit / & illudit doctrinam, Cogitans / quo solo potuit consi-

Scriptura sctã ita est cõposita vt a malis facile ad ꝓpriũ sensum trahatur.

lio:sese ab his omnibus uendicare apud imperitam saltem/ac stolidam multitudinem:in hunc tandem dolum descendit. Primum quidem quo ad scripturam pertinet:obseruauit omnium hæreticorum regularem illā temeritatem:de qua in epistola ad dioscorum Augustinus:quia sub scripturæ auctoritate longe magis clamoribus/& uerbis/quam ui & momentis rationum:suos errores adstruere peruicaciter conantur:ad hunc enī modū de scriptura ibi loquitur Aug. Cuius auctoritati tanto deuotius obtemperari oportet/quanto uidemus nullū iam errorē se audere extollere ad congregandas sibi turbas imperitorꝫ/qui non Christiani nomīs uelamenta conquirat. Sed quo ad sanctorꝫ doct. interp̄tationes (quod solū potuit quia in cœlis etiam zizaniam ponere nō est ueritus)sanctos etiam ipsos separare circa sensum & intellectū christianæ ueritatis conatus est:ut uetustiores quidē(quia scilicet sciebat more hominum semper præhonorandam uetustatem)nō explicite recusaret. Recentiores autē quasi dissidentes ab illis: quorꝫ principem Thomam fecit(quia scilicet hæc doctrina:ut diximus: his bestiis magis resistit)omnino respueret. Et ne uideretur hoc penitus sine ratione fecisse:obiecit illis/ꝙ potius Peripatetici sint/& Dialectici/q̄ Theologi:atqꝫ hinc occasione accepta/ quasi causam scripturarum summus earum zelator suscipiens: ea de Aristotelis doctrina loquitur:quæ sola(sicut mihi uidetur) satis esse possent/etiam si nō alia assidue longe absurdiora effutiret:ad cōprehendendam hominis stoliditatem & imperitiam/cum insigni arrogantia coniunctam. Et hac eadem uia omnes nostri sæculi doctores reiicit tanta sane fiducia:nouus iste Daniel: quantā sua illi stultitia atqꝫ insipientia continue subministrat: sicut scriptum est. Sapientior sibi uidetur stultus septem uiris loquentibus sententias. Quantū uero ad patrū Pontificūqꝫ decreta attinet(quanq̄ alias multipliciter sibi sit cōtrarius.ut patebit)qa principio(ut probabo etiā euidenter suis locis)nō uiderat sctōrꝫ/atqꝫ martyrꝫ Pontificū sanctiōes/& sinodos antiqssimos ac receptissimos mānifeste suas īpugnare hæreses/atqꝫ impietates/cœpit ecclesiæ tpa diuidere/& reiicere tm̄ decreta Pontificū atqꝫ ipos ēt Pōtifices:q ab ānis q̄dringentis usqꝫ ad hāc ætatē sederūt. Cum uero postmō admonitus:cōperit ēt ante mille annos confectos canones/etiam a sanctis Pōtificib⁹/& martyrii palma coronatis/cōtra quos ipe īpudē

Dolus Martini ad diluendas scripturas contra se facientes.

Aug. d̄ sa. scrip.

Dolus Martini ad tuēdas positiōes suas contra sctōꝝ omnium doctrinam.

Quare Martin⁹ magis in thome doctrinā q̄ aliorꝝ inuehat.

Prouer. 27.

tissime dogmatizat/nouam cōmentus est stropham/& mirabilē argutiam/quā uolo seruare ridendā suo loco/cū specialiter Pontificiam authoritatē ab eius impietate defendā. Interim necesse est/ ut hæc q̄ in sanc.doc.obloquit̄ ad eundem Thomistæ examen ueniant: qm̄ prima fundamēta eius sunt qbus disiectis necesse est ut cadat. ¶ Primo igit̄ nōnulla de dialectica & phōꝝ scientia/& pci pue Aristotelis doctrina nō ab re proponā: & quatenus/& a qbus illa recipienda ad scripturæ sint intelligentiā. ¶ Secundo specialiter agemus de Thomæ doctrina: & in eius persona: quia isti homini Thomas pcipue(ea quā diximus causa.)odio ac fastidio est cæteros etiā quos uocat scholasticos/ constitutam.

PRocede huc igit̄ acutissime homo/cui nihil sapiunt: quæ bona sunt: reuocat te idem Thomista ad examen: ut eo te conįiciat atq; cōcludat: unde neq; technis tuis/neq; duplicitate tua exire ualeas/nisi ualde offendēs: dic primū quæso: qd illud est quod cōtemnis? dum dialecticos/philosophos /peripateticos/& his titulis tanq̄ fœdis & opprobriosis: doctores sctōs in iniuriā dehonestas? quid est inquā per hoc/qđ damnare uis? num negas forsan artes & scias quas dicimus dialecticam/phīam/& reliquas/ & sicut stulti aliqui asserebant: nihil sciri/nec sciri posse contendes? Opinor: homo qa oīa sciat(ut sibi uidet̄)in hanc tantā stultitiam non incurret. Nam qūo tu tam gloriosus in tuis oculis/nisi scire p̄ aliis p̄sumeres? & qūo fateri posses: te nescire calidum esse ignē a quo tibi pcipue timendū esse iam sentis? & si qd sapis ēt times? Alioqui uel ex eo dignus(si nō propter alias hæreses) ut experiaris: quousq; resipiscens/non negares id/quod & rō & experientia & naturale oīm desideriū ad sciam(quod esse frustra nō potest) & consensus demū oīm sapientiū: simul & insipientium confirmarunt. Nō negabis igit̄/opinor/scias & artes esse: & inter cæteras dialecticā/& phīam numerari: siue quæ ad mores: siue q̄ ad reꝝ naturæ conditionē ptineat: q̄ etiā in superiora ascendens causas altissimas/& separatas substantias considerat: & q̄tum potest in Dei notitiam erigit̄. Quid ergo damnas? an forsan ꝙ etsi sciæ illæ/& artes ueræ sint: tñ malū est nobis per illas scire? qm̄ bonæ illæ de se non sunt & utiles? Sed hoc pacto: ut Hier. & Aug. aiunt: naturā bonā negas: & Deo maledicis a quo sunt q̄cunq; sunt: num igit̄ in hoc etiā manicheus esse uis? ac malaꝝ rerū authorem Deum cō

Artes & scias esse soli stulti negant.

Artes & scias esse bonas christiani negare nō possunt.

stituere: in blasphemia plus satis horrenda? A qua tamē (opinor) abstinebis: & si nullū iam sit dogma tam absonū atq; impiū qđ abs te alienū fore / iure polliceri mihi possim. Quid ergo illud est quod culpas & tanta detestatione persequeris in uiris sanctis? iā non artes / quas & esse / & bonas esse / arbitror coactus es confiteri: quid ergo? An ꝙ etsi illæ bonæ sint: indignas tñ censes (ut uideris innuere) ut Theologiæ admisceantur? quasi illas maiestate sua reuerenda dedigneť / & respuat? est ne hoc tandem cuius nomine istos quos ais scholasticos tantopere detestaris? quia dialecticam & phīam Theologiæ tanq̄ adiutrices ancillas adiunxerūt? Quid est igitur quod scriptura inquit. Misit ancillas suas uocare ad arcē quō enī respuit & dedignať si uocat? & ideo uocat qa his opus habet? ut exornetur: ut sese exhibeat: & quæ in ea latēt miræ pulchritudines / q̄tum fieri potest / detegantur / atq; appareant / qñ primo aspectu: ut oculis nostris sese exhibet: sane rudis & austera uideri posset. adeo ut ab Augu. etiam illo magno acceperimus: non uisam sibi aliquando dignam quam Tullianæ dignitati compararet: quid est illud etiā / quod cōmemorat scriptura. Præceptum domini ad Hebræos: ut auro & argento spoliarent Egyptios? & alia plurima loca quæ tædet referre / idem nobis sub simili uelamine ꝑstantia? nisi ꝙ sancti doctores exponunt. Sæcularē sapientiā atq; eloquentiā in auxilium sacrosanctæ scripturæ: ad uitæ & doctrīæ cœlestis ueritatem roborandam atq; firmandam: uel ipso admonēte Deo / sumēdas esse? Quid est qđ Moses & Daniel Egyptioꝝ ac Babylonica ēt scīa ꝓfecisse de sanctis historiis accepimus? An nō his & aliis multis exemplis ad nr̄am doctrinā memoriæ ꝓditis adducti sacri canoñ. istas artes: & eaꝝ etiā paganos doctores / nō solū nō abhorrēt / sed etiā ad pleniorē sacraꝝ lraꝝ noticiam ualde recipiūt? Et (ut ab eis qđ aiebat Aug.) tanq̄ ab iniustis possessoribus / q̄ utilia sunt ad nr̄a adstruenda / & sua destruenda: feliciter / & q̄si nr̄o iure auferamus / apte cōmonent ac suadent? Neq; hæc cum ꝑserti si nouus Daniel opinor negabis. Quō. n. nouus Daniel cōtra Danielē ueterē pugnare posset? Alioqn infinitas sctōꝝ authoritates atq; exempla ꝓducerē: uel ea q̄ btūs Hiero. in epl̄a ad magnum oratorē urbis Ro. pro hoc locupletissime scribit? Quid ais igiť? qd toties Thomæ / & thomistis dialecticam & phīam exprobras? An forsan relictis tandē scientiis in hoīes te conuertes / sicut

Theologiā egere aliis scientiis veluti ancillis.

Prouer. 9.

Aug. de confes.

Exo. 11.

Sapia et eloqntia sclaris in auxiliū diuine theologie asciscit.

Moses: Daniel.

Aug. de doctrina christi.

Martini verba contra Aristo. auctore philosophi.

Pro doctrina aristo.

Ois doctrina & philosophia p̄ christi phia & doctrina stultitia est.

Pau. ad collo. 2

Quatenus recipienda p̄badaq̄ sit aristo. doctrina authoritas.

de tuis scriptis accipimus: & eos dānabis, unde illas nobis: q̄si ab authoribus: haurimus: q̄rū princeps est Aristoteles: q̄si ipse minus ad eas tradēdas idoneus: hoc est nimi*ꝝ* qđ passim disseminas in scriptis tuis: q̄ Aristotelē in dialect. & philo. seq̄mur: quē tu post tot scl'a infelicia: q̄ uno cōsensu istū uiꝝ cū omni admiratione extulerūt in cœlū: in tua nup illa remotiore Theologia, cōperisti nugatorē, fabulatorē, phūm insipientē, uerboꝝ artificē, ingenioꝝ illusorē. Et cū tandē q̄ pessimā mūdo doctrinā tradiderit: ita eni si suis eū pingeres coloribus (sicut ais) hunc nobis phm̄ exornatū repsentares. Ego uero nō parū lætor, cum audio hæc tam immania & tam manifesta mendacia, & cū non tam in Thomā q̄ in oīm q aliqd sapiūt, & sapuerūt unq̄, ingenia hoīm, aciem dirigas: q una sententia, atq̄ iudicio huius unius phi sciam ita sunt pariter admirati, ut in eo uno, quicqd natura quodammodo sciri, & penetrari poterat: scitum, ac penetratū suspexerint: in cuius hauriendā doctrinam ab hinc plus mille annos, oēs semp neruos intenderint. Mitto quos nescio an magis admiratores, q̄ sectatores suæ philosophiæ dixerim. Alexandrū, Auer. Simpl. Amoniū, Themistium, & innumeros alios: ne apud hominē qui omnia conmiscet, & cōfundit reus illico impietatis arguar: quasi a Christo ad philosophos desciscam: aut horꝝ impietatē, cōtra Christū extollam, aut eorum monumēta uel sapientiam si cum diuinis literis conferā: & sapientia Christi: nō ego etiam cum Paulo stultitiam iudicem: aut pro more Thomistarū quicquid nō cum sapientia Christi cōueniat: nō semper improbem: non detester: nō exhorream. Immo uero quicqd est etiā ueræ scientiæ si cū illa quæ christi est: in quo oēs sunt thesauri sciæ & sapiæ Dei abscōditi: nō iam insipientia uideat: aut q̄si tibi etiā si ueræ Christianus esses & Christianæ sentires facile in hoc ullus Thomista cesserit. Absit Martine malum hoc a Thomistis. Sed cū sepatim de phōꝝ scia agit: quo ad rerū naturæ secreta: & quæ naturali rōne indagari pn̄t: & q̄tenus non aduersus ea sentiūt, quæ fide de scripturis sc̄tis accepim9, Ego (& si indignus numerari hoc, ordine) cū multis tñ sapientibus & inculpatæ uitæ hoībus: & laudare inter cæteros: tm̄ uirū: & in eo naturæ gratiā, atq̄ potentiā admirari, nō erubesco: & libenter etiā illū sequor: & dum cū eius rōnib9, quæ fidei sunt: cōfero: gaudeo q̄a magis me in fide firmari sentio: magisq̄ firmatus uires sume-

re:aduersus oẽs Diaboli:& mẽbrorum eius uersutias:quorum tu unũ es:facilius possum. Et postquã de phis mẽtio est nõ penitus inutilis/ uide homo miser quãtũ placuerit unus Aristoteles Cicerõi tuo(tuo dico/qa eius tu ingenii:& in lrĩs laudas felicitatem) An non & ad Brutũ scribẽs admirabilẽ eius sciam/atque copiã cõmendat:& in Tusculanis/& alibi quãtum repetere memoria ualeo/ pluribus locis eundẽ Phorum oĩm facile principẽ(& si ipse Platonẽ semp excipiat) absque cõtrouersia iudicat:quẽ tu unus Martinus illusorẽ pdicas ingeniorum. At minime mirum dixerit aliqs/hoiem Paulinũ/cui conuersatio est in cœlis:hæc inferiora & pagana despicere. Age ubi cõuersatio Augustini:cũ in libro de ciuitate Dei/hunc eundẽ philosophũ extollit:ubi cogebat Hieronymus:cũ tanta de Arist.congerit in eius laudẽ,quãta fortassis a paucis uel ethnicis ei tributa fuisse unquã legimus/qui eum sapientũ/ absque dubitatiõe Principẽ appellat/prodigiũ grandeque miraculũ in tota natura:cui pene uidet infusum quicqd naturaliter est capax humanũ genus. Sed & Ioã.Gerson in sermone de omnibus Sanctis/Aristotelem philosophorum omniũ oculatissimum appellat. Vidit ne Martinus hæc:an non uidit:qui se tamen:quasi omnia uiderit:omnium censorem constituit:Si uidit:quomodo igitur in Sanctos illos quos probare uidetur/ne non in se penitus cœlum & terram conuertat iudicium proferre audet/ac præferre:At forsitan totus in Euangelio & Paulo intentus/has minorũ authoritates non curat. Age proferamus & Paulũ cum de philosophis sic pronunciat: qui cũ Deum intellexissent non sicut Deum glorificauerunt & rursus. Qui ueritatem Dei in iniustitia detinẽt:quia hoc notum est Dei/ manifestũ est in illis. Deus enĩ illis manifestauit: inuisibilia enim Dei per ea quã facta sunt intellecta conspiciunt: sempiterna quoque eius uirtus ac diuinitus. Nunquid Martine Paulus in his uerbis/ philosophorum scientiam uituperat:an laudat potius:& quanto illã magis laudat:tanto mores uituperat magis:Non probat qđ & prædixerat Aristoteles:quæ altiora sunt Dei/& imperceptibilia sensibus:per hæc tñ quæ sunt illis subiecta conici atque itelligi: Quod si hoc de phis Paulus iudicat:num forsan excludere interptatiõe tua uoluit Aristotelem:Sic opinor Paulinus theologus/ pro suo more Apostolum nobis interpretabitur. Quid restat igitur tibi qđ merito damnes:Eqdem scio qa paulatim/uel inuitus:

Cice.de Aristotele.

Aug.de Aristo

Hier.de aristo

Verba Hiero. ad Marcellam de aristo.

Ioan. Gerson de aristo.

Martin⁹ iudicium suũ lctorum iudicio pfert.

Roma.1.

Pau. ad Ro 1.

Notitiam dei & eorum que Dei sũt ad pbõs etiam peruenisse.

Cõtra eos qui nimiã operã phie inutilib⁹ quõnibus impendũt sacris scripturis relictis.

ut in ueritatē aliquā dirigaris te cōpellimus/illuc tandē cōfugies & hoc solū deniq; in Doctores scholasticos intorquebis/quod in multos forsitan pſertim nostri tpis/tibi facile concederemus) q; dū nimis diu in primis his scientiis insistunt:& in parū utilibus/& longissimæ inspectiōis phiæ articulis/nullā frugem in agro Domini afferentibus/moranť:& tot speculantur sophismata/& primas/& secundas intentiones/& minime entitatis entia: perdētes illa quæ maxime entitatis sunt:& dū semp in minutulis totā uitā ponunt:& usq; adeo desudant/& torquentur:& inuicē secta in sectam inutiliter pugnat:aut dū omne tp̄s/in phiæ qōnibus finiendis/rerūq; naturæ obstrusissimis archanis pſcrutandis/atq; integram operā nauant:relictis frugalioribus/ac felicioribus sacrosā ctæ/diuinæq; sapiæ lrīs:hoc tm̄ sibi ꝓsunt:q; plus uanitatis q̄ bonæ frugis:plus inflationis q̄ ædificationis sibi cōtrahunt: & facti rei accepti talenti:minus aliis afferre ualeant:cū scia teste Paulo inflet/& charitas ædificet. An non tandē illud satis diligēter expſsi quod tu multis/in Scholasticos exprobare uoluisti? unū/inquies scio/adhuc superest:q; cum tales Scholastici/his semper assueti disciplinis se aliquando ad sacras literas conuertunt suis illis sophismatis:suis syllocismis Dialecticis:per suas distinctiones/cauillationes/conficta nomina:& deniq; per sua somnia:de Aristotelis philosophia producta:ueram perdunt/ac peruertunt/sicut perdiderunt ac peruerterunt/& syncæram theologiam. Ecce quia iam pſpicue collegi omnia quæ Paulinus Theologus: tanq̄ ueræ restitutor theologiæ/non cessat effundere. Verum ad hæc respondeā/& simul tandem sentētiam meam:quo ad studia/& utilitatem scientiarum:& quatenus per eas adiuuetur diuina lex/& Euangelica sapientia:in paucas conclusiones perstringam:ut noscat tandē Martinus si potest:quod Thomistæ/& doctrinaꝝ/& modi studēdi delectum non nesciunt:& nouerunt ab inutilibus utilia separare:sicut q̄ felicissime fecerunt:& Thomas/& Bonauentura. Pria igitur conclusio sit:omnes artes & sciētias quascunq; humanæ industriæ agnocendas/distinguendas atq; ediscendas: in perenni suo lumine Deus tradidit:de se bonas esse/& ad bonum tendere diuino ordine:tum pro ipsius perfectione animæ/& ornamento/quā ad se dn̄s Deus producere dignatus est:tū pro corpis tuitiōe necessaria/ac salute:qđ ad ipsam est aīam ordinatū. Cū igiť suis

Nota te religiosi.

Contra fouētes sectas in diuersas scholas in ꝑpetuis contētionibus.

Pau.1.cor.8.

Cōclones dsluscide ꝑtib⁹ ac disciplinis secularibus:ēt cū diuina sapientia.

1. conclo.

gradibus ad ipsum Deum/& aĩa/& corpus tendãt/tm̃ abest ut q̃ corpus tuentur/& perficiũt aĩam/mala sint:ut pessimi illi sint:& naturã atq; Deũ simul ipsum negantes/& blassemantes/qui mala esse/aĩo perfido assererent. Secunda sit:q; & si ex Apostoli senten/tia/sciẽtia inflet & charitas ædificet:tñ ne dictũ sanctũ more Martini blassemiã interp̃temur. Sic sane illud intelligere oportet:non q; scĩa de se qdẽ inflet. Sed q; mali inde sibi facile gloriæ trahunt occasionem:sua scilicet malitia/non sua scĩa:qa scĩa docere potius potuit illos q; a Deo erat/& ab eo acceperant:& si acceperãt:ut ait Paulus/minus de illa gloriari debebant. Malitia ergo & amor sui hoc facit/dũ se quis p̃stare aliis multis uidet:ut/quasi non accepe/rit/uane se erigat & extollat/qui uel ex eo humiliari debuit magis ut idem ait Ap̃lus:q; ex Dei solo bñficio uenit:ut sic aliis præsta/ret. Inflat igĩ scĩa (ut more philosophi loquens Pauli dictũ inter/preter:ut me rep̃hendat Martinus:q; philosoph⁹ ad sic distinguẽ/dum ita oportune me adiuuerit) Inflat inq̃ scientia non per se/sed per accidens:ex eo q; malus ad malũ trahit/cũ quod bonũ per se est/causa mali per se esse non possit:nisi quia ex eo malus occasio/nem capit ad malum:sicut & plerunq; bonus ex eo quod malum est aliquid boni contrahit. An uinũ per hoc malũ dicaĩ:qa ebri⁹ intempestiue & ad ebrietatẽ sumit? Aut malũ ferrũ?quia uir san/guinum ad homicidiũ utiĩ?aut malæ scripturæ sanctæ/ quia eas hæreticus & schismaticus Martinus ad propriũ & temerariũ sen/sum distorquet? Non ita est. Ad hunc igiĩ modũ dixit Apostolus q; scĩa inflat. Tertia cõclusio sit:q; hæ scientiæ quæ de se bonæ sũt adiuuant satis atq; conferũt ad profundiorem Theologiæ contẽ/plationem:& perfectiorẽ scripturaꝝ perscrutationẽ:imo naturali uia non põt quicq̃ perfectæ de Deo/ac superioribus sentiri (dico aũt perfectæ pro materiæ qualitate:ne cauillosi/& cõtentiosi me arguãt) sine haꝝ peritia disciplinarũ. Nam si per eas:ut inqt Pau/lus/ad Dei noticiã/& eorũ quæ Dei sunt/maxime noscẽda tradu/cimur:nõne ad ea diligenda facile cum nouerimus impellemur? & cum dilexerimus/ad oportuna media querenda & exercẽda/ ut ea assequamur cõmodius adiuuabimur? Nonne in his doctrinis & in Thoma maxime/& cæteris quos iste deridet:perspicua rati/one cognoscimus/non solum quod olim putabant impii/non de/strui per syllocismos fidem nr̃am/ac religionẽ: sed etiam facillime

Corpus ordinatũ ad aiam: aia ad Deũ artes ad aiam & corpus.

Quõ sit sane intelligendũ sciẽtia inflat.

Pau. 1. cor. 8.

Malus qd bonũ est ad malũ trahit. Bonus vero etiã qd est malũ ad bonũ.

Tertia conclo.

Nihil p̃fecte sine spãli inspiratione Dei sciri põt de illo sine sciaꝝ atq; artiũ peritia. Que tñ Martinus rep̃bat.

Nota dũtaxat diligimus: & dilecta q̃rimus.

astrui & defendi: nõ solum non reprobari per phiam/aut philoso phos q̃tumuis egregios/sed magis(q̃tũ salua fidei p̃rogatiua fie ri põt)cõfirmari ac roborari: Placuit eni Sapiẽtissimo Deo tanq̃ oĩm patri optimo/& indulgentissimo/oĩbus modis in misericor dia uberi/humanas ad se mẽtes trahere:&quoquo uersum/neqd ad uictoriã desiderari posset:hostẽ superare/ac ꝓsternere. Cũ eni primo tyrãnicos furores:& sæculi fortitudinẽ/in sua ac suoꝝ infir mitate/in oĩ ætate & sexu/admirabili & inuisibili uirtute felicissie cõfregisset:sicut scriptũ est:ꝙ infirma mũdi elegit:ut fortia quæꝙ cõfunderet:& humanã sapiam atꝙ prudentiã pricipũ mũdi/par uuloꝝ stultitia in Dei digito(sicut ꝓmiserat in Prophetis suis)satis superꝙ elusisset & ꝑdidisset:ac deinde hæreticoꝝ ꝑuersa dogma ta:ut Paulus ꝓuiderat:subrepẽtia lateꝙ peruagãtia:per sanã scri pturaꝝ interp̃tationẽ sanctis reuelatã doctorib9:& per acutas cũ carbonibus uastatoriis sagittas tandẽ penitus/aut ꝓpemodũ ex tinxisset:qa Sophistæ & philosophastri qdam superãt suis armis (quod lõge erat utilius)cõfutandi:ne homo ualde procax & petu lans cũ Deo suo/& nunq̃ quiescens/aliqd haberet quod ab ei9 be nignitate expectare posset:sua demũ phia reprobare philosophos suaꝙ dialectica sese a Sophistis explicare:atꝙ eos inuicẽ inexpli cabiliter reuincire statuit. Immo & si per contrariũ tam plane stul ti forent(ut tu es:& tui similes)qui per haꝝ artiũ ignorantiã in le ge diuina peccantes/ac nesciẽtes forsan implicita distinguere: eq uoca separare:abdita & abscondita aperire:& ita fidẽ Christianã in scripturaꝝ aliqua ualde imperfecta notitia per arrogantiã atꝙ imperitiã conturbare:cõmiscere:& confundere auderẽt. Prouidit ut haberemus unde facile & refelli ratiõe & merito tanq̃ scioli elu di/& ad ferulam(ut estis digni)remitti possetis:dum ob istam cau sam homĩes illos nobis proculdubio ipse procurauit/quos tu ma lus & furiis plenus carpere:ac mordere non cessas/Thomã uideli cet. ac Bonauent. Alex. Scotum:Egidiũ:& plerosꝙ quotquot ꝓxi ma nobis sæcula/bono Dei/Philosophos sapientissimos/& calli dissimos Dialecticos:protulere/neꝙ per hoc minus Theologos aut minus bonos/& sanctos:sicut tu scelestissime causaris: immo per hoc ipsum(ut credibile est)diuinæ sapiẽtiæ peritos/longe ma gis/& profundius altiora penetrantes. Quis enim tam insulsus negare ausit: omnes artes Dialecticæ regulis & notitia semper in

Fides ꝑ dialecti cam ⁊ phiam cõ firmaẽ poti9 q̃ destruatur.

Prouidentia Dei.

Q̃uo supauerit Deus seculi for titudinem.

I. cor I.

Q̃uo humanã sapiam:ac pru dentiã eluserit ac ꝑdiderit.

Q̃uo hereticoꝝ insanias extin xerit.

Cur Deus so phistas ⁊ phõs suis armis ma luit cõfutari.

Quare ꝓuidit Deus ecclesie sue de thome ⁊ Bonauentu. ⁊ horũ similiũ do ctrina.

diguisse? qua omis ratiocinatio & processus & docetur & dirigit & corrigitur / sine qua facile ratio fallit: & peccat discursus / qui nō nunq̄ latente fallacia sanus uidet: in quo tn̄ cōprehendit iuuante arte deceptio. Quis tam demens qui philosophiā: tam illam quæ altiora suscipit & nobiliora entium speculatur / uirtutes causasq́ ab oculis omniq́ sensu remotas (quantū fieri potest) conat attingere: q̄ illam quæ de rerum natura perscrutatur / & postremo mores hominū declinans / præcepta uitæ & documenta prudētiæ tradens / bonum a malo separat / atq́ distinguit: & alias a quibus hæ iuuantur / ualde esse utiles ac necessarias Christianæ legis Magistris / ualeat inficiari? An non Augustinū Hortēsius Ciceronis ad contemptum mundi & amorem Sapientiæ uel ipso cōfitente adduxit? Quid uero congruentius? q̄ si per dialecticam qui eam maxime profitent uincantur / & uinciant? & Philosophi confundantur per philosophiam? Quid potro inconueniēs ea quæ supernaturalia sunt & sola fide immobiliter retinenda / ex his quæ ratiōe naturali colliguntur firmius roborare? An nō est hoc uocatas ancillas concurrere ad arcem? Idest Sapiām ipsam diuinā / hisce inferioribus uti disciplinis / ueluti ancillis? ad exornandā / fulciendam defendendā / atq́ eminētius tanq̄ arcem erigendā primam illam nostram / ac sacerrimam Theologiam. Alioquin qūo arcana trinitatis / et personarū in una substantia distinctionem / et sacramenti miracula / atq́ unionis naturaꝝ diuinæ / et humanæ: et animæ immortalitatem / ac Dei prouidentiā / et quæ circa resurrectionē occurrunt difficillima / qūo multa de moribus / de bono et malo: de peccato originali: de p̄destinatione / de beatitudine / de omipotentia Dei / & diuinis noībus / & aliis plurimis quæ in Theologia tractantur: & quæ suspicari nō pōt Martinus sine his scientiis poterit rōnem rogatus uel capere: uel dissoluere: uel docere? An semp ad miracula cogēdus est Deus? Nō hoc sapiæ & cōcilii diuini esse / p̄bat Augu. Quarta igit̄ q̄ de proxima seq̄t cōclusio sit: q̄ ita nō est iportunū aut absurdū has artes cū Diuina Sapīa cōiungere: ut nō cōiunxisse ei qui potuerit / uitio p̄culdubio sit imputandū: reddituro scilicet die sua de talento rationem. Quinta est q̄ quibusdam religiosis / magnæq́ parti hoim / qui ad eas capessendas non sunt idonei / lōge esset utili⁹ ab eis abstinere / seseq́ totos deuotiōi īteriori tradere / & opibus monasterii uacare / ut Martā induant

Marginalia (left): In li cōfes · In li de ci dei. · 4. cōclo. · 5. cōclusi.

Marginalia (right): Pro arte Dialectice q̄ ceteræ oēs indigent. · Aug. ex Hortēsio Cicerōis ad amorē vere Sapiētie et mundi cōtemptum attrabitur. · Nō est semper ad miracula deus cogendus.

Pro sacra scriptura de q̃ omnẽ genus hominũ põt ꝑficere.

& adhuc sacratiores lr̃as nõ spernere quæ per admirabilem Dei sapientiã tales sunt: ut Aug: & Greg. ait, unde etiã paruuli lac sugere/ & q̃tum uis rudes/ ædificationẽ sibi/ & fructũ cõparare semper possint. Sexta est ꝙ etiã multũ idoneis & altioribus ingeniis nõ satis expedit ita diu immorari in illis: atq; adeo in minutulis torqueri/ & insistere/ & in plerisq; philosophiæ abstrusioribus/ parumq; utilibus/ & multæ indaginis quæstionibus: ita totos neruos intendere: ut ad sacratiores lr̃as nunq̃ accedant/ aut dñas faciant de ancillis/ sicut a multis perniciose peccari ego certe diffiteri non possum: sed ita media uia rem temperari optimũ esse: ut neq; illarũ ignorantia ad ꝓfundiores diuinæ legis sn̄ias perscrutãdas obstet: neq; etiã plurima in eis impensa opera: id efficiat/ ut multa ignorentur meliora: quod in Thomã aut Bonauenturã obiicere: sicut iste prophanus audet: tam est blassemũ/ q̃ mendaciũ apertissimum. Postrema aũt conclusio/ ꝙ etiã quicunq; idoneus sic eas tẽperate & prudenter ut diximus aggrederet̃/ si tñ dignũ finem/ unde omnis humana operatio uel bonitatem suscipit uel malitiam/ non constitueret: laudari merito ex Christiana regula nõ posset.

Sexta conclu.

Ultima cõclu.

Bern. in cant.

Varii fines eorum q addiscũt

De fine autem: ut elegãter Bernardus ait: ita est distinguendum. Sunt enim inquit qui scire laborant/ ut tantisper sciant/ & in scientia delectentur: & hos turpi atq; inani curiositate teneri. Sunt qui ut sciantur id agunt: ut gloriosi & honorabiles inter hoĩes habeantur: hos aũt turpi uanitate affici. Sunt qui ut eam uendãt/ scientiam sibi comparant: & hos turpi quæstu irriteri. Sunt qui ut ædificentur scire desiderant: & istos prudenter agere. Sunt porro q ut & ædificent huc neruos intendunt: & non dubiũ est tales laudabilem/ & semper honestam exercere in ope admodum necessario & fructuoso: charitatem.

QVoniam ante alios tanq̃ huius sacrilegii reũ: primarium Thomã ponit: ꝙ indocte & infeliciter sacram Theologiã cum philosophia/ & Dialectica coniunxerit. Iã aliqua de Thomæ doctrina huius nihilominus dolum prosequendo interseram: nõ ut defendere Thomã uelim a bestiis: sed magis ut in Thomæ doctrina huius hoĩs tantam temeritatẽ confundam. Absit enĩ ut sic quasi redigere in dubiũ ego uelim doctrinã tam probatã: in iniuriam summoꝝ Pont. a qbus est etiã amplissimis honestata laudibus: & totius ecclesiæ/ quæ in ea semper tanq̃ solidissima & limpidissima

Pro Thome doctrina testimonia.

pidissima/& fidit/& claruit:& demũ in Christi contumeliã: q dixit(& si homo pfidissimus etiam hoc testimoniũ sit elusurus) Bñ scripsisti de me Thoma. pſertim cum non sit Martinus ipse potis cum omni furore suo manibus & pedibus & toto capite/& cornibus agat. Insultet: insaniat: & furiat quantũ potest: nisi laudes addere huic doctrinæ: uel eo solo/ꝙ ostenderit uniuerso orbi illam aliqñ sibi tanq̃ hæretico/& schismatico/& penitus superbo homini uehementer displicuisse.

Laudat Thome doctrina vel ex eo ꝙ Martino heretico ⁊ schismatico plurimũ odio ⁊ stomacho est.

¶ Haud me latet ex temporũ malitia propter æmulos multos/ causam inuidiosam introductuꝝ: per quã suspitionẽ facile de me pturbati iudicii possim parere apud eos/etiã si pauca de Thomæ doctrina/uel coactus ab isto uiro maledicto dixero: quasi ego ex eorũ sim numero qui facile in obligationes declinẽ/aut qui Christum separe gaudeã: & in sectas diuidere sicut scriptum est. Ego Apollo: ego Pauli: ego uero Cephæ: & uti fieri a plerisꝗ uidemꝰ modo: Ego Thomæ, ego Scoti: ego Occham: uel Gregorii: & eo redacti iam sumus: ut non liceat propter has sectas pernitiosas cuiusq̃ sancti laudare doctrinã/quasi non possit laudari unus & merito/sine alterius iniuria. Sed uiuit Dñs: quẽ appello/& ab hoc me crimine(illo teste) liberꝫ penitus pronuntio. Fateor aũt postq̃ aliquot doctorũ(quo potui studio)pertentaui uias/& ad oẽs pariter capiendos/neꝗ ætatem sufficere atꝗ ingeniũ aĩaduerti/ cum pſertim primarias uigilias/sanctis merito reddere decreueri scripturis: hunc unũ mihi Thomã p̃ cæteris/libero iudicio delegi: atꝗ quantũ mea ferat paruitas sequendũ/& ediscendũ proposui. Iudicans etiã illũ multũ in bonis literis ꝓfecisse/cui Thomas ualde placebit: nõ tñ despiciens propterea & contemnens alios: sed suas cuiꝗ laudes ingenue permittens: & suũ cuiꝗ iudiciũ libenter donans. Immo uero etiã gaudens ꝙ in uinea Dñi Sabaoth non desint uarii qui pro gustuũ uarietate uinũ oĩbus propinare ualeãt: modo iudicio Architriclini, i. principis ecclesiæ iudicetur bonum. Interim me nõ pænitet iudicii mei. Hæc dixi tentans si possim in tot huiꝰ tempestatis æmulationibus/fidem saltem apud bonos & candidos inuenire: nequis me cõmotum ideo in hunc uirũ pessimum existimet/quia Thomas pungit: aut ideo Thomæ doctrinam defendere: quia Thomæ addictus/istas alere cõtentiões delecter. Nam iterũ Deum testor in animã meam/facile cõdonante

Contra eos qui ꝓ secta magis ꝙ pro veritate contendunt.

Pau. I. cor. I. ⁊ 3.

Iudiciũ authoris de Thome doctrina.

Cur descẽderit author in laudẽ doctrine Thome

mihi hoc/uel ipso Thoma. Si non in Christũ magis iste perfidus insultaret/& si nõ perdere ac destruere Christi fundamentum/& Petram euidẽtissime conaret̃:& tantisper de Thomæ ageret̃ doctrina:nõ tanti fuisset apud me Martinus: neq; sine Thomæ etiã iniuria manifesta/hoc arbitrarer/ut distraherer a quiete & studiis meis. Sed quia pessimus uir Thomæ causam cũ Christo coniũxit:dum & errores suos uerisimilius substineret/Viri sãcti doctrinam quantis potuit maledictis fœdauit. Ideo Christi gratia coactus in eiusmodi contentionẽ:forsan etiã nõnullius utilitatis adductus sum. Et quia ĩ hoc dolo suo conatur malignus homo primum uitia huius doctrinæ exprimere. Secundũ separare illam a cæteris doctrinis antiquorũ patrũ. Iam quo ad primum attinet/mitto q̃ in Thomã blasphemas/atq; etiã ludis (ut ad te me uertã Martine) dũ temerariũ totiẽs & illusoriũ appellas: & eius in uniuersa Ecclesia probatã sanctitatẽ prophanissimis tuis dictis cõmaculas:hæc.n.solũ Deum ultorem exigũt. Venio ad eam quam tu iniquissime carpis doctrinam ut te ad rationem cogam reddẽdam ipsius euangelii tui/& Paulinæ Theologiæ. Primum ergo sic inquis ad sacri Palatii Magistrum.

Martinus Thome causam cum causa Christi coniunxit.

Duo. Calumniatur Martinus contra Thome doctrinam.

Respondebo ad temeritatẽ prius. eiusdem criminis reus mecum es tu/& Sanctus Thomas. Immo Thomas omnium maxime: q̃ per omnia ferme sua scripta nihil aliud facit q̃ disputat/& quod grande est/etiam ea quæ fidei sunt in quæstiones uocat:& fidem uertit in utrum. O pessime/o maledicte calumniator/& omnium q̃ uiuãt impudẽtissime/quõ calũniã tã falsam/& q̃ procul dubio falsã noueras/nisi penitus nihil sentis/in Virũ sanctũ obiicere potuisti? An idcirco quæso fides in dubium uertitur/quia de fidei ueritate per quæstiones inquiritur? & ubi occasionem carpendi non inuenias? si id culpas in Thoma quod per modum doctrinæ: ut potius quæ fidei sunt reddat firmiora & clariora. Ita.u.g.format quæstiões: quæritur utrum Deus est: an rogo per hoc uertit in dubium an sit Deus? cum subinde ita respondet. Respondeo dicendum. q̃ Deus est. Est ergo fidem uertere in dubium? cũ ita dicit dicendum q̃ Deus est? an dissoluere potius dubium? & cum stati omnia quæ dubiũ poterant facere dimouet penitus/dissoluit/disiicit/atq; cõfundit: est fidem uertere in dubium? an dubiũ penitus omne excludere? Nescis tu illam Philosophi sententiã/qui libẽter

Verba Martini contra Thome doctrinam.

Attendite primã euidẽter calumniã Martini: eiusq; horrẽdissimũ mendaciũ in doct. Sãctum.

etiam pateris te nescire:ne quid Aristotelicũ scias:q̃ cognitio ue- ritatis est solutio dubitationũ. An cur non & Paulum pari modo arguis qui sæpe disputat & secundũ hominẽ loquitur? Age/Salo mon uertit fidem in dubiũ? cum post etiã alia multa impia sic in quit: Vnus interitus est homĩs & iumentorũ/& æqua utriusq̃ cõ- ditio. Num ergo Salomon ob eam causam fidem uertit in dubi- um/quia disputãs impiorũ personã induit? Nihil miror q̃ te hoc Salomon docere non potuit/cum pp̃etuo in illũ pecces/te pp̃etuo sic admonentẽ. Nequid temere loquaris:neq̃ cor tuũ sit uelox ad proferendũ sermonẽ coram Deo. Tu tñ contra:semper temere/& quicqd in Buccam uenerit loqueris. Sed ad alia descendo. Nam Thomam q̃ Dialecticus:q̃ Philosophus. q̃ Peripateticus fuerit: præcipue damnare uideris ac per hoc non uerus:neq̃ sincær⁹:aut Euangelicus:seu Paulinus Theologus. Sed qui multa ab Aristo- tele attulit ad scripturæ interp̃tationẽ perdendam/& deniq̃ qui sine scripturis:sine canonibus:sine patribus:sine rõnibus:plerun- q̃ loquat̃:& nihil nisi Dialecticũ & Peripateticũ agat/atq̃ huius rei cãm/de Tho. spãlr̃ & Bonauẽ. loquẽs/reddidisti his uerbis. Sancti illi Viri cũ uiderẽt Aristotelẽ ab indoctis & Christum ig norantibus/in tãta authoritatis ueneratione haberi/ipsi:ut erant humiles sensu:pia simplicitate sunt secuti:& in errorẽ lapsi cæteris occasio fuerunt tot turbinũ/opinionũ/quæstionũ/errorũ/sicut in Scholasticis Doctoribus uidemus:& digni fuimus qui Christum reliquimus:ut ipse quoq̃ nos derelictos etiã p̄ electos suos in oc- casionẽ daret erroris/& infiniti laboris. Hæc Martinus in ope ad Leonẽ. Sed iam ad trutinã/atq̃ examẽ Thomistæ adducẽda sũt uerba hæc. Sctõs hos uiros hoc in loco fateris:quos alibi temera- rios uocas:in hac tñ Sãctitate noluisti serpentũ prudentiã/sed tm̃ piã simplicitatẽ agnoscere: licet p̄ illud:piã(qui soles in hironia plerũq̃ ludere)stultã:maluisti intelligi. Nam cõclusio q̃ sequit̃: a stulta potius/q̃ a pia simplicitate deducit̃:nisi tu & stultã & piã si- mul/libẽter oĩa cõmiscens:intellexeris. Attñ in meliorẽ partẽ ma- lo trahere quæ dicis/& si aliud/genuina maledicentia tua merito suadeat. Sit ista pia:si mauis/& columbarũ simplicitas/sine astutia serpẽtis:qd est p̃terea qđ inquis?ut erant sensu humiles?an idem q̃ spũ humiles?de qbus Dñs/Beati paupes spiritu? p̄fecto nõ tu tã spũ paup:ubi tã bñ sentias de Thoma:nimis pia hæc expositiõ

Eccle. 2. 3.

Eccle. 5.

Secda calumnia Martini in thomam.

Verba Marti.

ad Martinū:& ꝑterea ꝓposito & mendacio tuo quod hoc loco fabricasti nō seruit. Num igitur idē quod intellectu humiles/& ingenio? O spectatorē elegantē ingeniorū & cēsorem egregiū. An potius dicere uoluisti idem quod parū prouidentes/atq; prudentes? & facile in alienas descendentes sententias? & idcirco seducti/atq; elapsi in errorem/fortiorem aliis occasionē erroris dederūt? Mira & noua continue nobis de ista tua remotiore narras Theologia. Nos enī in nostra/uel ab ipso Paulo accepimus: ꝙ.s. seductorum est propriū:& nullo modo electorū: & errare in errorem mittere:& ignorauimus hactenus ꝙ Deus ita abuteretur Sanctis suis ꝙ uellet non solum errare: uerum & per eos: etiam electos/in errorē & alios mitti: ut Martiniana docet Theologia. Didicimus etiā in Propheta ꝙ exortum est in tenebris lumen rectis: & ꝙ lux orta est iusto:& tāto hoc magis si id roget assidue a benignissimo patre luminū: sicut de Thoma accepimus ꝙ oratiōe semper præuia pro luce & ueritate rogans accedebat ad lectionē: quod utinā omes faceremus Martine: istas profecto hæreses tam absonas nō incurreremus. An putandū forsan ꝙ Euangeliū destructū fuerit pro Thoma propter peccata nostra? Si Thomæ petenti lucem/negauit Deus? & effudit pro luce tenebras/& querēti obstitit/& pulsanti aperire contempsit. Talis est tuus Deus Martine tam durus tam prauus? tecum sit/tecū sit Deus iste tuus. Nos nolumus illum donec meliorem habemus. Si enī tuus Deus sic tractat electos suos ut panem petētibus lapidem porrigat: aut pro pisce serpentē/uel Scorpionē pro ouo/quid faciet alios? Quis uelit istū talē Deū Martini etiā peiorem malis hominibus? qui cum sint mali sciunt tamē dare bona petentibus. Habeat sibi/ego enī protestor ꝙ pro nouo isto Deo quem Martinus cōstruxit in Theologia sua/nolo illum relinquere quā in nostra Thomistica accepimus per Prophetam instructi qui ait. Israel si audieris me non erit in te Deus recens neq; adorabis Deū alienum. Legimus & insuper in Euangelio nostro quod Martinus opinor in suo illo tam remoto non prospexit/quantū ad Antichristi persecutiones & signa pertinet/ꝙ tanta erit illa signorꝝ uis ut inducantur in errorem si fieri potest etiā electi. Ait Magister/si fieri potest: quia uidelicet (ut Sancti exponunt) fieri illud (deo non permissuro) non poterit. Dicit ergo dominus/ꝙ in errorē induci electi non pñt: etiā illa infœlicissima

2. ad thimo. 3.

Marti. docet ꝙ De⁹ electos suos patiē errare: vt & alios in errorem mittat

psal. 111. psal. 96.

Thomas ꝑuia oratione semꝑ ad lectionem accedebat.

mat. 7.

De⁹ Martini est peior malis hominibus.

Psal. 80.

Matt. 24.

omnium tempestate/ubi pene extincta omnis charitas: & Martinus dicit/ꝙ non solum electi:sed etiã Sancti non solum inducti sunt a Deo in errorẽ/sed etiã ꝙ alios induxerunt:& hoc insup nostris sæculis non adeo pessimis. Et ita Martinus loquitur/etiã cũ modeste/& pie quantũ potest loqui conatur. An nõ sic perspicue arguimus/ut uel asini quantũ uis stupidi bellam istam/& uere ab omni remotam ueritate Theologiam possint agnoscere/In q̃ nõ cessat blasphemiã blasphemiæ:hæresim hæresi:mendaciũ mendacio:præcipitationẽ ꝑcipitationi:ludũ ludo:inopinabile inopinabili:perpetuo contextu annectere. Vt tandem componeremus ei/& poneremus super caput eius coronam de lapide pretioso:idest de primo isto lapide/qui proculdubio in eius frontem infigetur: ita materiam nobis nouã continue subministrat/uel hoc quod sequitur. Nam quomõ sperare potuisti homo argutissime/nisi penitus stolidissimis persuadere/hos doctores quæ de indulgẽtiis: pœnitẽtia/purgatorio/Põtificia clauium potestate tradiderũt/ab Aristotelis doctrina traduxisse/uere homo excors aptiores materias reperire nõ poterat:ut persuaderemur de Aristotelis doctrina fluxisse. An forsan tuus aliquis penes te Aristoteles de purgatorio.s.& inferno & pœnitẽtia & indulgẽtia; & Papæ potestate atꝗ clauibus disputat/Sed uere ad isaniã adigerer/si super hmõi tam inopinabilibus nimio plus intenderẽ. Igitur ad secundũ procedo in quo tam audax es/& malignus homo:ut in cœlis etiã.i.in sanctis Dei controuersiã quæ nõ est ponere nitaris:ne penitus cõtra oẽs cœlos & terrã uidearis unus tu Martinus (sicut facis) obsistere. In qua re duo simul manifestissime iungis mendacia. Primũ quidem ꝙ Thomas præcipue sine patribus:sine canonibus; sine scripturis:sine rõnibus plerunꝗ loquitꝛ. Alterum ꝙ eius doctrĩa a doctrina uetustiorũ.s. Ambrosii:Aug. Hilarii:Cypriani: Chrisostomi:Basilii:& reliquoꝝ patrum longe dissidet: ut in easdem tandem ueritatis fidei sententias non concurrant. Hæc autem ex scriptis tuis passim licet colligere:quæ tamẽ ab eodem Thomista pariter solito examine discutienda sunt:licet parũ examinis requirant:tamen infirmis/& sciolis/& insipientibus sumus debitores. Circa primũ. Ego fateor nõ possum desinere admirari dictũ tuũ quo ferme eo me redegisti:ut dubitarem de me:utrum ne uigilãs uigilem/an magis dormiã/& somniẽ cum uigilo:& cũ plane & p

Martinus ut maledicat thome doctrine nõ curauit contra euangelium loqui.

Nota lector q̃ꝫ verisimilia sint: q̃ Martinus conat ꝑsuadere.

Martinus int' Sctõs Dei cõtrouersiã & zizaniã que non est: ponit.

Duo manifestissima Martini mẽdacia contra Thome doctrinam.

ſpicue intuoor/nunq̄ penitus a Thoma quicq̄ excidere/quod non ſcripturaꝝ/uel patrū/uel canonū/uel tandē:cū non licet ſuperiori bus:idoneo quopiam teſtimonio fuerit(quod aſſerit)roboratum. Quomodo hoīm audaciſsime & impudētiſsime tantū ex ore tuo mendacium:tam patens prodire potuit? quod ſapiētibus pariter & inſipientibus facile eſt manifeſtum? nam contra iniquiſsimam & apertiſsimā iſtam calumniam tuā/uniuerſa tibi Thomæ opera oppono quæ ad Theologiā ſpectantia extant:& primū aureā ei⁹ Cathenam profero:in qua rogo etiam dicas:& pertinaciter pro more tuo aſſeras/ubi tū ipſe nihil ex ſe loquēs:patres tm̄ loquētes inducit:nō tū ſine magna/& ingenii:& ſtudii ſui laude:q̄ tot meli ora:uelut apis argumentoſa decerpēs/ita ea feliciter/atq; oportu ne annexuit:ut cōſumatiſsimū nobis opus de multoꝝ lucubratio nibus ac uigiliis & eoꝝ dictis melioribus/& ſaniſsimā/& locuple tiſsimā/Euangelii ſancti interp̄tationē cōficeret:ut nobis/quē ſi bi ille ſumpſit:laborē p̄petuū demeret/tam latæ: tāq; multiplicis inq̄ſitionis. Quāobrē neſcio ſi tandē in tua/uel Dialectica.uel pro teruia/ſubſtinere uelis/q̄ ſic p̄petuo dimittere:ut loq̄ntur p̄res/ſit forſan loq ſine p̄ribus/aut potius(ut ſolitā argutiā oñdas)non ſit loq cū p̄ribus.Sed tm̄ ipſos loqui patres:ſed de aliis ſuis opib⁹ q̄d dicā? Et p̄ſertim de p̄claríſsimo illo:& nunq̄ ſatis laudato Sūmæ ope:in quo maxīe admirabile:& multifariū hoīs ſtudiū licet ag noſcere. Vbi quē theologoꝝ?quē phōꝝ?quē deniq; quauis ſcīa/ p̄claꝝ authorē omittit/quē paſsim nō citet? At forſan nō patrum paucitatē:aut ignobilitatē merito cāri potes. En uide q̄ pauci: & q̄ ignobiles ſint. Hieronym⁹:Aug. Baſilius:Athanaſius:Magn⁹ Greg. Greg. Nazianzen⁹:Ambroſius:Chriſoſtom⁹:Cyprianus Dionyſius:Niſſenus:Origenes:Hilarius: Didimus: Anſelmus: D. Leo Papa:Euſebius:Cirillus:Iſidorus:Maximus:Theophil⁹: Theodorus:Seuerus:Gēnadius:Alcuinus:Beda:Raban⁹:Remi gius:Boetius: Titus:Gloſſa Ordinaria toti⁹ ſcripturæ:& alii ple riq;/quos negligēter libuit p̄terire. At forſan ex uno aut altero tm̄ eoꝝ uoluīe hæc excerpta poteris obiicere? Minime uero/ ſed q̄d nō poſſum ſatis admirari:quō unus hō ad legenda tot uolumina potuerit ſufficere:nō eſt Aug. liber:nō Hieronymi:nō Amb. nō Greg. nō Chriſoſtomi:īmo audeo dicere/nō tractatus:nō ferme Ep̄la:q̄ ut citet̄ deſiderari poſsit:& p̄ſertim Auguſtini cui⁹ ille pe

De aurea Cathena Diui Thome.

Preclariſſimū Diui Thome opus Summa

Patres atq; Authores Thome peculiares oīq; ei⁹ pene verbo aſtipulantes.

De ſtudio diui Thome miraculoſo.

Thomas Aug. potiſſimum ſectator.

culialiter familiaris/oēm penitus exhausit doctrinā.Quid produ/cam uel super Pauli epl'as commentaria locupletissima?quæ sola tuū istud tantū mendaciū facile idonea sunt:ut in gulā tuā reiiciāt an licet ibi aliquid penitus ꝑterire nō probatū scripturis sanctis q̄ uberrime?qs in hoc uincat Thomā?an obstabit æmuloꝝ inuidia ne ueritatē tā patentē(a mēdacio tā patēti coactus) tandē ꝓferā? imo uero rursus dicā/quis Thoma locupletior in testimonio scripturaꝝ?imo uero amplius/qs scripturæ locus q non ab ipso sit aliqñ adductus?Equidē quantū ad me attinet totā cū Martino controuersiā facile ac libēter in hoc ponerē discrimīe:quod si sciuerit Martinus uel unum scripturæ locum afferre/quem non aliqñ in quopiā opere Thomæ/ego oīm frigidissimus Thomista productum reperirem:tunc in tota prorsus causa uicerit:ita totā penitus scripturā Thomas/nō solum legisse:&(quantum Dei gratia fieri potuit)intellexisse:uerum etiam memoriæ feliciter commendasse perfacile declarauit.Et cum ita sit/ausus est tantū princeps totius temeritatis & impudentiæ exemplum Lutherus/arguere Diuum Tho.tanq̄ sine scripturis:sine patribus:sine canonibus loquētem: & in re subiecta omnium oculis:tantam sine pudore : sine fronte: sine facie:calumniam:tanto uiro imponere.Atq insuper non dubitauit:etiam seperare Diui Tho.doctrinam a sententiis antiquorum patrum:quo magis admirationi adderem⁹ admirationem. Sed mō maledicat:modo disperdat:disiungat:dissipet:& stultissimum uulgus ducat:quo uelit/nihil eoꝝ conspectū uereť:q sapiūt & has oēs uersutias conspiciūt.Putasti enī ꝙ diuinæ sciæ ignari/ si persuaderi has/quas tu malū confingis dissensiones doctorum ualeant/facile aīm in partem uetustioꝝ(cū quibus te arrogantissime ponis)tanto magis inclinabūt:quāto plus noīs:atq obseruātiæ sibi semper comparauit antiquitas:& ideo nō transibit sine nota sua dolus iste.Cauete pusilli/neq persuadeat Martinus uobis Thomæ doctrinam(quam multo etiā æmulorum examini semp subiectam ꝓbauit & amplissimis laudibus honorauit ecclesia)cōtrariā esse doctrinæ Aug.quā pariter ꝓbauit eccl'ia:an forsan ecclesiā eccl'iæ(qd' iste dogmatizat)tā facile putare potestis cōtrariā solo Martino teste?sic enī necesse est nobis dicere:si Aug. & Thomæ diuersa fuerit doctrina:immo uel ex eo probata maxime fuit doctrina Tho.'qa specialiter sctis scripturis & sctoꝝ traditiōibus

Non esse locū in tota scriptura quē aliqñ nō ꝓducat Thomas

Quare conetur Martin⁹ separe Thome doctrinā a doctrinā vetustiorum.

Quare potissimū probauerit Tho.doctrinā ecclesia.

cõsona uisa est/& reperta:neq; uero ob hoc solum Tho. doctrinæ dissonans a doctrina Aug. uel alioꝝ dicenda est:quia in loco /& ubi ratio postulauit/& alioꝝ simul authoritas adiuuit/ab Aug. ali qua aut alterius opinione(& si p raro)declinet:sicut & nonnunq̃ ab Augustino Hieronymus:Ambrosius:& alii antiquiores inter se inuicẽ nõ solũ dissentiebãt:uerũ etiã pugnabãt:& tñ una eorũ dicitur doctrina:quia ubi cõuenire oportebat.s.in ipso fundamẽto/quod est Christus:& his qui inde manifeste deduci poterant/ uel cõueniebãt/uel toto corde conuenire uolebant/& omni industria conabantur. Non est igit̃(clamo: & clamabo) diuersa Thomæ ab Aug.& alioꝝ doctrina. Sed plane eadẽ/re ipsa/ intellectu: & cõclusione:differt tm̃ in modo tradendi. Illi enuntiãt:hic enuntiata aperit dilucidius:probat efficacius:& per distinctiões:equoca:& ambigua multa dissoluit:nõ de capite suo/aut ꝓphanis traditionibus acceptas(ut iste malignus exprobrat)Sed ex ipsa scriptura/& uiua rõne/aut ex ipsoꝝ met authoꝝ aliis locis sumptas. Hũc aũt scribendi modũ fuisse his temporibꝰ necessariũ(si nõ aliud)tu ipse Martinus idonee satis declaras. Etenĩ perspicue ille loquitur:ut omnes glossas tuas excludat/pẽnitus atq; ĩprobet/adeo fidẽ uertit in utrũ/Sed audi etiã pro hoc Gersonẽ tuũ(ideo tuum dico:quia tu eum interdũ adducis:& propterea uideris tanq̃ idoneũ recipere)licet ille ubi ubi est/scio pro eiꝰ doctrinæ ꝓ̃stantia & dignitate:& pro obscuritate & fœditate tua/nihil magis egre ferre posset:q̃ aut esse/aut dici tuus. Audi tñ illũ siue tuũ(ut tu uis) siue nr̃m potius/sicut(ꝓ̃terq̃ ubi quia homo erat peccauit)& nos recipimus/& ipse ꝓculdubio mauult. Verba hæc Gerson in Ep̃la ad fratrem Barth. Cartusiensem:& ut oportune deus uoluit speciali ter de Thomæ & Bonauen. doctrĩa:qa tu.s.illos spãlr̃ magis ĩsectaris. Tolerent igit̃ patienter hoĩes inferioris gradus & sciæ/si dicta eoꝝ q̃rant̃ ad ꝓpriũ usum coartari/nõ in pñitiẽ doctrĩæ catholicæ dilatari. Hac ratione pmotos existimo Doctores nouiss. Thomã & Bonau. Alex. de hal.& siĩes dũ omisso oĩ uerborũ ornatu tradiderũt theologiã p q̃ones:& sub certis regulis:ut sub pci sa uerboꝝ forma tutissimã hẽremus Theologiã/tã practicã q̃ speculatiuã. Satis ne igit̃ iam intelligis Martine. Quid Parisiẽsis cãcellarius de Thomæ & Bonauen:&(quos tu illusorios uocas) alioꝝ doctrina sentiat? Satis ne certus es:q; optimo ab his fcm̃ est

Tho. ab antiqs in mõ tradendi tantũ differt.

Laus Jo. Ger.

Verba Gersõ de Tho. & Bonauẽ. doctrina.

cõsilio:ut modũ tradendæ theologiæ mutarẽt/& per q̃ones docerent? Nũqd potest explicitius dicere?q per eos sub certis regulis: & p̃cisa uerborũ forma redactam/tutissimã hẽmus Theologiam? Vide si uir prudens & iudicii admodũ circũspecti appellat illusoriam sicuti tu?imo tutissimã inquit. Sed hoc maxĩe est quod tibi & tui simillimis qbusdã sciolis displicet/hoc uos cruciat/atq̃ inurit: quia Theologiã per illos tutissimã habemus:quia nõ licet iam uestris remotioribus interp̃tationibus/& fumosis cõmentis/& confictis/uerborũq̃ foliis cõtectis Misteriis/pro libidine ulterius scripturam corrumpere. Et uere sine Thoma & Bonauen. licuisset uobis/tũ propter iniqtatẽ & malitiã:quã in maxima superbia detinetis/tum per nimis crassam inscitiã:multas & scripturarũ & sanctorũ Doc. inuoluere/atq̃ peruertere sententias:& ad uestrũ corruptum(ut collibuisset)sensum traducere. Et hoc est:q̃ tm̃ obfuit christo Thomas/sicut tu in blasphemia obiectas:quia. s. uos impediuit a sacrilegio/oraq̃ uestra impudentissima iam obstruxit. Sed q̃le de Bonauen. quẽ tu impie mordes p̃tulit iudiciũ? extat Ep̃la eiusdẽ huius tituli. Ep̃la laudans mellifluã & igneã. D. Bonauẽ. doctrinã de quo hæc uerba sunt. Noster Eustochius. D. Bonauẽ uoluit esse doctor ardẽs sortitus est idcirco nomẽ/ut anthonomatice doctor Seraphicus noĩetur. Docet hæc in sp̃ali suũ itinerariũ mentis in deũ:cuius opusculi imo op̃is immensi laus/est superior ore mortaliũ. Docet & suũ breuiloqũ Theologiæ/ p̃cessum proprie theologicũ retinens/qm̃ a primo principio descendit ad alias ueritates. Docet denicq̃ lectura sua grandior ignẽ suũ cum lumine &c. Audis Martine quid senserit de Bonauen. Gerson? Sed ne a proposito digrediamur. Attendite & illud quod idẽ cancellarius testat̃ Thomã/uidelicet ac Bonauẽ. reduxisse doct. omẽs ad unã & securã locutionis proprietatẽ? Quõ igit̃ ab his dissentiunt si eorũ sententias reducũt ad unum cõsonantẽ & p̃priũ loquendi modũ? Si propriũ:qũo ausus es illos appellare improp̃riistas. Infelix homũcule? Si tutũ:quare ab eo discedis? At uero hãc ego laudem suo iure Thomã p̃ cæteris ac peculiariter sibi uendicasse facile pace oĩm dixerim:quodq̃ nõ exigui miraculi loco merito recẽperim:& in tanta tãq̃ admirabili diuinarũ atq̃ humanarũ rerum scĩa & copia:miræ eius humilitati iure ascripserim/q̃ ita semp in tota sua doctrina se gerit modeste/atq̃ submisse:ut in captiuãdo

Laus Bonauẽ. in verbis Joã. Gerson.

Itinerariũ mentis Martini in conciliũ facit vt ista nõ viderit.

Quã mirabilit̃ Tho. intellectũ suũ captiuauerit in obsequiũ vetustiorũ P̃atrum.

altíssimũ intellectũ suũ non solũ in obsequiũ Christi/& scripturarũ ut debuit: sed etiã longe supra quã ex debito tenerẽt/in subiiciendo illũ sanctorũ ferme oĩm: & p̃sertim Aug. authoritatibus/nemini penitus cedat: & cũ uere ita sit/atq; ita pateat cuicũq; eius doctrinæ gnaro ac studioso. Audet tñ Martinus impudẽs inuitum Thomã ab Aug. diuellere/atq; ab aliis patribus/quos ille sibi statuit authores. Sed ultra tu cũ tuis similibus in audacia hac tã insigni nõ proficies: insipientia & arrogantia ufa atq; mendacia plusq̃ manifesta (ut Paulus ait) nota erũt oĩbus. Canes naribus hũc ferarum bestiarũ fetorẽ cõsequent/& cõprehendẽt uos bestias in cubiculis uestris: & latratu uocabũt pastores: & illi tãdẽ expreceti in uestram pnıciẽ suo baculo uos pcutiẽt: sicut iam uidemus: & in dies speramus meliora. Nã latent adhuc nõnullæ bestiæ: sicuti nare cõsecutus sum (q habet aures audiendi audiat) q̃ si sese tandẽ paulo manifestius pdiderint/ne dicãt nõ p̃dictũ/nõ deerũt pastori q ẽt nũc latent canes ad detegendũ & deturbandũ illas: iterũ dico/sunt aliæ q̃dam bestiæ hac illac dispersæ: quarũ q̃piã stultiores hoc idẽ in ipsis sua sententia statuũt: uidelicet bestias sese esse: qm̃ cũ in honore alioqn sint: compant se iumentis insipiẽtibus: & similes illis factæ sunt. Omni enĩ ex parte sese morituras aĩamq; cũ corpe desiturã affirmãt. Age & in istas irascent̃ tandẽ pastores boni/nunq̃ tñ/& si pastorũ aĩaduersionẽ effugiet/irã Dei horrendissimã euitabunt: nõ enĩ est effugiũ: nõ cõsiliũ: non prudentia: nõ sapiẽtia: & ut me aliq intelligãt: non est phĩa contra Dñm. Qui habet aures audiendi audiat. Placuit pauca hæc addere pro doctrina solidissima Diui Thomæ: nõ tam ut illã ut dixi/defenderẽ a bestiis: q̃ ut nosceret̃ quãti illa sit in Christiana Repu. Q ñ illã mẽbra Diaboli putrida/tam insolenter: tantaq; rabie/& insania psequunt̃. Scriptum est enĩ q̃ palato nõ sano panis pœna est: neq; enĩ furaci uoraciq; lupo, canis Dominicus tam bonus tãq; fidelis placere põt.

ad th. 3.

Contra nouas bestias que sese oio etiã quo ad oẽm aiam mortales penitus dogmatizant.

Qui habet aures audiendi audiat.

salomon in puer.

Nonus dolus in quo apte Calũniæ: & Mendacia ab eo cõficta aduersus eos cõtra quos innitit̃ detegunt̃: ut nulla ei supsit: uel a dolo manifesto uel ab imperitia crassissima excusatio.

NOnus ergo iam sequit̃ dolus. Intelligens enĩ homo malus cõtra ueritatẽ quã eius aduersarii tuent̃: difficile esse

inuenire colores:& in eos tñ inuidiã cõcitare:saltẽ popularẽ:ne/ cessariũ esse aĩaduertẽs/quo id aliquo mõ faceret/multa ab eis fa/ cta dictaq(eodẽ illo uultu quẽ sicut impius ꝑcaciter obfirmauit) cõfinxit:q nunq̃ facta aut dicta/ne p somniũ qdem fuerũt.Ita enĩ oportet hoĩem strenuũ cũ non habeat qđ expugnet:ut sibi ĩpi fin gat monstra quæ percutiat/cõpingat/& in ea sese:tanq̃ nobilis:& magnificus triumphator:ita gloriose aerẽ uerberãs/extollat.Ecõ tra uero qa qdam quæ ĩpe impie nimis:atq ĩperite scripsit impos/ sibilia deniq recognouit ut substinerent/supprimere studuit:q̃tũ potuit & subdole reuocare.Nã cũ in disputatione sua quã contra Echiũ habuit/patẽti cõcĩone p ĩperitiã canonũ dixerit. Decreta ꝓbãtia Primatũ Ro.Ecclĩæ nata fuisse intra.cccc.annos/uidens postmõ irreparabilẽ errorẽ in sua quam facit de ptãte Papæ:Re solõne:astu hoc tpis deduxit/ne patẽs mendaciũ oĩbus fieret ma gis manifestũ.Itẽ cũ in actis corã Reuer.Dño:mltas insanias fue rit ꝓfessus/atq ĩter alias q̃s supra prĩo dolo cõmemorauim⁹/p q̃s illũ de ptinacia cõuicim⁹/uidẽs nimis ĩprudẽter ibi se locutũ:& cõ tra se ipm magis q̃ in alios:in scđ a eorundẽ actoꝝ impsiõe plu/ rima hoꝝ q̃ pri⁹ publicauerat abstulit:ut ĩde colligas q̃ dolosus ẽt ĩ mltis sit:atq fuerit q̃ fortasse nos fugiũt.Deiñ sic ad.M.S.P.scri psit.Tertio pnĩam/uirtutẽ/dolorẽ uolũtat[definis:q̃ rogo autori tate:tua:q hoc ad Martinũ:Veꝝ cũ illa nullibi unq̃ hoc dixerit: q̃ tu authoritate facis illũ dixisse q̃ non dixit:tua:qd hoc ad Tho mistas:q negãt neq Deũ posse id facere qđ qs iam fecerit:qđ ue re nõ fecit:An tu Deo maior/facies tuis uerbis magicis ea dixisse illũ q̃ nõ dixit:Dixit ergo.D.S.P.ꝙ dolor uolũtatis erat act⁹ uir tutis:& nõ qđ ẽet ipa uirt⁹.Multũ ãt ĩterest ĩter rẽ q̃ est uirtus: & actũ ei⁹.Virt⁹.n.habit⁹ ẽ/nõ act⁹:& ꝑterea dolor passio ẽ: nulla ãt passio(ut Damasce.ꝓbat)uirt⁹ eẽ põt.Sed ego h⁹ erroris excu sare uolo Paulinũ Theologũ:licet inuitũ:qa re uera in hoc ex cõsi deratiõe:&ĩperitia:ñ malitia laps⁹ ẽ/qa paꝝ ĩ his habitib⁹:& acti b⁹ ẽ ĩstruct⁹:& hoĩem ĩteriorẽ ab exteriore nõdũ plane discreuit: & ita rõnẽ a sẽsu:eoꝝq:& act⁹:& hit⁹ separe nõ didicit:ut ĩtellige ret qđ a sensu:& qđ a uolũtate supiore ꝑcederet.Hõ.n.iã factus bestia:q sẽsus ducit impetu/sicut ille ẽ:iã rõnis capax esse nõ põt: neq rõis officia a sẽsus officiis separe põt:scio tñ ꝙ ille hac excusa tionẽ uerissimã:iniquo aĩo feret:qm lõge mallet:q̃tũuis malign⁹

Nota dolos.

Responde ad hec si potes Martine.

Excusatio pro Martino verissima.

haberi: & mendax/ q̃ sic dep̄hendi per imperitiã: aut in considera- tionẽ peccasse. Age ergo geramus ei morem: quod ad propositũ magis etiam pertinebit: ostendamus ea mendacia quæ ipse de in- dustria ac mera malitia cõposuit. ❡ Primo ergo ait in iisdẽ actis corã. R. Legato/ inter alia multa plena iniquitatis/ quod idẽ Dñs Reuerẽ. dixit/ ꝙ Papa erat supra scripturas sctãs/ ita. s. & in hunc sensum: quia authoritas Papæ erat supra authoritatẽ scripturæ: & tñ mendaciũ tanto uiro ascribere nõ est ueritus/ quod si iureiu- rando affirmaret tota Germania/ atq; simul Italia/ tamẽ persua- deri nequaq̃ posset: nõ ꝙ nõ digna fide Germania & Italia: sed ꝙ tam absonũ hoc dictum: ut ex ore etiam stultissimi cuiusuis hois excidere nequaq̃ posset. Quãto igit̃ minus ex ore tanti Viri/ cui⁹ est ubiq; iam dudũ laudata spectataq; doctrina: p̄sertim cum ille ẽt suis aliis opibus cõtrariũ pro constãti semper magis supposue- rit: q̃ probauerit: ꝙ uidelicet res posita in manifesto ꝑbatiõe nõ indigebat. Potuit quidẽ hoc dicere: & uere dicere. Reuereñ. Dñs/ ꝙ Papa sup interp̄tationẽ scripturæ esset. i. ꝙ ad eum/ nõ ad te ꝑ- tineret/ de ueritate interp̄tatiõis scripturaꝝ decidere: & quod pla- cuerit canonice improbare: uel reprobare: & tu hõ oĩm malignis- sime ais/ ꝙ facit Papã super scripturas/ cũ tñ totũ hoc a scripturis accipimus/ quod Papæ tribuimus: ut si scripturæ non essent: nihil haberemus: quo statuere eius possemus maximã authoritatẽ: imo & testantibus & uigentib⁹: & tã apte cantãtib⁹ hoc scripturis/ uix tñ possumus ꝑ uos: & uram superbiã: & horribilẽ ip̄ietatẽ defende re. ❡ Scd̃o plerisq; locis oẽm scholasticoꝝ doctrinã: imo uero totã eccl̃iam accusat: scelere ip̄ioꝝ ꝙ uidelicet errore pelagioꝝ tene atur q̃si destruat grãm Chr̃i/ per hoc ꝙ arbitriũ libeꝝ saluat: aut q̃ si neget salutẽ nr̃am ex Dei sanguĩe: & misericordia ꝓuenire/ qd̃ nemo unq̃ Thomista dixit: aut dicere potuit: si Thomam sequat̃. At tu qdẽ uere es pnitiosissim⁹ hæreticus/ q ita grãm Dei defen- dis: ut arbitrii libertati nihil concedas: ita omĩa in fide sola Chri sti ponis: ut operib⁹ nostris nihil mercedis assignes/ quasi nõ stet cum arbitrii libertate gratia: aut quasi sola fides sine operibus me reatur gratiã. Sed hæc & alia multa potius loco suo. Satis est mo- do eiusmodi admonuisse/ ut cum eo uenerimus non sint totiẽs ea- dem repetẽda: & hinc admoneat̃ prudẽs lector/ ut nõ facile in aliis multis q̃ passim criminat̃ tam mendaci & linguoso fidẽ habeat.

Mendacia que finxit cõtra Reueren. Card. S. Sixti.

Accusat Martinus totã ecclesiam Pelagianoꝝ heresis.

Heresis pnitiosissima Martini negãtis ex libero arbitrio opera bona cooperari ad grãm aut ad meritũ.

¶ Tertio in respõsione contra .M.S.P. asserit ipsum dixisse/posse negari elemosinã egenti sine peccato mortali/sed nõ sine ueniali: quod quidem si dixisset: falsum dixisset (quia prorsus sine ullo peccato negari potest eleemosyna) licet tu adhuc nõ recte improbasses/nisi hoc tu uoces improbare/facetiis nihil ad rem pertinẽtibus (sicut soles) illudere. Sed nõ hoc dixit ille: immo tantũ hoc/ per quod conclusionem tuam merito reprehendit: quod interdũ negatur eleemosyna prorsus sine peccato: interdũ cum peccato: sed tantum ueniali: aliquãdo uero etiam cum mortali: & ita recte dicit/& scdm doctrinã Sanctorꝶ: & opportunas distinstiones: & cõsiderationes: quæ haberi debẽt/tum circa qualitatem egeni: & egentiæ suæ: tum uero circa conditionẽ ipsius: qui de eleemosyna requiritur: & eius facultatẽ: & adhuc de eleemosyne qualitate uel quantitate: de quo tamẽ nõ attinet hic disserere. Satis enim est ꝙ apertissime in hoc mendaciter contra illum locutus es: quanq̃ re uera: & hoc in loco nõ de industria: sed per tuã uel imperitiã: uel præcipitationẽ: fecisse proculdubio existimo. ¶ At quarto loco ut tuis laicis persuadeas/p̃supponis etiã falso: ꝙ M.S.P. dixerit: ꝙ quicquid agat Papa: recte & sine errore agat: quasi in omnibus sit ecclesia uirtualis. De quo latius suo loco. Sed non intelligis homo incõsyderate/ꝙ nõ est aliqs sanæ mẽtis qui ignoret ꝙ & Põt. errare possunt: & sæpe errauerũt: neq̃ aliter dixit .M.S.P. Sed sic explicite dixit/ꝙ Papa canonice ut oportet decidẽdo rem ad fidẽ & christianos mores pertinentem/errare penitus nõ potest: & ita faciens/dicitur tota ecclesia/quæ errare non potest/ uirtualiter in ipso Papa fecisse. Et ita si intellexeris/oportet ut fingas noua mõstra in ecclesia Dei/ per quæ uerissimã hanc sententiã improbes. Sed piget alia tua uere mõstra exequi / uel ꝙ ex eis iustum confici uolumen posset/uel ꝙ opinor satis ex his: quæ proposui: lector prudens: & reliqua animaduertet: præter ea quæ passim sequi. libris adnotabimus. Ac ne mihi uidear supuacuo defensionẽ. M. S.P. temere arrogare. Qui (ut uerum fatear) principio in hoc tantisper peccauit (dabit scio ueniam ille huic ueritati) ꝙ te dignatus est secum ad litterariã contentionẽ/qui ita te & ueritate & bona causa atq̃ etiã doctrina facile superat/sicut tu illum linguæ procacitate & ueneno. Sed nõ putauit adeo te imperitum (quis.n. putasset?) nõ existimauit ita impiũ & pertinacẽ: & ideo dignũ magis ut cum

Alia Martini calumnia in M S P.

Quid dixerit Magr. S. P.

Ex p̃cipitatiõe ⁊ incõsideratõe plurimi erroris Martini.

Alia Calumnia Martini in eundem.

Pro Magio S. P.

igne disputationem ageres q̃ cum homine: presertim tali. Quis.n credere potuisset in Germania alumna fidei/ talem hominem: & p̃sertim Augustinianæ professorem religionis/ a tanta patria: & a tanto Patre tam infeliciter declinantem? Sed iam ad alios procedere dolos oportet.

¶ Decimus dolus in quo ꝓbatur non esse recipiẽdas aliquas ueritates concessas quas nemine refragante in cœlum iactat: quasi super illas disputatio fit: ac non potius de mendaciis quæ ex illis traducit: agatur.

Imperiti sub hoc dolo plerũ꜃ decipiuntur.

Decimus dolus est: ꝙ & si nõnullas ueritates proferat hic homo: paucas tamen quantum animaduertere licuit: pure: ac sincære: ut non pernitioso alicui mendacio: & uanitati admistas relinquat: & in hoc (ut est interdum uersutus) illud percallide: ac diligenter obseruat/ quod ueritates illas: quas nemo bonus nunq̃ negauit: & contra quas nemo sensit: multis tamẽ uerbis: multis rõnibus: ampullis: exaggerationibus constipat/ cõfulcit/ expandit/ amplificat/ perinde ac si ab eo de illa ueritate rõ exposcat̃/ & nõ potius de cõtento sub eo mẽdacio/ de quo sæpe nullum uerbum: & ut magnum mendacissimi homis signũ proferam/ animaduerti uelim: si qñ aliqua ei conceditur a Magistro. S. P. ueritas: ita eum gestire/ exultare/ ita totum refici/ exhilarari: atq꜃ extolli/ ut dicas sese capere non posse: & merito. Assueti enim mẽdaciis: pro magno habent: si qua interdum: (quam intermiscent) ueritas: condonatur: non tã studio: atq꜃ amore ueritatis/ q̃ uel ut non semper (quod turpissimum est) uideantur mendaces: uel ut hinc tanto magis sumant sibi in ipso mendacio pertinaciæ occasionem. Et ut hæc quibusdam interim cõprobemus exemplis. Assumet. u. g. sibi istam conclusionem probandam/ Sanctos eguisse misericordia Dei: & ꝙ omnis eorum iustitia fuit tanq̃ pannus menstruatæ: ut Esaias testatur: & plures tales idem sonantes. Item sumet hanc aliam conclusionem/ sola merita Christi ualuisse pro omnibus: & non esse iustum aliquem coram Deo/ Neminem sine peccato/ Omnem hominem mẽdacem: quæ apud minimos Thomistas non modo pertrita sunt/ sed etiam ut oportet intellecta. Ipse uero ea non intelligens/ an nolens: plerunq꜃ intelligere/ impatiens distinctionum: quæ ex ipso Euangelio: non dico Tho

Quare mendaces gaudent: si qñ veritas aliq̃ quã ꝓferũt: eis conceditur.

Cõclusiones vere a Martino sepius replicate.

Esa.

ma/sed euangelio dico:apertissime colliguntur/in innumeras la/bitur:quas admiscet impietates/multa horum prætextu manife/ste:uel negans:uel dogmatizans:quæ pernitiosissima:& iam iudicata sunt/uel plerunq; ab ipsa quam negat ecclesia/uel comuniter a Doc. Sanctis. Negat enim ut sæpius ex uerbis suis colligitur cõ/parari nobis ex arbitrii libertate merita:& ex operib9 nostris factis in fide & charitate:immo & prætextu gratiæ penitus negare liberum arbitrium uidetur:nam in declamatiunculis popularib9 aut hoc dicit aut si interne consideres:nihil dicit his uerbis.

De veris cõclusiõibus falsa deducit p imperitiã vere Theologie.

Vbi sunt qui liberum arbitrium iactant?cur non cessant statim ut uolunt?immo cur non uolunt nec possunt uelle?Cur. S. Hieronymus & Paulus nõ potuerunt cessare a stimulo carnis?Si enim uoluissent utiq; factũ fuisset &c.& qua fronte iactat uerba hæc bone Deus:tam patenter falsa?uel hæc postrema. Si eni uoluissent inqt utiq; factum fuisset. O ignorantiam hominis incredibilem:qui in hominibus ponit/factum sequi continuo uoluntatem:quasi homines dii sint:qui dicit & facta sunt nuda solaq; uoluntate. Ponit ẽt prætextu huius conclusionis perfecta charitas foras mittit timorem mille stultitias de purgatorio:ut suis locis patere faciam/prætextu etiam alterius:q; solus Deus remittit peccata:quod scimus/quod fatemur/quod prædicamus:non nihil clauium potestati derogare audet/ut suis locis euidentius ostendetur. Sufficiat igitur & de his admonuisse æquum lectorem/ut non existimet concessas in tota ecclesia:& abunde decantatas propositiões:nuper a Luthero solo inspectas:neq; contra eas quenq̃ pugnare sibi persuadeat: sed de earum tantum sano intellectu disputari:qui in scripturis sacris declaratur. Scriptura enim scripturam aperit.u.g. Paulus iustificari hoĩem ex meritis negare uidetur:sed in sola fide uidetur astruere iustificationẽ ad Ro.3.&.4.unde iste multã errãdi occasionẽ sibi sumpsit:qm textũ Apli:& sensus ꝓfunditatẽ:nõ cõsiderauit:de quo nũc nõ attinet differere. Iacobus ãt fidẽ nõ sufficere sine opibus:ita ut in opibus iustificationem cõstituere uideat. Sic igit apparet q; hi textus eget distinctione q̃ faciũt doct. sci. Immo q̃ ex ipsis scripturis colligit/& qa hic homo oĩs cõfusionis amator istas distinctiões nõ recipit:causans illas p Arist. doctrinã a Tho. cõfictas:necesse est ut in barathra erroꝝ sese ꝑcipitẽ dedat & ita pñt eiusmodi plura exempla ꝓponi:de qbus tamẽ/quoniam suo

Negat Martinus liberi arbitrij ptãtem.

Nota lector pudẽdũ errorẽ.

Principia aliquorum errorum Martini.

Et scis scripturis cogimur distinguere.

loco ponẽtur ad dubitationẽ hactenus satis: ut prudens lector & amator ueritatis nõ satis in his Theologorum quæstiõibus peritus possit ab hoc dolo in aliquo admonitus & ĩ cæteris passim cauere.

Undecimus dolus: ubi detegitur patẽtissime arrogãtiæ Martini uitium quo persuadere conatur se omnes artes scire: & de oĩbus iudicium sanum proferre posse.

VNdecimus dolus est: cum .n. nouerit Martinus infinitũ imperitorum numerum / qui nõ exactam de omni uerbo & doctrina rationẽ reposcant: & si omnẽ philosophiã cũ philosophis omnibus contemnat / & cum dialecticis dialecticam: tñ ut nihil apud eos nescire & q̃si solido iudicio hoc statuere uideatur: quibusdam uerbis obiter positis / ac de industria quasi neglig ẽter: & tanq̃ ab aliud agente / nõ ignorare has quoque artes astu tã infelici ostentat: ut eos tñ possit facile decipere: qui illũ e cœlo Danielẽ sibi demissum predicãt. Atqui paululũ in sciarum pricipiis promoti fuerit incredibilem huius hoĩs in omnibus scientiis ignorantiam longe facilius pñt animaduertere quã credere / Sed uideamus nũ uerum dicam ex uerbis suis. Etenim ad magistrum. S.P. sic scribit. Secũdum iterũ ructuas Aristotelicã Philosophiam de uirtute morali / de obiecto / de actu elicito: euasi ego talia nunq̃ audierim. Et alibi. Quod uero dicis uel in sõno intercidere necessario actus pniæ agnosco egregium Aristo. in te ex Ethicis suis fabulantẽ ubi dicit: quod miser & fœlix dimidio uitæ nihil differunt: uterque .n. dormiunt nocte. i. nihil agunt uel fœlicitatis uel infœlicitatis: quomodo põt tibi uera Theologia placere cui placet tã insipiens Phũs? Hæc uero ita dicit ut solido iudicio & nõ temeritate eas reiicere artes a sua remotiore Theologia uideatur / quasi probe cognitas: & earum satis perfecta malitia: & quod magis admiratus sum: quod tñ ausus fuerit sibi de dialecticæ scia arrogare: ut nõ dubitauerit ẽt beatum Tho. de consequẽtiæ uitio etiã cũ stomacho rephendere his uerbis / Secũdo uellem a beato Tho. doceri qua dialectica stet ista cõsequẽtia: eccl'ia remittit solũ iniũctas pnias: ergo remittit ad grauiores . i. purgatorias. Vos Thomistæ grauiter estis rephendẽdi qui sci huius uiri opiniões: & sæpius falsas meditatiões nobis pro articulis fidei audetis statuere

Paulũ promoti de principiis scientiarum facile agnoscere Martinũ possunt.

verba Martini

Arist. fabulantẽ

Aristo. insipiẽtem phũm.

Arguit Mart. Tho. de vitio consequentie. Meditationes Tho. sepius false iudicio Martini.

Sed & alibi

Sed & alibi magistrum .S.P.quod in quinta figura argumẽtatus fuerit non minus imperite quam temere eludit. Rogo te igitur Martine num dialecticã calleas/num de syllogismorum uitio & defectu consequentiarum iudicare ualeas/ut etiã Tho.uel in his(ut ais)instructissimum possis merito eludere:& sicut facis tuo tanquam iure & quasi in propria possessione inuentũ/deturbare? Si enim annuas(ut pro audacia & insigni arrogantia tua uideris)quid igitur est quod id studii damnas in aliis:quo ut te defenderes:& alios urgeres eguisti? An tu tam anormalus es/ut idem penitus tibi licitũ sit/ quod aliis uitiũ? Quod si uerius loqui uolens hoc doctrinæ genus ignorare te asseras:quomõ sine culpa temeritatis & arrogantiæ cũ idoneis (etiam tuo iudicio)cõmittis?& ita cõmittis:ut etiã quasi longe superior eludas? An nescis paganis etiã legibus te teneri?quod culpæ sit,admiscere se rei ad se non pertinenti? An non Hieronymũ legisti:illis te admonentẽ uerbis?quod si quispiã aduersus mathematicos uelit scribere imperitus Matheseos/merito risui pateat:& ridicule aduersos philosophos disputat:qui ignoret dogmata phõrum. Vide igitur quanti facias Peripateticũ:& dialecticũ Theologum: ut tu appellas/Tho.nostrũ:a quo nõ solum ueram & sinceram & Paulinã & euangelicã & deni que beatissimã aufers Theologiã/ uerum etiã Dialecticã/& Peripateticã disciplinã non relinquis/quã tñ eidẽ passim concedis. Quod igitur genus homis es? Non ne satis erat ab eo eripere uerã Theologiã:ut etiã/quam semel ei & pluries donasti/coneris & Dialecticam & Philosophiam & omne penitus scientiæ genus extorquere? Quod quam iure facias:& si ex locis ipsis ubi eum rephendis apud mediocriter eruditos facile patere possit:tamẽ & ut harum imperiti quæstionũ irrefragabilem capiant coniecturam/age:uideamus quanto studio apud te edisci Aristo. possit. Hæc Martini uerba in declamatiunculis. Nam si meo consilio Aristo.legeretur:certe uel in medio anno disci posset ab ingenio mediocri. Quid hic fingere uolumus ut Martinũ a tã absono dicto defendamus?quod.s.medio anno edisci posset Aristo. ab ingenio mediocri. Ego certe ad illud opinor confugiendũ est: ut quid sit ingeniũ hoc quod ait mediocre/requiramus:& quia mediocre inter magnum & paruum mediũ est:magnũ aũt & paruũ cõparatione dicuntur/ut ait Arist:ideo mediocre ingeniũ cõparatiõe forsan altissimi:& dædalei ingenii sui appellat:ita ut pre illo

Arrogantia Marti.dũ se dialecticũ pfitet.

Notate phi & cõcludite altitudinem capitis Martini.

[Left margin, cropped:] f.cul / pe.ff. / de re / iur. / hier. / erb. / mar.

magnum ingeniũ/puta eorum qui in hoc aere crasso sunt/sit idē quod paruum comparatione ingeniorum quæ sunt sub aere illo Martiniano. Nam aliter quis hoc tam altum dictum defenderit? cum hic apud nostros etiam a maximi ingenii uiris/uix in tota uita tanti philosophi attingat doctrina. Verum quia sibi sæpe solet esse contrarius Martinus/ut & hoc in loco ꝓ more suo agat/quē modo a mediocri ingenio medio anno edisci posse: eundē nō eē intellectũ/etiā ab acutissimis ingeniis/ēt in studio pertinacissimo ac labore continuo asserit hæc enī uerba eius. Iam plus trecentis annis tot uniuersitates/tot in illis acutissima ingenia/tot ingeniorum pertinacissima studia in uno Arist. elaborant: & tamē adhuc non solum Arist. non intelligunt/uerum etiā errorem & fictā intelligentiā per uniuersam pene ecclesiā spargũt. Sed superest unũ addam: ut enī sese totũ apud omnes enudaret: postq̃ nō satis ei fuit Theologis ostendere remotiorē Theologiā suam/& dialecticis ac philosophis suā phīam/& dialecticam: quam pro suo sublimissimo ingenio quarta anni parte & minore deuorasse oīno credendus est. Cum superesset iactare se etiā de legũ & canonum peritia copiosa: magnifice & gloriose cōminatus est nobis iuristatheologum sese ꝑstiturũ: quod fecit q̃ felicissime: nisi ꝙ interdũ (opinor quia adeo abundanter ex ore eius fluũt capl'a & canones) errat ēt in allegando titulũ pro titulo. u. g. cũ uult adducere. c. significasti de electione adducit de consti. Sed non mirꝫ: quia in electione sæpiuscule peccare solet hic homo: aut certe quia ita caput obfirmauit in concilio suo: & ibi multas fabricauit edendas cōstitutiōes: facile in promptu fuit ut de consti. falso produceret. Et ꝑterea tāta lætícia affectus est cũ uidit. c. abusionibus in uerbo illo mēdaciter (quod etiā mendaciter ꝓduxit) putās iuuari ibi suā opinionē contra indulgentias: ut nō aduerteret: quod insulse detorsit illum tex. atq; nimis crasse punctũ mutauit. Cum enī ibi tex. ab eo in tanta illa lætícia excursus: & ꝑperā intellectus ita se hēat. Cũ aliq ex hmōi q̃storibus sicut ad nostrā audientiā est ꝑlatum nō sine multa temeritatis audacia & deceptiōe multiplici aīarum indulgentias motu suo proprio de facto concedant. Et infra: Aīas tres uel plures parentũ uel amicoꝶ illorũ qui elemosynas eis conferũt de purgatorio (ut asserunt mendaciter) extrahant &c. ita ut illud uerbum mendaciter/cũ uerbo asserunt/& nō cum uerbo extrahāt/debeat

Verba Martiniani ad leonem

Verba Marti.

Notate iuriste iuristotheologum.

Notate iuriste ꝑ hũc ter. Martinus reprobat indulgentiam.

verba papæ

copulari:tñ hic homo in mendacio persistens & mendaciter tex. (in opere suo ad Leo.)producens:atq; illo uerbo mendaciter abutens/ut sensum aliquo mõ saltem obscuraret:licet etiã sic nõ obscuret illud uerbum mendaciter potius coniungit cum illo uerbo extrahant/in uiolentia manifesta:quod de industria factũ appet: ex eo q tam diligenter sic punctari fecit & tam negligẽter narratione illam omisit:q.s.illi indulgentias proprio motu cõcedebãt/ & ideo mendaciter aiebant se extrahere animas de purgatorio. Sola igit̃ hæc uerba de tex:illo corrupte pducit, Animas de purgatorio(ut asserunt)mendaciter extrahunt/An non optime ut uolumus succedunt omnia?ut ex tam pudendis erroribus/cum se tamen tantum iuristam profiteatur/colligere uel iuristæ ipsi facile ualeant/quantus etiam sit Theologus:sicut & Theologi possunt uel manifestius comprehendere cum se tantum Theologum prædicet in mille insaniis:quãtus quoq; sit iurista:Nẽpe tantus Theologus quantus iurista/& quantus etiam dialecticus & philosoph9. Quod forsan nec sine hoc astu ab eo factum est:nam cum demũ a theologis & in theologicis quæstionibus superatus cadet/excusabit se & faciet se iuristam, Cũ uero factus sit iurista:& a iuristis pariter confutatus erit:tunc faciet se Theologum summum:& canones simul cum glossis perdidisse omnia diuina iura/ & confudisse proclamabit:sicut sæpe proclamat:& ita in tuto semp/si Deo placeat/se tuebit̃:sed non existimauit offendere in pessimos quospiam Thomistas qui aduersus istam calliditatem utrũq; feliciter prestare poterunt quantum erit satis:ut & Theologum pariter & iuristam confutent:& plusq̃ manifeste aperiant/ ita alterum alteri atq; inuicem obstitisse.s.Martinum Theologum:& Martinum iuristam:ut cum utrunq; se facere uoluerit neutrum tamen præstiterit. Nunc uero satis fuerit tantisper prosequentibus disputationibus lectorem prudentem de his dolis admonuisse.

Iuriste colligẽte q̃ magn9 sit theologus.

Martin9 theologus:& Martinus iurista alter alteri obstitit.

FINIS

Præludiũ ad sequẽtes disputationes necessarium.

Cum animi mei sit iam hacten⁹ detectis dolis ita in eius iniquitates aĩaduertere: ut nihil (nisi suas blasphemias) quod referre ualeat/ relinquã. Prim cum homĩe tam peruerso cõuenire mihi oportet Cum enim omĩs disputatio ex ratione & auctoritate robur accipiat: quo ad rõnem pertinet cõstare arbitror apud omnes/ nullam esse materiam quæ respuat rationem/ siue demonstrantẽ/ siue persuadentẽ: idq; modo magis/ mõ minus pro sui qualitate & natura. Secũdo neminẽ negare/ in omĩ materiæ genere si q̃piam admittant principia/ facile inde necessarias cõsequentias traduci posse. Tertio ea dici principia: q̃ uel intellectu approbante nota apud oẽs sane mentis fuerint: uel ab ipsis disputantibus concorditer accipiant. Quarto certũ esse materiam de qua agimus: q; ad fidẽ pertineat: demõstrationẽ non recipere/ cũ principia credita sint/ potius q̃ in euidenti notitia intellectus cognita. Alioq fides nõ esset ut Greg. ait. Igit ut de auctoritatibus loq̃mur. Primo sciri oportet: quasdã esse/ quas tanq̃ principia oĩno admittere necesse sit: quasdã uero q̃ non ita uim faciãt ut penitus nõ liceat aduersus illas disputare. Quantũ ergo ad primum genus attinet. Primo nemo unq̃/ qui Christian⁹ uideri uoluit dubitauit/ scripturæ diuinæ auctoritatẽ talẽ esse/ a qua sit prorsus impiũ dissentire/ Cuius obseruantia (ut ait Aug. & Martinus exemplo probat) tanta etiã apud hæreticos semp fuit: ut per illam maxĩe suas impietates astruere conarẽt. Secũda est: Ecclesiæ autoritas de qua nisi apud hæreticos patentissimos ut dubitatũ nunq̃ fuit/ quin eius doctrina nõ minus diuinitus inspirẽt q̃ sanctorum q̃tuor euangelioꝝ: atq; ita ex pdictis pro imobili fundamento sententiã Aug. mihi statuã q in lib. 4. de trini. sic ait. Contra rõnem nemo sobrius: cõtra scripturas nemo Christianus: cõtra ecclesiã nemo pacificus: ut etiã sit ausus dicere non crederem euangelio: nisi ecclesiæ auctoritas me commoueret.

Verũ qa id quod de ecclesia dico uarie intelligit: ac dubitat apud nõ sana institutos doctrina/ q̃ nam ecclesia ista sit quæ sine errore utputa a spiritusancto infallibiliter dirigat: utrũ sit papa quouis modo/ an potius concilium/ an quid aliud/ & quia Mar

ctinus in hoc super oēs hæreticos insanit/ideo differo.3.lib. super hoc differendū/ut interim sub dubio maneat quousqꝫ nō satis liq do rōnibus/scripturis/sinodis/sanctorūqꝫ doctoꝝ sententiis pro bauero/sanctiones decretaqꝫ/pontificū quæ ad fidei doctrinæqꝫ Christianæ ueritatē declarandam:tradendāqꝫ pertineant:nō mi nus ipsis sacrosanctis scripturis esse irrefragabiliter recipiendas. Sed iam de alio auctoritatū genere quæ nostrū assensum saltē sub hæresis periculo non cogunt. Talis in proposito diuisio est:prima eni eorū est qui scripturas interpretati sunt/aut scripturæ proposi tiones peruestigarunt qui theologi appellantur/& presertim qui sanctitate pariter ac doctrina præstantes fuerūt/quo a spūsancto inspiratos fuisse maxime est credibile:quoꝝ auctoritas quanti fa cienda sit superius elucidauimus. Secunda eorū est qui pontificū seu conciliorū canones interpretati sunt/qui & canoniste dicunt. Tertia est omnium cuiusqꝫ artis auctorum:credendum est eni bn̄ peritis in arte sua. Cum enim scientiæ nexum inuicem quendam atqꝫ ordinē inter se habeant/ut diuina hæc etiā sapientia cæteris tanq̄ ancillis utatur:si.u.g. de uirtutibus disputās eas habitus aīæ esse dixerim idqꝫ per Arist.& clarissimos alios philosophos ꝓba uerim:summa est iniuria ut homo unus quidam puta Martinus solo risu:duobus tribusue dicteriis ad hoc improbandum suffici at. Aut si propter scripturæ intellectum:uarias lepræ conditiones de medicorum sciētia usurpauerim quo facilius hæreticorum ua riam labem declararem:quam in isto morbo scriptura significat: iniquū pariter est/ut ꝓpterea ꝙ de medicæ artis facultate aliq̄ ad scripturæ intellectū trāstulerim/idē Martinus tantope conq̄ratur atqꝫ eo magis iniquū/quo ipse magis posset in quo hæreticorum gn̄e collocet̄/in eiusmōi declaratione tanq̄ in ueridico speculo/in tueri. Cōuenire igit̄ uelim cū hoc hoīe circa auctoritates has/& p̄ sertim Theologoꝝ:cū.n.dolo suo sicut ꝓbauimus ita eos sepaue rit/ut bonā partē q̄si scholasticos.i.illusorios sua illa cēsura grauis sima reiiciat/& tn̄ ipse sæpe quosdā contra nos producit innomi natos/& nescio quē Taulerū/imo & glossulas/immo & sæpe illos ipsos quos reiicit scholasticos/immo & quæ nō inueniūt auctori tates/immo & quæ faciant directo contra illum/ut clare suis locis adnotabitur. Difficile erit cum tam lubrico & iniquo homine: ac puerso disputationem constituere. Attamen geremus morem

Authores Martini qui tn̄ Thomā & Bonauē. reijcit.

insipientiæ suæ/& ab his quos non recipit auctoribus abstinebimus:ut ostendam quod sum pollicitus/non minus illũ re ipsa aduersus alios pugnare:quos ultro admittit & laudat. Interdũ tñ ꝓducam simul oẽs istos quos scholasticos appellat:inter quos nõnulli sunt sancti qui comparatione Martini ualere deberẽt pro dimidia saltẽ eius parte:aut si hoc nimiũ sibi & suis discipulis q̃ eum Danielem existimãt uideatꝰ/saltem ꝓ tertia parte:aut quarta ad minus. Nam si hoc per eoꝝ gratiã obtinebo. Reliquũ eiusdẽ Martini facile superaturũ me confido:partim canonũ/partim doctorum uetustioꝝ:qui ab eo non recusantur/partim deniq; sanctarũ scripturaꝝ:ac sinodorũ auctoritate/& plerunq; insuperabilibꝰ rationibus. An nõ sat pretiosum facimus illis hunc Martinũ:si tantum apparatum pro eo solo expugnando instruimus? Ah iniuriũ est/nisi tandem isti pactioni acquiescant/ quicunq; eum sequuntꝰ. De cæteris uero auctoribꝰ:preter Theologos:si quos forte ꝓduxero/libere in eius conscientiam repono:uelit ne eos recipere:nec ne. Sed unus restat scrupulus/in quo nescio quo pacto cum illis cõueniam. Inuenio enim sæpe sæpius hunc Martinum dissidentem a se ipso/ita ut duos Martinos/ex uno facere liceat:dubium autẽ est quanti ualere debeat unus iste Martinus/aduersus istum alterum Martinum. Equidem hæreo hoc in loco: prætiosum(fas est credere)apud illos utrunq; Martinum esse. Vter tamẽ prætiosior dubitabile est:quanq̃ apud nos & secundum Euangelium nostꝝ uterq; horum Martinorum/ad nihilum ualet ultra:nisi ut mittatꝰ foras & conculcetur ab hominibus. Sed sic tandem res componatur:ut ipse Martinus censeat uter illorum Martinorum discrepantium malit esse. Ego uero interim loca passim adnotabo:sicut iã cæpimus:ubi secum ferme magis q̃ cum aliis pugnat. At uero(qđ ꝑne prætermiseram)si hoc etiã frequentissime præstabo/ut quos ille sæpius pro sua producit opinione/& loca ipsa ꝑnitus quæ producit irrefragabiliter statuam aduersus illam:an non iustum est/ut magis propter hoc ualeant ad hominem confutandũ? arbitror nemo erit tam impudens qui neget. Adnotabuntur igitur & loca hæc:ubi etiam latius patere faciam quod dico. Et hæc satis pro quodam quasi prælu dio ad futuras disputationes. In omnibus sit benedictus Deus sæculorum. Amen.

Nota.

Variat Index

Nota.

¶ Liber secundus de Origine ptãtis Papæ ubi recitat̃ totũ Martini opusculũ/& pene ad uerbũ examinat̃ ac reprehenditur.

SVperest ergo iã ut detectis dolis q maxime obstare ad ueritatem totius disputatiõis cõprehendendam uidebant̃/in eius impias iniqtates alacriter insurgamus: quas in suis opusculis tanq̃ in errorũ syluis: ueluti pestiferas bestias passim offendimus. Exeat ergo/exeat foras cornuta prima bestia/quæ mordacior/quæ pestilẽtior/q̃ caput ipm petit/quæ etiam uelut hydra plura secũ trahit capita uenenosa. Ecce iam illa egressa est.

PEtro immediate a Deo nõ sunt datæ claues tanq̃ capiti primo, & fundamẽto totius ecclesiæ, ita ut nunq̃ fuerit Pontifi. uniuersalis super omnes ecclesias.

¶ Quæ omia multo magis in successoribus sunt dicenda.

¶ Sed examinem9 more nr̃o stultitias istas.Accede(inqs)nũc q uoles.Accedo:& hũc locũ(inquis)cũ illo cõfer. Age cõfer tu prius. Deinde ego cõferã:ut cõferant dicta Thomistæ. Immo uere antiqua doctoꝝ dicta:Martini dictis.Ecce inquis:ille sonat soli Petro datas claues:hic negat & nõ soli datas asserit. Ego aũt dico:& nota Martine: qa scripturæ diligẽter & subtilit̃ annotandæ & scrutãdæ sunt:& pẽsanda uerba:& sancti interp̃tes cõsiderandi: & nõ ita pfũctorie trãseũdũ. Ego inq̃ dico ut supra dixi: q̄ ille superior Matth.text9 sonat soli Petro p̃missas claues:& cõsequẽter aliquãdo datas : ut capiti totius Ecclesiæ : & q̄ hic textus nõ negat hoc:neq; asserit nõ esse datas illi soli: Immo dico tibi: q̄ dñs De9 nũq̃ aliis p̃misit uel dedit claues regni cœloꝝ nisi Petro soli: ueluti Dño & possessori clauiũ.i. Vicario in dñica potestate. In Petro tamẽ includẽdo oẽs successores. Aliis uero Apl̃is p̃missæ nõ sũt claues: neq; eis dictũ est: uobis dabo claues regni cœlorũ: qa nõ claues p̃priе: sed clauiũ usus dat9 est. Et ratio est: qa p dationẽ clauiũ:dominii & potestatis:& authoritat| collatio intelligit̃ q̃ soli Petro: Soli Petro. Intelligis Martine? Soli Petro inq̃ data est: Nã & apud Iuristas notissimũ est : ut trãslatis clauibus:etiã possessio trãslata uideat̃.Et ideo caute ĩ Euãgelio:cũ de Apostolis loquit̃ suscipientibus ligãdi soluẽdiq; potestatẽ: illud omittit̃:uidelicet clauiũ ipsa p̃missio uel traditio: ut intelligeremus:Martine:in clauiũ illa traditiõe: q̃ soli Petro p̃missa uerbo dñi est:& cõsequẽter data (qa uerbũ Dñi irritũ esse nõ põt) Dominiũ diuini potestatẽ in oues q̃ sunt IESV Christi unici Dñi

Prima adnotatio cõtra mẽdaciũ Martini

nostri:& dicūtur sub dominio Pōtificis q̄si uicarii Dñi. Ver⁹ eñ & pricipalis Dñs: Christ⁹ est. Et ideo rectissime dicit Augustin⁹ sup illud uerbū. Pasce oues meas. Nā qd est aliud diligis me. Pasce oues meas: q̄ si diceret: Si me diligis nō te pasce: sed oues meas: & sicut meas: & nō sicut tuas: gloriā meā in eis q̄re nō tuā. Dominiū meū nō tuū. &c. ❡ Secūdo ais tu: Q uō utrūq; stabit &c. Vide quō stabit: qa ibi pricipalr Petro & soli Petro pricipalr: ut esset Vicari⁹ & Dñs: & apud eū esset possessio clauiū. Hic uero usus poti⁹ & clauiū effect⁹ dat⁹ cæteris est: aut poti⁹ p̄missus: q etiā in psona Petri tūc subintellect⁹ fuit: ut supra declarauimus. ❡ Tertio ais. q̄ hic Dñs icipit sermonē singularit ab uno dicēs. Si peccauerit in te frat tuus: & desinit i psonā oīm. Ibi cōtra &c. Et nō uides ifœlix q̄ hic idefinite loquit & nulli⁹ accipit psonā singularit cū dicit. Si peccauerit in te: qa ad nullū discipulor̄ se cōuertit: ita ut de eo itelligere cogamur. Sed illa uerba idefinite posita sūt: ut solet dici uulgo & ut legislator loqui solet. Et hic est mos legūlator̄: ut apparet p infinita pene legū exēpla: & ita oēs citra dubiū itellexerūt. q̄q̄ qd miraculi est: qd tu ings sequit? Et qd sequit ex hoc? si etiā uerū esset: q̄ hic ab uno iciperet: & desineret i plures: ibi ecōtra? Poti⁹ eñ ex ista uarietate: etiā uarietatē & dissonātiā deberem⁹ cōphēdere: q̄ q̄ iste text⁹ illū iterp̄taret: nisi tu semp oia puerse itelligēs ex uarietate colligas cōsonātiā: & ex differentia cōcordiā. De quo laudarē te: nisi ex ista cōcordia maximā cōtra oēs doctores discordiā cōcluderes. ❡ Quarto cōcludis tādē: q̄ Petr⁹ & Apli fuerūt mistri ecclīæ. Nos aūt in scriptur scīs legim⁹. Petrū Principē ecclīæ: Petrā: siue fundamētū ecclesiæ. Caput ecclesiæ. Præfectū ecclesiæ. Christi Vicariū. Nūc uero si idē est esse ministrū qd caput: qd Petrā: qd Fūdamētū: qd Præfectū: & Principē: & Præsidētē: & Christi Vicariū: relinquo uel tuor̄ laicor̄ iudicio. Hoc uerū est: ex p̄cepto Christi hūilitatē cōmēdātis: ut q p̄cessor est fiat sicut mistrator. At uero q̄ p̄ptea nō sit p̄cessor nō p̄babit Martin⁹ i uera theologia. ❡ Quito (qd pene p̄terierā) illud uerbū. Dic ecclesiæ. accipit altero de duobus modis a scīs expositorib⁹: uel p q̄uis collectiōe multor̄ (ut manifeste exponit Hieronym⁹) uel (ut ibi ait Chrisost) p Præsule & Prælato ecclesiæ. Sola aūt & remota tua hæc Theologia: ibi per uerbū ecclīæ: Ecclesiā uniuersalē itelligit: ita ut p aliquo cuiusq̄

Secūda adnotatio cōtra cōsiderationem Martini.

Tertia adnotatio ɔtra p̄cipitationē Martini

Quarta adnotatio cōtra peruersitatē Martini.

Quita adnotatio cōtra ignorantiā crassam Martini.

peccato uniuersus orbis sit adunād9. O gratiosam theologiam. At postq̄ uidimus collationē tuam horū textuum. Proferamus nunc nostrā. Ibi est Petri egregia illa cōfessio. Hic nulla confessio discipulorū. Ibi Domin9 loquitur pro remunerāda confessione illa ad solum Petrū. Hic impersonaliter & indifferēter. Ibi beatitudo Petri debita suæ fidei cōmemoratur. Hic uero nihil tale. Ibi Petri nomē in petræ metaphora: sonat officium uicariatus: quoniam Petra esse & dici nō posset nisi ipsam Petrā principalem uiuā & uerā repræsentaret. Hic nemo appellat̄ Petrus neq̄ petra. Ibi pollicet̄ Dominus super eam petram ædificaturū. hic nequaq̄. Ibi em̄ pollicet̄ q̄ aduersus eam: siue Petrā: siue ecclesiā s̄m uarias expositiones: porte inferi nō præualebunt. Hic nulla talis ꝓmissio. Ibi promittūtur claues Petro soli. hic de clauibus nullum uerbū. Hic dicitur s̄m Origenē: q̄ quodcūq̄ soluerēt & ligarent in terra esset solutū & in cœlo. Ibi ꝓpter Petri honorem dicit̄. quodcūq̄ solueret Petrus esset solutum & in cœlis. dixit in cœlis & nō in cœlo: quod ꝓpter primatū Petri extēdentē se uniuersaliter ad omnia loca & oīa ligamina dictum est ab Origene. Qui propterea uniuersos cœlos nō unum cœlū assignat. Vide igitur si Origenes hūc textū separat ab illo: & Petri dignitatē ac potestatē a cæterorum potestate & dignitate. Petrus in omnib9 cœlis soluit: alii singulariter in uno cœlo. Petrus ibi singulariter respōdet. Tu es Christ9 tanq̄ caput: quia caput & pastor erat iam candidatus. hic etiā tanq̄ caput interrogat. Domie quotiens peccauerit &c. Quare em̄ primus hic interrogat? nisi quia scire hæc maxime ad illū tanq̄ caput & pastorē pertinebat. Agnosce ergo Martine: si potes: & cōfer tādē collationē tuā egregiā cū hac quā Thomista ex sanctoꝝ doctorū sinceris expositionibus exq̄siuit.

Nota Martine — *Origenes ꝯtra Martinū pro Petri ꝑmatu.*

❡ Octaua disputatio qua disputantur tria & confutantur quæ Martinus proximis uerbis concludit.

CRedo iam hæc ferme fidem factura hanc Matthæi authoritatem neq̄ ad Petrum neq̄ ad successorem nec ad unam aliquam ecclesiam sed ad omnes ecclesias pertinere: quia quis poterit negare illi esse claues tra-

ditas qui reuelante Patre Christum confitetur? quo posito necesse est ut ubi sit reuelatio Patris & confessio Christi, illic & claues. at hæc in qualibet ecclesia est: non autem in ullo uno singulari & in certo homine.

¶ Tria igitur ex his uerbis colligũtur. ¶ Primũ conclusio tua qua Petrũ omnino excludis ab ipsis clauibus & successorẽ Petri & quẽlibet hominẽ singularẽ. ¶ Secũdũ: ecclesia est cui traditæ sunt nõ una sed oẽs. ¶ Tertium rationẽ ponis pro his. Sed hæc breuiter cõfutanda sunt in uerbis tuis. ¶ Primo igit: credo inquis iam hæc ferme fidẽ factura hanc Matthei authoritatẽ neq; ad Petrum neq; ad successorem neq; ad unam aliquam ecclesiã pertinere. O impium blasphematorem: & sperare potes q Petri successor ab isto te peccato absoluat? qui hunc oblatum Petro de Christi thesauro & Christi decreto sempiterno honorẽ subtrahere conaris? & laudẽ istam ab omni ecclesia Petro datam & uocibus totius orbis Christiani in omni templo Dei decantatam. Tu inimice homo totius cœli & proteruissime hostis ueritatis auferre contendis? Et quomodo cantat uniuersa ecclesia in festo Petri. Tu es Petrus &c. hoc ne ut ecclesiam laudet an Petrũ? est ecclesiæ festum an Petri? Sed uide quid dico. Ego enim audacter ita dico: si te in tanta hac impietate persistentem absoluere aliquis aut sacerdos aut Episcopus aut summus Põtifex pertentauerit: Anathema sit ille sacerdos: Episcopus: & Pontifex summus. Iterum audacter dico. Si quis te sanctus Dei: aut angelus de cœlo: etiam Seraphin: ab ista blasphemia tam horrenda piis auribus absoluendum sine pœnitentia pronunciauerit: Anathema sit sanctus Dei ille: & cœlestis quilibet angelus. Sequeris. q neq; Petri successori sint datæ claues. Nam si non Petro multo minus successori. At uero cum superius uidelicet de ipso Petro per ipsas scripturas & per sanctos ipsos & per concilia & deniq; uoce totius mũdi sit satis superq; improbatũ: pariter & hoc etiã quod ais de successore impiũ est & pphanũ. Quicũq; eñ in aliquo officio successor est alterius: in omne illud succedit quod ad illud officiũ spectãs ad priorẽ ptinebat. Alioqui Petro mortuo & claues essent mortuæ: qđ fateri nõ ẽ neq; Christianũ neq; ulli cõsentaneũ rõni. Ergo iam certũ est Petro succedẽtẽ: in ius

Pria cõfutatio primi dicti.

Nota Martie

Petri & omne penit⁹ priuilegiũ (nõ dico pſonale ſed ptinẽs ad officiũ) ſuccedere, qđ uel ipa teſte experiẽtia lati⁹ patet. ¶ Secũdo igit̃ cõcludis ꝙ nõ uni eccleſiæ datæ ſũt claues a Chriſto ſed oĩbus & ſuperi⁹ dicis: eccleſiæ: & oportet ex uerbis tuis ut ĩtelligas uniuerſali eccleſiæ datas eſſe claues. Hic uero ꝙ nõ uni. O miſerrime hoĩm: q tecũ nũq̃ cõſtas. O deſtructor & diſſipator oĩm: q nihil unitũ pmittis. & nõ intelligis ꝙ una eſt colũba mea amica mea formoſa mea inquit Dñs &c. ¶ Tertio hãc rationẽ pdictorũ ponis. Illi datæ claues ſunt cui reuelatũ eſt a Patre & q eo reuelãte Chriſtũ cõfitet̃ qa neceſſe eſt ut ubi ſit reuelatio Patris: illic & claues. Sed hæc talis reuelatio nõ eſt niſi ĩ eccleſia & nõ ĩ uno aliquo ſingulari & ĩcerto hoĩe: ergo neq; in Petro: neq; ĩ aliquo ſucceſſore: ſed tm̃ in eccleſia. Per qđ argumẽtũ in ꝓpriis uerbis tuis apparet: ꝙ tu negas Petro fuiſſe reuelatũ: & ita negas apertiſsime Chriſti uerbũ: q dixit Petro ꝙ pater cœleſtis reuelauit ei id qđ fide feruẽtiſsima cõfeſſus eſt. Quare iã ſtomachor ſup hac tãta blaſphemia pſiſtere: ac propter ſemp honorãdũ & reuerẽdũ Chriſti uerbũ: & Euãgelii honorẽ: & ꝓ excellẽtia ac reuerẽtia tãti tã digni tãq; glorioſi Apl'i: ſũmi ꝓculdubio Apl'oꝝ oĩm uerticis atq; pricipis. Proteſtor corã cœlo & terra ſic me de ei⁹ pricipatu locutũ eſſe & loqui uelle: ut tantũ pfidi hui⁹ homĩs inſanas impietates faciã manifeſtas: nõ ut rẽ adeo clarã & omni ſæculo pfeſſo habitã: ponã quouis mõ ad dubitationẽ. Et cũ hoc redeo ad ei⁹ blaſphemiã. Appellas Petrũ unũ hominẽ ſingularẽ & incertũ: cui nõ eſt putãdũ claues eſſe traditas: qa nec dicẽdũ factã reuelationẽ: ſed tm̃ ecclĩæ. Primũ igit̃ (ut clare ex uerbis liquet) tu q alios improprii ſtas uocas tã ꝓprie loq̃ris: ut p incertũ hominẽ ſignificari uelis ĩſtabilẽ in fide: ex quo cõſeq̃ris reuelationẽ nõ habuiſſe. Ago tibi gratias ꝓ noua iſta & tã recõdita cõſequẽtia. Qui oĩ tẽpore ĩ fide ſtabilis nõ ſit illi reuelatio nũq̃ facta eſt. Et Thomiſtæ p cõtrariũ potius cõcluſiſſent ergo reuelatio facta eſt: ſed in eo nõ mãſit. Secũdo multo maiores etiã gratias agerẽ ſi tandẽ imperito mihi oſtenderes: quomõ in eccleſia Dei ſit reuelatio & cõfeſsio: & tamẽ nõ in aliqua ſingulari pſona aut pluribus. Tertio tu dicis ubicunq; eſt reuelatio ibi etiã claues eſſe & a Chriſto datas. Si uerũ dicis: Mariæ Magdalenæ fuerũt datæ claues & multis mulierib⁹ ſanctis: & aliis indifferẽter ſanctis q ſol

Margin notes: Secũda ꝯfutatio ſecũdi dicti. Martin⁹ ꝯtra Martinũ. — Tertia ꝯfutatio tertij dicti. — Proteſtatio authoris nota oino lector. — Doce nos hoc Martine ſi potes. — Reſpõde ad hoc Martine ſi potes.

uendi ligandiq; nunq̃ authoritatẽ habuerũt: quib⁹ tamẽ ex ipso cœlo & ab eodẽ Patre reuelationes factæ sunt. Stet igit̃ ista cõclusio tua & uiuat in pœnã & cõtumeliã. Nõ (inquis) in ullo uno singulari & incerto homine claues sunt nõ in Petro aut successore.

¶ Nona disputatio super egregia quadam eius consideratione & argumento his uerbis composito.

QVod ut Christus nobis cõmendaret: statim post gloriosam istã Petri cõmẽdationẽ cũ eum Petrus prohibuit ne moreret̃ audiuit. Vade post me Sathana nõ em̃ sapis quæ Dei sunt. Quid hoc est? nõ sapit Petrus quæ Dei sunt? nõne Pater reuelauit ei? Si hæc ante cõmendationẽ Petri facta fuissent aliquid momẽti haberet: Petrũ pro sua & successorũ / aut unius ecclesiæ psona fuisse cõmendatũ. At nũc cũ post cõmendationẽ uitupere tur ut ignarus Dei. Clarũ fit illũ superiorẽ Petrũq; claues accepit nõ fuisse Petrũ filiũ Bariona / sed ecclesia filiã Dei: quæ uerbo Dei genita uerbũ Dei audiuit & cõfitet̃ perseueranter in finem: non aliquãdo nõ sapiens quæ Dei sunt & retro abire iussa sic ut Petrus.

¶ O uerba aurea & plena mirabilib⁹ cõsequẽtiis. Audite Martiniani uel discipuli uel sectatores uel laici illi: in quib⁹ est spirit⁹ Domini: ut ille inquit: argumẽtum reuerẽdi magistri uestri. tale est em̃. Nõ potuit esse dictũ Petro neq; in Petri psona intelligi. Tu es Petr⁹ &c. & tibi dabo claues regni cœlorũ quia apparet q; Petrus statim se opposuit Dño mortẽ suã & passionis mysteriũ reuelãti: & per hoc audiuit illa uerba ĩ psona sua. Vade post me Sathana nõ em̃ sapis quæ Dei sunt: & propterea nõ est dicendũ q; ille cui exprobratũ sit nomine Sathane: sit ille qui paulo ante tantopere fuerit cõmendat⁹ nomĩe Petræ. Nam quomõ ille beatus qui Sathana est? quomõ illi reuelatũ quod est Dei: qui ignorat & nõ sapit quod est Dei? Sed o hominẽ cõfusorẽ omniũ: & scripturarũ & uocũ & temporũ. Primo em̃ intellexistine unq̃ ab ullo puero dictũ: distingue tempora & concordabis scripturas?

Cõfutatio argumẽti Mart.

qui

Pria respōsio

Quid ergo si prio dicerē: nō repugnare hæc inuicē. ꝙ Petr9 paulo antea esset in feruore uere fidei: & mox ī amore quodā & carnali sapiētia: ꝓpter dñi tā crudelē recordationē mortis quā merito horrebat? q̄ magnū hoc est incōueniēs? ꝙ mō tā cōstāter cōfiteat̄ ex reuelatiōe: mō uero ex tā repētina tristiq; nūciatōe mortis dñi & magistri sui īcipiat nō sapere q̄ Dei sūt? & ideo tūc appellet̄ Simō Bariona. i. fili9 colūbæ: & Petr9. i. firm9: & Petra. i. caput & fundamētū ecclesiæ futuræ: nūc uocet̄ Sathana. i. aduersator: & nō sapiēs q̄ Dei sūt? Quero eñ abs te. Nū Deus inq̄t de Dauid. Inueni hominē ſm cor meū? dū autē perpetrat Dauid adulteriū homicidio etiā adiunctū: erat ne ſm cor Dei? Ergo pariter dices tu illustris Theologe ꝙ nō sūt de eo uerba illa dicta? Inueni hominē ſm cor meū? An forsan arbitraris tu oēs ſm cor tuū? q cū semel Sathana & Diabolus factus sis: ita obduruisse te sentis ut reuerti nō possis? Præterea Martine qd respōdebis si sic arguā cōtra te? Præsupponēs (qd̄ tu forsan nō negabis) ꝙ Petr9 & hoc in loco erat Christi discipulus: & ꝙ eū (sicut doctores uolunt) ut discipulū quē errare nolebat correxit dñs. Ita ergo de tuis uerbis opponā in te si discipulus: quō Sathana? quomō nō sapiens q̄ Dei sūt? An nō discipuli sapiūt q̄ Dei sūt? Et si dissolues nobis recte hoc argumētū & ego dissoluā ex tua solutione tuū: sed nolo expectare tuā aliquā dissolutionē. Sed secūdo loco ad ipsam ueritatē ꝓpius accedēs: qd si dicerē ꝙ Petr9 sapiebat q̄ dei sunt & nō sapiebat q̄ Dei sūt? id est q̄dā sapiebat q̄ Dei sūt ex paterna reuelatione: & nō sapiebat q̄dā q̄ Dei erāt: uidelicet futurā eius mortē opprobriosā qa hæc nō erāt reuelata? uidētur ne tibi ista cōtraria Martine? adhibe nasutū tuū illud iudiciū. qd dices? Si dices ꝙ nō sunt cōtraria: ergo dissolutū est argumētū tuū: ergo istud stat: ꝙ supra Petr9 habuit reuelationē & ex ꝓpria reuelatione est cōfessus & uere ac merito fili9 colūbæ in eo dict9 & uocat9 beatus: qa cōgruent fidei beatitudo reddit̄, ut dictū est Gloriosissimæ Virgini a cognata sua. Beata q̄ credidisti &c. Si uero dixeris ꝙ uidētur tibi Martio cōtraria esse: ut simul stare nō possint. & Thomista respōdet ꝙ alit̄ uidet̄ Hieronymo & Chrisost. & Origeni & cæter[penit9 sacris doctorib9. Immo aliud multo maius dicūt ꝙ uel ex eo peccādi occasionē sumpsit Petrus: ut nō saperet hoc in loco quæ Dei sunt: qa superius reuelationē illā no

Nota Martie

Redargutio ex verbis eius:

Secūda rñsio.

bilem & feruorem retinebat & fidem: q esset filius Dei: & uix pu/tabat esse aut decere fieri: ut sic atrociter Dei filius moreretur. Ita explicite probat ad litteram & Chrisostomus & Hieronymus & Origenes; uerba hæc Origenis sunt. ¶ Petrus indigna hæc fi/lio Dei uiui arbitrabatur: & indigna Deo patre qui reuelauerat: nec eni reuelatum fuerat ei adhuc: oportere pati filium: & occidi talem & tantum Christum. ¶ Vide quomodo ex priori reue/latione accepit huius ignorantiæ occasionem: quia non puta/bat talem filium ac Christum pati posse. Vide ut & hoc facile se/quitur Hieronymus. Verba hæc sunt Hieronymi. ¶ Qui ergo post confessionem suam & præmium Saluatoris quod audie/rat: non uult destrui confessionem suam: & non putat posse fie/ri ut Dei filius occidatur: assumit eum in affectum suum &c.

Verba Orige.

Verba Hiero.

¶ Sic autem scribit & Chrisostomus. ¶ Quid etiam mirabile hæc pati Petrum qui de his reuelationem non susceperit? ut enim dicas q neq illa quæ de Christo confessus fuerat ex se locutus est: uide quantum in his quæ reuelata non sunt ei: turbationem patiatur. Humana enim & terrestri cogitatione quæ sunt Chri/sti considerans: existimabat turpe & indignum esse ei q patere/tur. ¶ Postremo tu uere Sathana qui omnibus aduersari con/tendis. Existimasti illo uerbo aliquid nimio grauius intelligi cõ tra Petrũ: & oportune hoc nomine Sathanæ persuadere tuis lai/cis es arbitratus: q Petrus a Domino grandi maledicto increpa tus fuerit: quasi pro indignissimo scelere. Cum tamen sola ibi (ut notant Doctores) increpet ignorantia & suscipiatur feruẽs affectus: & hoc nomẽ Sathana nõ sonet aliud nisi aduersantem & non eum in quo esset Sathana: aut qui factus esset Sathana: si/cut de Iuda dicitur. Modica hæc increpatio est & amoris plena: & non solum quæ faciat desinere illum beatum immo quæ face/ret illum beatum si nõ esset: ut merito ibi adnotat Origenes his uerbis. ¶ Sathana aũt dixit ei q̃si p ignorãtiã aliqd habẽti cõtra/riũ Deo. & subdit. ¶ Beat9 aũt ad quẽ cõuertit Christ9. Et Hie/roñ. sic ait. ¶ Sed mihi error aplic9 de pietatis affectu ueniẽs nũq̃ incẽtiuũ uidet Diaboli. ¶ Et uterq adhuc in hãc sentẽtiã cõcur/rũt. Sic eñi Hiero. ait. ¶ Nõ tñ ut plæriq putãt eadẽ sathanas sẽ tẽtia & Petr9 cõdẽnat. Petro eñ dr uade retro me Sathana. i. seq re me. Ille ãt uade sathana: & nõ ei dr retro: ut subaudiat uade in

Verba Chriso.

Sathanas qd.

Verba Orige.

Verba Hiero.

Verba Chriso.

ignem æternũ. Et Chrisostom⁹ ait. Petrus iterũ ex feruore solus audet de ea re quicq̃ dicere neq̃ id palã. Sed seorsũ semotis discipulis. ꝓpitius (inquit) tibi esto nec fiat tibi hoc. Et subdit. ¶ Nec dixit quia Sathanas per te locut⁹ est sed uade post me Sathana. ¶ Hæc ideo Hieronym⁹ & Origenes & Chrisostomus. Ne in hoc imperiti: & laici tui deciperẽtur: specialiꝭ adnotarũt. Scilicet ne hoc uerbo Sathanæ aliquid tã graue existimarem⁹ & ignorãtiæ peccatũ tãtopere magnifacerem⁹: præsertim tam excusabile: siue ꝙ mysteriũ passionis: esse poterat omni mẽti & humano iudicio inopinabile & execrabile: siue ꝙ Petrus dulcissimo affectu motus est: & ꝑterea ne corã aliis ei aduersareꝭ seorsũ assumpsit: ut debitam seruaret dño: & quẽ putabat Dei filium: Magistro reuerentiam. Sentis igiꝭ sentis Martine q̃ uere Sathanas tu sis? qui omnib⁹ aduersaris? & eis maxĩe quos maxime tecũ opinari mendatissime asseris? Sentis Martine q̃ nobilis interpres scripturarũ sis, qui oĩa peruertis? Sentis tandẽ quomõ Thomistæ & q̃ facile corã omniũ oculis patentissimos errores tuos ponãt? quomõ igitur excusabis? quomodo defendes? quomõ dilues? scilicet linguæ dicacitate & scurrilitate aliqua & ꝓcacitate propria. At non sic argumenta dissoluuntur. dissolue Martine dissolue (si potes) innumerabiles nodos quibus te adeo stringimus ut non possis nisi rumpi. nec enim rumpiꝭ sermo & ratio triplici funiculo colligata. Dei ueritas & sermo diuinus contra te est q̃ manifestissime. Sed nondum finis.

Audi iam & responde Martine si potes.

¶ Decima disputatio super ineptissima & ridiculissima quadã eius sequela his uerbis nobis commendata.

AVt si hoc ad Romanũ Pontificem & ecclesiam pertinet quod ad Petrum diciꝭ. Tibi dabo claues. iam irrefragabili sequela etiam ad eandem & illud pertinebit. Vade post me Sathana non enim sapis quæ Dei sunt. quia & hæc ad Petrum Romanæ ecclesiæ futurum Episcopum dicta sunt. Aut si hæc non ad se pertinere putant: iam nulla ratione conuincere possunt ea quæ superius dicta sunt ad se pertinere.

¶ Age ergo & tu Martie dissolue mihi & hãc seq̃lã tue simil'ẽ cõ-
tra tuũ intellectũ. Petrꝰ (ut tu inq̃s) locutꝰ est oĩm Apl'oꝝ ore: &
ita cõfessus ẽ Christũ: ut qñ dixit. Tu es Chr̃s: nõ ipse solꝰ respõ
derit sed oẽs in eo respõderit Apl'i: imo & tota eccl'ia. Arguã igit
& ego pari mõ, statuã irrefragabilẽ hãc seq̃lã tuã cõtra te. Si nõ
Petrꝰ sed oẽs Apl'i dixerũt & simul tota eccl'ia. Tu es Chr̃s filiꝰ
Dei uiui. & sil'r nõ Petro dictũ est. Tu es Petrꝰ &c. Sed oĩbus pa-
rit Apl'is & toti eccl'iæ: ergo qñ Petrꝰ dixit. Absit abs te hoc dñe,
seu uerius/ Propitius esto tibi: ꝓ oĩbus his sil'r dixit: & ĩ eius ꝑso-
na oẽs dixerũt: & sil'r qñ dixit dñs. Vade retro Sathana. oĩbus
etiã dixit & eccl'iæ dilectæ spõsæ: & colũbæ suæ pariter dictũ est.
Vade retro Sathana nõ eñ sapis q̃ Dei sũt. Nã cur hic noĩe oĩm
potius dixerit. Tu es Chr̃s &c. & dñs Petro. Tu es Petrꝰ &c. nõ
soli Petro sed oĩbꝰ: q̃ ibi: nõ uidet ratio ſm te: aut si est aliq̃ ratio
illa eadẽ certe dissoluet irrefragabilẽ istã seq̃lã tuã. Eadẽ etiã ir-
refragabili seq̃la tua sil'r arguo: qa sicut ĩ Petro cõfitẽte oẽs Apl'i
cõfessi parit sunt: ita ĩ Petro negãte oẽs negauerũt. cũ parit & ibi
ꝑcesserit Dei uerbũ ꝙ oẽs erãt passuri scãdalũ. Solue igit tu mi-
hi Martine irrefragabiles has seq̃las tuas: ne pugnẽt prius cõtra
te: & ego dissoluã eas: ne quicq̃ uiolẽt dicta doctoꝝ sãctoꝝ. Sed
absit ut dissolutiões tuas amplꝰ expectẽ. Meliꝰ est eñ ꝑuenire ue
ra solutiõe nouas tuas q̃s coactꝰ esses euomere ĩpietates & impi
tias absurdissimas. Hæc igit uera nodi huiꝰ solutio est si mõ no-
dus dici possit q nihil strĩgat. Recole igit q̃ iã supius dixi: ꝙ ue-
re quidẽ solꝰ Petrꝰ respõdit & uere ꝓ se respõdit. Sed dñs respõ-
sum illud & Petri fidẽ nõ solũ ꝓ Petro sed ꝓ tota acceptauit ec-
clesia: q̃si in uoce Petri cõfitẽte: & ideo dñs ei tãq̃ capiti claues ꝓ-
misit: nec solũ ei sed & post eũ cuilibet suo successori. Sil'i mõ tãq̃
capiti usq ad cõsũmationẽ sæculi: & nõ solũ ei & successori: sed
per eũ & quẽlibet successorẽ, toti eccl'ie. i. cuicũq de ecclesia ido-
neo: eoꝝ. s. electione & arbitrio. Si igit roges mõ q̃re fides & cõ-
fessio Petri acceptata est a Chr̃o sic ꝓ oĩbus: ut Deus ꝓmittẽs &
tradẽs ei claues ꝓmiserit & tradiderit etiã ꝓ successoribꝰ suis: in
prõptu est ratio. qa. s. Deus bonus est: bonũ aũt diffusiuũ sui est:
ut ait Dionysiꝰ: & ideo bonũ cuiuslibet nõ est mirũ si ꝓfit alteri:
& ideo nõ debet esse tibi miꝝ ꝙ Petri fides ex bonitate Dei ꝓ-
fuerit oĩbꝰ quãdocũq cõfitẽtibꝰ: qa Deus motꝰ est ꝑ illã ad hoc

Retorquet argumentũ suum in illum.

Dissoluit arg.

Pro Dei bonitate.

(ĩ cõmodũ eccl'ie totiꝰ) ꝑstādũ clauiũ bñficiũ ꝓpt́ bonitatẽ suā. Si igit́ rursꝰ roges, at q̃re nõ sic ꝑtinet ad successores aut ad totā ecclesiā q̃ñ Petrꝰ dixit. ꝓpitiꝰ esto tibi. & dñs dixit. Vade retro Sathana! Itēꝝ eadẽ in prõptu rõ est: qa bonꝰ Deꝰ: iustꝰ Deus. Bonitas & iustitia Dei ad quā tu minꝰ respicis / dissoluũt irrefragabilẽ tibi seq̃lā istā tuā. Acceptat ex bonitate sua Deꝰ bona ac merita uniꝰ: ĩ multoꝝ salutẽ (ut Paulꝰ ait) multo potiꝰ q̃ malũ et pct̃m ĩ alioꝝ ꝑniciẽ & pœnā. Nõ ergo eadẽ regula põderat mala q̃ bona: qa bona æquũ est ut diffũdant́: mala ut restrĩgant́. & hic ẽ iuristaꝝ etiā uulgatissĩa reg'la. O sapiẽtissime iurista Theologe: ꝙ grãæ & fauores sũt ampliādi: odia uero & pœnæ restringẽdæ. Addo etiā ad ꝓpositũ ꝑtinẽs & aliud: ne tu occasionẽ malignādi sumas: qa q̃ priuilegii sũt & doni / nõ passim & facile traducẽda sũt ad cõsequẽtias: nõ eñ ꝑ hoc ꝙ ibi uerba Petri fuerit acceptata ꝓ oĩbꝰ ĩ bonũ cõmũe: seq̃t́ ꝙ oĩa sil'r eiꝰ uerba etiā bona: sic sint ꝓ oĩbꝰ semꝑ acceptāda. Scit eñ sapiẽtissimꝰ Deꝰ q̃ & q̃lia ad alioꝝ merita sint extẽdẽda. est etiā ĩ hũanis hoc legibꝰ ꝙ q̃ fauore & benignitate recepta sũt / nõ debẽt trahi ad cõsequẽtias. Vide ergo q̃ sint irrefragabiles istæ tuæ seq̃læ: q̃s Dei bõitas ac iustitia & rõ ipsa euidẽs & lex etiā hũana cõfrĩgit. quõ eñ seq̃ret ꝙ mala egrediant́ ꝑsonā eius q male agit: ut alteri noceat: si bona plærũq; ꝑsonalia sũt: ut ĩ alios ĩterdũ nõ diffũdant́. i. nõ ꝓ aliis acceptent́! & ꝑ hoc q̃d fuit dictũ Petro uerbũ. Tu me seq̃re. intelligẽdo de martyrio eiꝰ / nõ est egressũ ꝑsonā eiꝰ: neq; ad successores ꝑtinuit. Stultæ sũt hæ seq̃læ tuæ Martie & nõ irrefragabiles.

Documẽtũ.

¶ Postremo ut tādẽ scias distĩctionẽ ꝑ quā possis nouisse cũ debet seq̃la esse & cũ nõ debet. Scito & aniāduerte ꝙ ea de Petro in successores trāsferẽda sũt: q̃ ad ea ꝑtinẽt q̃ sũt officii & in quo sũt successores: nõ aũt q̃ ꝑsonalia sũt. Nam charitas uel grã martyrii uel fides aut aliæ tales uirtutes: q̃ Petro diuinitꝰ sũt cõcessæ abũdātissime: successiõe ista nequaq̃ trāsferũt́: sed officiũ dũtaxat & ea q̃ sũt officii. & ideo ea special'r & tātisper q̃ Petro dicta sũt ut pastorale officium suscepturo: aut suscipienti aut habenti uel habituro: ꝓculdubio trāseunt & ad oẽs pertinent successores. Et per hæc. Si intellexisses Dei bonitatem: & iustitiam eiꝰ respexisses: & rationẽ euidẽtẽ agnoscere potuisses: & hũanaꝝ etiā legũ regulas rationi naturali innixas (ut iactas) ꝑcalluisses.

Pro itellectu Euangelij.

Pau. ad rom. 5

ca. odia. de re iud.

. l. q̃d uero. ff. de leg.

Si patribus demũ studuisses: in quib9 gloriaris: & q istã irrefragabilẽ tibi tuã sequelã uidẽtes: nihil ꝑpterea moti sunt: sed planissime (ut uidere licet) dissoluerunt Profecto nõ ita in extrema inscitia peccasses: Qui etiã ut latius pecces ita sequeris,

¶ Vndecima disputatio contra eius argumentum nouum (ut ille inquit) hæreticorum licet centies iam dissolutum.

SEd age latius si oĩno ab rigorẽ istũ grãmaticũ se recipiũt qđ soli Petro dictũ ẽ. Tu es Petrus/ tibi dabo claues &c. quõ resistem9 hæretic[illegible] si q hoc nr̃o rigore uerboꝝ nixi nos urgeant & dicãt. Esto ad solũ Petrũ hæc dicta sunt: ergo nõ ad successorẽ: ergo ecclesiæ claues cũ Petro uenerũt & abierũt. Vbi ergo nũc eccl'ia? nõ eñ ad plures ptinere põt qđ ad unũ dicit᷑: sicut illud/ cũ iunior esses cingebas te &c. qđ ad solũ Petrũ ita dictũ est/ ut cũ Petro impletũ & finitũ sit/ ad nullũ successorẽ eius ptinẽs. Si aũt ad successores & aliquã ecclesiã dictũ ẽ: iã nulla rõne ꝓhiberi põt quin ad oẽs dictũ sit: imo necessaria rõne ad apostolos oẽs magis q̃ ad unius Petri successores qui nõdum erãt/ dictũ accipit᷑. ꝙ si ad oẽs apl'os: iã etiã ad oĩm apl'oꝝ & nõ unius apl'i successores dictũ intelligit᷑.

¶ Magnũ sane nobis facerẽt isti hæretici negociũ tã subtili argumẽto: qđ millies solutũ est superi9. Ego igit᷑ Thomistarũ minim9 his hæretic[illegible] cũ Augustĩo tuo & cæteris sc̃tis doctorib9 ita dicerẽ. Dñi hæretici audite: discite ĩtelligere scripturas. Duplex ibi sẽsus: Ali9 q grãmaticã desiderat: & h̃ est l̃ralis: qa sola litteræ expositio uerboꝝ uim & significationẽ: & grãmaticæ rõnẽ postulat. Ali9 q sup ipsas res & ꝑsonas fundat᷑: & hic sp̃ualis & figuralis: qui non ex grãmaticæ ratione/ sed ex spiritu Dei manifestat᷑. ꝙ eñ ista dictio/ Petrus: iã facta impositione Petrũ significare debeat: ad grãmatice ptinet obseruantiã: quæ ex hominũ placito recipit & custodiri præcipit significationẽ: & cõtextus etiam debitã structuram: & hic est sensus literæ. ꝙ uero nõ dico amplius ista uox Petr9: sed illa ꝑsona quæ est Petrus (pro intel-

Sensus literalis

Spiritualis

lectu scripturæ iā significata ī sctis scripturis p illā uocē Petrus) ī typo & figura sustinuerit psonā toti9 eccliæ: & pricipalr ac maxime oīm successoꝝ: absq rōne grāmaticæ est: & ī sola dispositione admirabilis sapiētiæ Dei: q sic dispositū reuelat cui uult & qñ uult. Quis eñ p grāmaticæ rōnē potuerit itelligere magnū illud (qđ ait Paul9) sacramētū Chrī & eccliæ in illis uerbis. Hoc nūc os ex ossib9 meis: & filr in oīb9 q eodē teste Paulo p figurā cōtingebāt illis? Absoluta hæc sūt pculdubio dicerē: o hæretici reuerēdi a grāmaticæ normis: qa noīa nō res apud grāmaticos significāt siue ī uoce siue in scripto. Vñ ita in ppositū rem deducerē. Illa uerba lrālit soli Petro sūt dicta: & ita seruo rationē & rigorē grāmaticæ: dū uerbū illud. Tu es Petr9. ad solū penit9 Petrū refero. Verū nō hic me iubet ut sistā Augustin9: sed iā finita lrāli expositiōe alti9 euolare nos suos pullos facit: p more aqlæ (sicut de eo testat Hiero.) & nō iā āpli9 Petri uocabulū: sed Petri psonā iubet explorare: q ī typo (audite hæretici cū Martio siml) in typo inq nō ī littera dicit Augu. Sustinet psonā toti9 ecclesiæ. Nō ergo dicit: q illa uox Petr9 significet aplos aut ecclesiā: absit ut dicat hoc Aug. Sed hoc dicit: & uerꝫ est: q Petri psona iā significata in ea uoce: illa inq Petri psona: sustinet typū ecclesiæ: & ecclesiā nobis significat repsentatā in psona Petri & nō in uoce Petri. Et p hoc facile tādē cōcluderem9. Ecce o hæretici grāmaticæ rigor & ratio ī sensu q grāmaticæ normis subiicit: & quo pmissas soli Petro claues animaduerto: seruata est. Sed in sensu a grāmaticæ regulis absoluto: agnosco mysteriū cōgruētissimū sapiētiæ & bonitati diuinæ: qđ ex reb9 & factis accipit: & ī eo ex psona Petri in uniuersā ecclesiā clauiū effectū p idoneos Petri ministros traducēdū recognosco: Augustino ītepte cū oīb9 sctis: & ipso facto ecclesiæ ex quo optima colligit interpretatio. Videte igitur hæretici ut simul seruat grāmaticæ ratio in sensu qui grāmatica regitur: ac simul mysterium & sacramentū mirabile accipimus. Quid nunc ais Martine? qui tam egregius es scripturaꝝ interpres: ut separare sensum spiritualē a literali nōdū noueris.

Hic Martini error.

¶ Duodecima disputatio super argumēto alio eiusdem: cui nō posse respōderi arbitrat: & formātur cōtra hæresim suā uiginti argumēta ad quæ respondeat Martinus si potest.

Sed respō:

SEd respódeat tamẽ mihi q potest. quisnã credẽd⁹ sit habere claues etiã in Romana ecclesia? an ipsa ecclesia? uel Papa? & attẽde qđ dico. Quando Papa eligit̃: an secũ fert claues uel nõ? si affert: ergo erat Papa anteq̃ eligeret̃: si nõ affert: a quo accipit? nũquid ab angelo de cœlo? nóne ab ecclesia? Itẽ cũ Papa morit̃ / cui relinquit claues? aufert eas secũ? si nõ aufert: cui relinquit nisi ecclesiæ / a qua accepit? Quid igit̃ potest dici cõtra hãc euidentissimã experientiã optimã Euãgelii interpretẽ? claues nec Petro nec successori: sed soli ecclesiæ datas: a qua tanq̃ minister accipit usur⁹ eis sacerdos. Vbi nunc est quod soli Petro dictum esse putatur / tibi dabo claues? Immo ubi nunc est ꝗ soli ecclesiæ Romanæ claues datæ sunt? Necesse est ut in qualibet ecclesia claues sint / ut dixi supra.

¶ Hæc tua sunt: & plane digna ut clames buccina. Respõdeat q̃ potest. Age igit̃ respondeat tibi Thomista oĩm minimus. Attẽde (inquis) qđ dico. Attẽdo. Quid est hoc? Ecce (inquis) quãdo Papa eligit̃: an secũ fert claues uel nõ? Attẽde mõ. tu Martine. respõdeo: nõ. Si nõ affert (inquis) a quo accipit claues? Ab eo: inquã: a quo olim Petrus. s. a Christo uero Deo. Cõtra (inquis) ego nõ uideo oculis meis: teste experiẽtia: sed poti⁹ ꝗ ecclesia dat ei claues: & hæc est experientia manifesta: & ideo tanq̃ in robustissimo argumẽto fact⁹ iam tibi triũphator exclamas: qđ aũt dici potest cõtra hãc euidẽtissimã experientiã? Clama rursus Martine qđ dici potest: ut audiant laici tui: & te uictorẽ ꝑ hos clamores existimẽt. Clama igit̃ iterũ atq; iterũ: ne cesses. Quãto eñ magis ita clames tãto te doctiorẽ: & fouẽtẽ bonũ ius putabũt tui laici. Attñ multa mihi uident̃ dici posse cõtra tãtã tã euidẽtẽ experientiã. ¶ Primũ quidẽ hoc potest dici: ualde esse ridiculũ: dicere ꝗ teste experientia possis nouisse ꝗ Papa accipiat claues ab ecclesia: iam eñ puto postq̃ nos sic ad experientiã trahis ꝗ more Iudæorũ carnaliter per claues aliqđ sensibile accipis. Experiẽtia eñ est q̃ sensu acq̃rit̃ eorũ q̃ sub sensum cadũt. Tu ergo uel existimas claues esse aliqđ sensibile: uel saltẽ clauiũ ipsam traditionẽ. In quo si dignatus es istos

Primum argumẽtum contra Martini experientiam.

Imperitia Martini.

quos cōtēnis scholasticos: saltē Albertū magnū: nō tā pueriliter errasses. Claues tales spūales sūt: & nō uidētur: & a Christo tradunť: ita cuilibet successorū q canonice eligereť, sicut Petro. Hoc ergo primū dici pōt. ¶ Secūdo dici pōt. ꝙ more tuo cōfūdēs oīa: nō distinguis īter electionē quā sola experiētia nouim⁹: & clauiū traditionē: ignorās miser aliud esse eligere: aliud claues tradere. illud hoīm ministerio fit: hoc aūt solo Dei nutu. Christ⁹ tamē cū Petro claues tradidit: utrūq; fecit: qa elegit simul & claues tradidit. nūc uero absente Christo corporaliť electio: q̄ uisibilis est: iā p Christū īmediate ut fiat nō cōuenit. At uero traditio clauiū: qa spūalis: p Christū dnm fit: Sicut est ī cæteris sacramētis: ut Christus iuisibilē gratiā & efficatiā pstet: q̄ aūt uisibilia sunt p sacerdotes ministrētur: ut retineať fidei dignitas ac necessitas. Ecce ergo qd dici pōt. ¶ Tertio etiā dici pōt. Papa a cardinalibus eligiť quos tu nō uis esse ecclesiā: neq; etiā cū ipso Papa uirtualiter repsentare ecclesiā: His uerbis ad magistrū. S. P. Ego ecclesiā uirtualiter nō scio nisi ī Christo: repsentatiue nō nisi ī cōcilio. Quō igiť teste experientia uides tu ꝙ Papa accipiat has claues ab ecclesia. An dices forsā ꝙ ecclesia dat claues Cardīalib⁹ & illi dāt Papæ? Et sic ecclesia dat Papæ p ipsos tn̄ Cardinales. Est ne ista euidētissima experiētia quā iactas? Et quā tui laici iā incipiēt nō intelligere. Prīo ꝙ Papa moriēs relinquat ecclesiæ claues. Secūdo ꝙ post ea ecclesia Cardīalib⁹ eas tradat. Tertio ꝙ Cardīales ipsi Papæ. O mōstrosissima mōstra. Quis unq̄ Hæreticorū hæreticissimus confingere hæc potuit? aut imperitorū iperitissim⁹ sibi psuadere? Neq; eñ Papa decedēs relinqt ecclesiæ: si de spūalib⁹ clauib⁹ regni cœlorū uelis itelligere: & nō clauib⁹ hostiorū & portarū & ciuitatū. Neq; ecclesia cardīalib⁹: neq; cardīales Papæ: neq; tandē uel hoc mō: uel alio ecclesia unq̄ Papæ dat ipsas claues. Nō pbat experiētia hæc: īmo rō ipsa & rei ueritas iprobat. Sed manēt ī manu Dei iterū inuisibiliť tradēdæ ei q canonice elect⁹ fuerit. Sicut īuisibilia sūt oīa q̄ in sacramētis cæteris De⁹ operať: ut susceptio fidei in baptismo: & gratiæ collatio: & absolutio uirtute clauiū: & alia talia q̄ in fide diuini uerbi sūt credēda: nō aūt cōprehēdēda. Num uides iā Martine qd dici pōt? Nū intelligis ꝙ nihil est etiā qd seqris? dū qris. Papa quādo moriť cui relinquit claues? affert eas secū? Nō affert secū: sed relinquit in manu Dei ueri clauiū do-

2. argumētum.

3. argumētum.

Theologia Martini.

mini. Ipse Pōtifex minister est: sicut qlibet mūdi dn̄s respectu dn̄i Dei nō est dn̄s rerū suarū. Dn̄i em̄ est terra & plēitudo eius orbis terrarū & uniuersi q habitāt in eo. Ecce ergo qđ dici pōt. ¶ Quarto dici pōt / ꝙ tu putas istas claues nō esse ī manu Dei. Cū eas ab ecclesia in Pōtificē: & a Pōtifice in ecclesiā quasi p man⁹ uisibilit̄ tradi inquis. Ad Deū igit̄ iam nihil de clauib⁹ ptinet. Nescis miser ꝙ claues / earūq; potestas a Deo est: & in Deo semp manet: ꝙ respectu Dei: ipsi summi Pontifices sunt ministratores ut dicebat Paulus. i. ad Cor. iiii. Sic nos existimet hō ut ministros Christi. ¶ Quinto dici pōt: ꝙ stāte tua ista egregia & singulari opinione: incōgrue diceret̄ Petr⁹ Christi uicarius. Sed potius debet dici uicarius ecclesiæ. Itē nō iam minister Dei: sed ecclesiæ potius: q̄ tam noua sola Martini authoritate forsan recipi possēt: nisi Pauli præceptū audiendū sit magis: qui inquit. Prophanas eiusmodi uocū nouitates uitādas esse. & alibi. Nō recipiendā cōsuetudinē quæ in ecclesia nō sit: ita scribēs. Nos autē hanc cōsuetudinē nō habem⁹ neq; ecclesia Dei. Ecce ergo quid dici potest. Sed ꝑpter calumniosos uerborū aucupatores nō nego dici posse, Episcopos & Pontifices ecclesiæ ministros in hunc sensum: quia ei ministrāt: nō qa ab illa præfecti sunt: sicut domin⁹ ministrū se discipulorū fecit & totius ecclesiæ seruū: neq; propterea nō domin⁹: nō pastor: nō caput. ecce ergo quid dici potest. ¶ Sexto dici potest: abs te em̄ inuicem quæro. Ista ecclesia cui tu ais claues esse a Christo traditas: quidnam est? Estne unū corpus suis membris conflatū atq; integrum? an quid aliud monstrosum? Opinor / si Paulū audire uis. Dices esse unum corpus & illud integrū. Si sic: erit cū capite an sine capite? Certe si sit integrū / oportet esse cū capite. Quæro igit̄ de huiusmodi capite. Christus est dices. Recte: hoc igit̄ abs te consequor ꝙ Christus christo tradit claues: ipse sibiipsi. Cōueniens em̄ est ut isti⁹ corporis claues recipiētis: ipsū caput poti⁹ & prius ac principalit̄ claues accipiat q̄ mēbra. O tractatorē insignē scripturarū. Quid ergo dices? an ꝙ hoc ī loco per ecclesiā uis intelligi corp⁹ sine capite: ut illi tradiderit claues Christ⁹? Diuiabā ꝑfecto ꝙ omne caput paulatim ab ista tua ecclesia etiā Christū esses amputatur⁹. Et cū ita sit: audes etiā dicere qđ dici pōt. Ecce quid dici pōt. ¶ Septimo dici etiā pōt: qa tu tecū nunq̄ cōstas: sed mō unū mō aliud ais. Tu em̄ sæpi⁹ hæc uerba ut ānotauim⁹ inqs: ꝙ

4. argumentum

Paulus.

5. argumentū.

Paulus.

6. argumētum

Paul⁹ ad Romanos. 12.

7. argumentum

Martin⁹ cōtra Martinum.

nō uni alicui ecclesiæ datæ sunt claues sed oībus simul: ita ut iam apud te nō sit uniuersalis ecclesia prima ac pricipalis: aut si sit: illa tamē aliqua mala fortuna sua (qa forsan Christ⁹: ſm hominē loquor: nō aduertit) claues nō receperit: & ita illā unicā colūbā amicam pfectā ac spōsam suā: forsan obliuione ptermiserit. Et cū ita coactus sis cōfiteri: etiā insup q̄si res aptissima & sine nodo esset: exprobras nobis (q̄si nihil dici posset) qd dici potest. ¶ Octauo dici etiā potest: aut Romana ecclesia & aliæ particulares: claues habēt aut nō: si nō: ergo soluere nihil possūt. Si sic: q̄ro: unde accepe rūt illæ claues: aut a quo eis traditæ sūt. Nō quidē a Christo: quæ tunc nō erāt (sic eñ tu arguis cōtra Romanā ecclesiā: quā ideo negas esse primariā: qa Christo dicēte. Tu es Petrus &c. nōdū erat: nisi in lūbis Petri: ut utar dicteriis tuis.) nō ab ulla ecclesia: qa tūc. Aut illa ecclesia q̄ tradidit claues postq̄ tradidit: eas retinuit aut nō. Si sic: hoc uidet: uel te cōfitēte: incōueniēs: si nō: & hoc etiam magis absurdū uidet & cōtra experientiā: qa p hoc ꝙ Ro. ecclesia cæpit habere claues: nulla ecclesia claues suas amisit. Præterea cōtra facti ueritatē & tuā experiētiā est: ꝙ una ecclesia alteri ecclesie tradat claues. Ecce ergo qd dici potest.

8. argumētum.

¶ Nono dici pōt. Tu dicis ꝙ a Christo sūt traditæ claues oībus ecclesiis parit: & nō uni: nec uni magis q̄ aliis: qa tu parificas ī hoc oēs ecclesias: ergo ecclesia nō accipit ab ecclesia: qa q̄libet ecclesia pro seipsa accipit. aut si hoc nō ita se habeat. q̄ro: q̄ ecclesia sit illa q̄ potius accipit: ut p eā in alias diffūdant ecclesias? & quō uerificas in expientia ista tam euidēti: ꝙ aliqua ecclesia acceperit ꝓ se & reliqs ecclesiis? An forsan ꝙ q̄libet ecclesia pro se & qualibet ecclesia receperit? & sic alia inuicē ꝓ alia? Nō uides ifœlix quāta mōstra sequūtur ex ista opinione tua? & audes exclamare etiā qd dici potest? Ecce qd dici potest.

9. argumētum.

¶ Decimo etiā dici potest: nā p fundamētū tuū p qd auferre conaris idignissime a Petro claues: ego digne aufero illas ab istis tuis ecclesiis. Tu eñ ideo Petro claues nō esse traditas asseris: qa nihil est capax clauiū nisi qd sit sp stabile in fide sicut eccl'ia est (ut inqs) Hoc aūt de nulla ecclesia particulari dici potest ut certū est: & experiētia de multis notū est: q̄ stabiles nō fuere: ergo seqtur ꝙ Hierosolimitana & Antiochena ecclesia & aliæ multæ q̄ nō psti terūt in fide: & portæ inferi pualuerūt aduersus illas: nūq̄ claues habuerūt. Ecce ergo qd dici pōt.

10. argumentū.

¶ Vndecio etiā dici pōt. Cū Pe

11. argumentū.

trus accipit ab ecclesia has claues: q̄ro nūq̄d remaneāt in ecclesia? Nā si sic: quō obsecro accipit Petrus ab ea? Si nō: quō ecclesia claues habet postq̄ eas semel tradidit? & tamē stultū est dicere q̄ claues nō sint ī ecclesia. Ecce ergo q̄d dici pōt. ¶ Duodecio dici pōt q̄ experientia hoc habet. q̄ ipse Petrus & Petri successor cōmittit claues siue p se siue p ministros suos: & cū p mīstros facit: p se dicit facere: ut expresse in ꝓposito Dionysi⁹ ait. Ergo experiētia nostra euidēs: facit cōtra tuā fictā & plenā ignorātia experiētiā. Ecce ergo q̄d dici pōt. ¶ Tertiodecio dici potest. Nā q̄ro abs te: ubinā ꝓbet: aut q̄ experiētia: q̄ unq̄ ecclesia tradiderit Petro claues: sicut tā cōfidēter asser[is]. An nō a Christo ipsi Petro ac discipulis traditæ sūt. in eis uerbis. Quodcūq̄ ligaueritis &c. te īterp̄te & teste? Quō igit̄ uerū est q̄ datæ sūt ecclesiæ & deinde receperit Petrus ab ecclia? Ecce ergo q̄d dici pōt. ¶ Quartodecio dici pōt. Aut ibi sūt traditæ claues ecclesiæ: aut singularit̄ Petro & apl'is: Si Petro & apl'is singularit̄: ergo Dn̄s nō fecit q̄d ꝓmisit: q̄a ꝓmisit: ut tu asseris: tradituꝝ se claues ecclesiæ: & nō Petro: nō filio Ionæ uel Ioannis: nō carni & sāguini: & tn̄ tradit Petro & apl'is singularit̄ (ut tu sæpe ais.) Quod si aliq̄ tua glossa solita. i. p̄stigiis/cōfictisq̄ mysteriis: uoluēs oīa ꝓ arbitrio: feceris: q̄ ibi sint traditæ claues ecclesiæ: forte p discipulos intelligis ecclesia. Tūc rursū dabo tibi operā: ut nouis etiā p̄stigiis ecclesiā mutes nobis ī discipulos. Sic em̄ cōcludā: ergo nūq̄ ipsi discipl'i (ut saltē ministri ecclesiæ) singulariter habuerūt claues. nō em̄ ab ipso Chr̄o: q̄a Christ⁹ dedit ecclesiæ (ut ais) & nulli hoīm particulari. Nō deinde ab ecclesia: q̄a hoc nūq̄ p scripturas ꝓbabis. Ecce ergo q̄d dici pōt. ¶ Quītodecimo etiā dici pōt. Hæc ecclesia q̄ claues tradit mīstr[is]: aut est cū capite aut sine. si sine: ecce habem⁹ q̄d uolumus: q̄a tu semp ab ecclesia caput remoues. Dign⁹ merito ut talione pœnā luas. Dign⁹ inq̄ ut absq̄ capite isto sis: q̄d ab ecclesia negas. Dignus ut te neget mēbrū suū: cū tu negas illud caput tuū. Si uero cū capite: q̄ro q̄d erit tale caput: cū nō apparet? Immo cū hoc q̄rat̄: ut capiti tradant̄ claues: si dixeris: Christ⁹ caput est: iam cōsequor q̄d uolebā: ergo Christ⁹ est q tāq̄ caput claues tradit. Hoc aūt q̄ Chr̄s tradat quō experiētia ꝓbas? Et p̄sertim experiētia tā euidēti etiā tuis laicis: q si hæc mōstra q̄ cōfingis capere ualeāt: uæ tibi: uæ tibi magistro. Ecce ergo q̄d dici potes. ¶ Sextodecio etiā dici pōt: ut doceas tu

12. argumentū.

13. argumentū. Martin⁹ cōtra Martinum.

14. argumentū.

15. argumentū.

16. argumentū.

aliqñ nos: ex quo uel ex qb⁹ tãdẽ cõstituas ecclesiã istã tuã claues accipientem: postq̃ tu dicis in ecclesia sola: ubi solũ cõfessio fidei est esse claues. An nõ ex hoĩbus cõstat ista ecclesia tua: ĩ qua oporteat cõfessionẽ fidei esse? Si eñ ista cõfessio fidei nõ sit in aliquo aut aliqbus de ecclesia: quõ potest esse in ipsa ecclesia? Si ergo ubi cõfessio fidei est ibi etiã claues sũt: & datæ a Christo: ut tu asseris: & in singularib⁹ apostolis & cõtinue in singularib⁹ hoĩbus reperiať ista cõfessio: ut satis est notũ: ergo sequiť per te: ꝙ singularibus psonis in ecclesia ĩmediate traditæ sunt claues a Christo: qđ est cõtra te. Ecce ergo qd dici põt. ¶ Decimoseptio etiã dici põt: ꝙ si datæ sint ecclesiæ claues / & p ecclesiã Petro / aut successori: sicut ministro: seqreť ꝙ neq; Petrus / neq; alius quisq̃ potuerit unq̃ uel eligere alterũ post se: uel resignare claues: qa minister electus ministrũ loco sui cõstituere nõ potest: ubi maxĩe recipiendũ est: esse electã industrie psonã: ut ratio naturalis & leges ꝓbãt: qđ tamẽ apparet esse falsissimũ: qa facti experiẽtia: & lex ipsa aliud docet. c. i. de renũcia. in sexto. & exẽplis nõnullis sicut de Petro legitur satis cõstat. Ecce ergo qd dici põt. ¶ Decimooctauo dici põt: ꝙ si tu more tuo puertẽs oĩa: facis ecclesiã principalẽ cui traditæ sunt claues. & ipsos sũmos Põtifices ecclesiæ mĩstros: & id nõ neges: qđ una uoce ab oĩbus cãtať. Petrũ & successorẽ esse caput ecclesiæ: & singulares Põtifices esse adhuc capita ecclesiarũ: & apl'os fuisse fũdamẽta & pastores: sicut est scriptũ: & ꝙ ecclesiæ cura: & ipsa eccl'ia cõmissa est Petro a Chr̃o: & alia multa siĩa: iã irrefragabili seq̃la cõseqmur abs te: ꝙ mẽbra influũt in caput: & ꝙ fundamẽta erigũtur / & fiũt ab ædificio: & pastores suscipiũt curã ab ouib⁹. & nõ immediate ab ouiũ dño. Hæc mõstra dicũtur abs te Martine ĩ uera seq̃la / & necessaria ex tuis uerbis: & plæraq; alia q̃ iã tedet referre. Et audes etiã dicere: qd põt dici cõtra istã experientiã. Vide mõ qd põt dici. Cõsidera q̃ diximˀ & agnosces nihil causæ esse: cur nõ ĩ te ppetuo irascãtur hæ claues q̃s tuis mysteriis cõfictis nullibi esse pateris. ¶ Decionono dici etiã põt: ꝙ ista opinio puertit sacrã Euãgelii literã: ibi. Tu es Petr⁹. Nam ut ridẽdã expositionẽ tuã uel puerulis exhibeam⁹. Eteñ cũ dirigãtur: ut tu uis: ad ecclesiã uerba hæc: ita exponis. Tu es Petr⁹. i. tu es ecclesia: & sup hãc Petrã. i. ecclesiã uel fidei stabilitatẽ eiusdẽ ecclesiæ: ædificabo ecclesiã meã. Ita ut sup ecclesiã: aut fidẽ eius ædificeť eccle

17. argumentũ.

18. argumentũ.

Nota monstra tua Martine.

19. argumentũ.

Noteť expositio Martini.

sia. Ecclesia ergo sup ecclesiā ædificat: ipsa sup seipsā: aut sup suā fidē sup quā est iā ædificata: ergo ecclesia ædificata sup suāmet fidē: iā ædificabit: & ita iā ædificata ædificabit: iam ædificata erit ædificāda. Quomō nō cōsiderasti infoelix tā fatua tamq; absurde dicta? Dū exprobras qd dici potest. ¶ Vigesimo & ultimo dici pōt: q; hæc opinio est cōtra sacros oēs doctores/ cōtra decreta Pōtificū/ cōtra sinodos sacrosāctas etiā ueterū sanctorū Patrū/ & pſertim calcedonēsis cōcilii & aliorū plurimorū/ q̄ taceo: quoniā apud Martinū: Pontificū decreta/ & conciliorū statuta nihil sunt. Ipse eñ late admittit se & cōtra decreta & cōtra cōcilia dicere. ¶ Responde tamen ad superiora tu Martine si potes.

20. argumentū.

Cōfidētia martini.

¶ Tertiadecia disputatio sup alio ei⁹ argu. qd in illū retorqtur.

ADdis oportune alia argumēta quæ pro nobis faciunt. Sic enim arguis: Petrus quando claues accepit a Christo nondum erat Episcopus Romanæ urbis: Ita est. ¶ Immo nec proprie unq̄ fuit Episcopus ullius ciuitatis/ sed Apostolus: episcoporum institutor. ¶ Hoc falsum est ſm Hieronymum & hystorias notas: quia sedit Antiochiæ Episcopus. Sed interim admittatur: audiamus conclusionem. ¶ Ergo claues inquis non sunt ei datæ ſm q; postea uel factus/ uel mutatus loco uel officio: sicut Abrahæ non fuit iustitia reputata qualiscunq; post fidem factus est: & ita arguit Paulus: q; non ex circumcisione/ sed ex fide iustificatus est: quia ante fuit fidelis q̄ circumcisus: omnia penitus admitto. quid tum? Quare prorsus nihil hæc authoritas ad Romanum Pontificem. Si hoc Martine sequitur: & hoc sequitur. Quare prorsus nihil illa iustificatio Abrahæ post circumcisionem: & simili modo. Quare statim perdidit claues Petrus cum factus est Episcopus urbis Romæ: quia usq; ad illud tempus accepit. O stupiditatē hominis. Sed audi breuiter & disce nūc tandē. Verū dicis q; Petr⁹ nō accepit claues q̄si Ro. Eps: sicut nec Abrahā q̄si ex circūcisiōe iustificat⁹ est. Sed sicut Abrahā retinuit in circūcisiōe iustificationē: ut & alii ĩ circūcisiōe iustificarent p fidē: ita & Petrus ĩ episcopatu retinuit claues p se & quolibet successore: nō q̄dē q̄si Ro. Pōtif. sed q̄si successore Petri: sicut nō Abrahā q̄si ex circūcisione: sed ex fide: q; aūt sit postea Rom. Pontifex: hoc acci-

Argumētum Martini.

dit ei. Et ideo si Papa mutet sedē: quocū͂q; se transferat Papa est: claues retinet: qa nō accipit ut Romæ sedēs: sed ut uicari⁹ Christi: ut Petri successor: & ideo nō dicimus Christū hic: aut illic: neq; apostolicā sedē esse ita diuinit⁹ designatā ut muri angustet: ubiq; Christus: ubiq; ecclesia in mēbris suis. Sed quia successor Petri & Christi uicarius oportet q͂ alicubi sit, & sedeat: & alicui speciali præsideat ecclesiæ: ob id dicitur illa ecclesia cui specialiter præsideat, prima: quia ibi primus Episcopus præsidet: ut sella a sedente: non sedens a sella capiat dignitatem. de quo sæpius alias.

¶ Quartadecima disputatio contra aliam eius considerationem ubi plurimæ eiusdem deteguntur stultitiæ meræ.

VErū ut opinionē cōtrariā penitus iugulemus. Age, si ista uerba Tibi trado claues &c. ad Petrū & successorem eius pertinēt: necesse erit ut & præcedētia & sequētia hac ui sentētiæ cohærētia ad eosdē ptineant. Nō em̄ in sacris Euāgelii uerbis admittēdi, q̄ p arbitrio sensus sui partē huc, ptē illuc torquēt & rapiūt: sed ex cōsequētia sensus, & uerbo℞ ex circūstātiis intelligētia referēda est, iuxta Hilarii documētū. Cū itaq; Christ⁹ claues noluerit tradere nisi prius oībus discipulis de sui cōfessione exploratis: deinde nō nisi accepto & approbato respōso Petri ex reuelatione patris loquētis, clarū est. Claues nō esse, nisi ei⁹ qui talis est, qualis tūc Petrus fuit. Quo sequit̄ absurdissima absurditas, q͂ malus Papa uel Episcop⁹ nō esset Papa nec Episcopus: qa nō haberet fidē quæ cōstituit acceptorē clauium. Deinde seqtur cōtra textū & sensum eo℞: q͂ nec Petrus claues acceperit aut retinuerit qa Christ⁹ dicit: q͂ portæ inferi nō p̄ualeant aduersus ecclesiā uel fidē: quā tūc Petrus tenuit. At cōtra Petrū præualuit etiā ancilla hostiaria. Si itaq; illo℞ sentētia staret, necessaria oīno sequela sequetur, aut Romanos & oēs Pontifices oportere esse sanctos

Lib. 5. Trini.

& habere

& catholica doctrina loquēs. Fūdatā illā prīcipalit in Petro: & ex eo tāq̃ capite diffusā in omnē ecclesiā p̄dicat. Et ita tā egregie tractat hæc Panor. ut q̃ ꝑ se affert: māifeste cōtra illū pugnēt. ¶ Sexto: Errare cōciliū posse ī his q̃ fidei sūt cōcedit: & simul plenitudinē potestatis habere. Hæc opinor īuicē se destruūt. Si eñ plenitudo sit ptātis: qdcūq; circa fidē statueret: seruare teneremur: & ita seruare ea teneremur: tāq̃ ueritatē fidei ī qb⁹ posset esse error: qđ est Blasphemia ītolerabilis. Vnde tāto etiā stulti⁹ loqtur Martin⁹ q uult / Cōciliū posse errare: & tñ articulū fidei statuere. Quid est hoc? an nō est uere fidē uertere ī utrū? ¶ Septīo ait: si Papa melius sētiat / q̃ Cōciliū / stādū est dicto Papæ: & cōtra. Quō ergo cōciliū est supra Papā? imo supra quēlibet? cū dicat etiā: standū esse cuilibet meli⁹ sētienti. ¶ Octauo: Finge Papā argui circa fidē a Cōcilio: & tñ meli⁹ sētire: stādū est ingt Papæ. Sed qs iudicabit? Nō cōciliū: qa errat: nō Papa: qa ī causa ꝓpria null⁹ iudex. Quo igit recurrēdū? Quid expectādū? q̃ diu pēdere litē uolum⁹? Quid agāt Christiani? qs sequātur partes? An nō uidetis / Magistri īsipiētes / quātas turbas: quātā fidei īcertitudinē in religiōe Chrīana: quātas scissuras ītroducitis? ¶ Nono: si Papa ī uestro cōcilio nō est caput: qs igit erit caput? Si ibi Cristū dicatis caput: impiū est asserere posse tale Cōciliū errare: ubi caput sit Chrs. Si negetis ibi caput esse: Anathema sit uestrū istud Cōciliū / sine capite: Nā cui⁹ uirtutis eē mēbra possūt / q̃ caput nō uiuificēt? Nūqd ne iurisdictio / aut influx⁹ a manib⁹ / aut pedib⁹ / aut quouis alio mēbrorꝫ ueniet? ¶ Decimo. Quid aūt si litigēt ista mēbra inter se? qs authoritate cōpescet? qđ eorꝫ præualeat? an ita sūt oīa relinquēda in īcerto: ut lites ꝑpetuo foueant? Hoc nimirꝫ quærūt schismatici / & hæretici. Volui hæc ī Panor. pauca opponere: ut noscat q Iudex & arbitrator æquus esse uelit: ꝙ etiā eruditissimi uiri / cū dimittūt legē matris suæ: necessario in manifestos errores dilabūtur.

Vere Martinus fidē vertit in vtrum.

Quare errauerit Panor. tā enormiter in su prædictis.

¶ Breuis disputatio / ex sententia sanctorū doctorꝫ circa potestatem Papæ & Concilii: & quomodo inuicem comparentur.

Componātur hæc igit iuxta solidā Sāctorꝫ oīm / & benesentientiū doctrinā. Duplex est gen⁹ qstionis in ꝓposito. Primū cū cōtra Papā directe agit. Secūdū / cū quoduis aliud qdcūq; / siniēdū / tractādūq; emergit. ¶ Prim⁹ casus ī tres diuidit. ¶ Primus

Cū Papa est Hereticus.

De potestate pape et Concilij. admirim.

mus:cũ de hæresis crimine agit.Hic.n.nemo dubitat(etiã ipso repugnãte)Conciliũ cõtra illũ cogi posse. Siue quia desiit eẽ Papa: ut plerisq; placet:siue q̃ satis est nõ iam esse fidelẽ. ¶ Secũdus: cũ schismate superueniẽte dubiũ est utrũ sit Papa.Et hic pariter:quia nõ certũ de capite:merito suspendit eius ptãs:& ei⁹ declaratio ad conciliũ pertinet.Cũ uero de quouis alio eius delicto quærit:plurimi Canonistarũ a Theologis/sanctarũq; interp̃tibus scripturarũ dissentiũt.Illi.n.asserũt quotiẽs crimine/aut criminibus manifestis/& scãdolosis ecclesiã conturbaret:pariter ac si hæresis crimine teneret:habere supra se conciliũ:a quo iudicari ac deponi possit. At uero bene ĩstituti theologi/ac diuinis instructi scripturis cõtra sapiũt:nullũq; penitus cõtra Papã crimẽ admittũt: quo subdi debeat cõcilio:aut possit.Enjuero mihi (ut uerũ fatear) dũ in sæculo agerẽ:neq; a sanctis Doct.accepta fundamẽta huius doctrinæ/ac radices attingerẽ:prior opinio æquitatẽ præse ferre uisa est/existimãti rem durã cũ totius reipub.Christianæ scãdalo/ac detrimẽto ferendũ eẽ quẽuis hoĩem.At cũ per Dei gratiã in pfundiore sctõrum oĩum intellectu:diuinæ prouidẽtiæ admirabilẽ ordinẽ/atq; inuiolandũ recognoscerẽ:quod prius æquũ uidebat:iniquũ proculdubio apparuit:imo etiã hæreticũ: q̃q̃ nõ pptera hæreticos illos censeã:qui ita(si mõ nõ cũ pertinatia)sentiũt.De quo alias pprio/ac latiore tractatu/si Deo placeat.Interim cõcludo.Aduersꝰ Papã nulla in terris ptãs:solꝰ Deus sup illũ:qualicũq; p̃ter hæresim:& quãtocũq; crimine/teneat. ¶ Secũdus est casus cũ nõ aduersus Papã sit q̃stio:sed alioquin de Christiano statu agit circa diffinitionẽ eorũ:quæ uel credẽda sint/uel faciẽda Christiano hoĩ Et hic.Aut q̃rimꝰ de sciẽtia ipsa:aut de claue sciẽtiæ.Si de sciẽtia. Nemo tã plane stultus negauerit.Multos & fuisse/& esse posse/supra Papã in oĩ sciẽtiæ genere.Et Papã sæpe/& proculdubio nescire/errare/& decipi.Et ideo ĩualidũ est q̃d adducit a Martino:sicut ab oĩbus hæreticis/& schismaticis/de Petro:quẽ rep̃hendit Paulꝰ Late.n.cõcedo Papã errare posse:etiã quoad fidẽ. Itẽ posse & debere audacter:isto casu p̃sertim:rep̃hendi/atq; ei etiã resisti in faciẽ fraterna tñ monitiõe/& correctiõe:qua oẽs æq̃les sumus:ut Hier. ibi notat.Nõ aũt(sicut Martinus peruerse ait)etiã correctione iurisditionis/& authoritatis. Qui istã(ut supra uidimus) pphanissimã/& falsissimã cõsequentiã/de sua Theologia producit: sentit

Cũ schisma est.

Cum papa est pessimus.

Autoris mutata opinio.

Quõ ꝯcedit papaʒ errare etiã quoad fidẽ.
Quõ possit rep̃hendi seu corrigi.

Correctio duplex.

Nota cõseq̃n-tiam Martini vbi heretici la-buntur.

clavis sci-entie qd.

Quod conciliũ uerũ: q̃d falsum.

Forma cõcilij.

Uerũ conciliũ; vtrum sit supra papam.

aliquis melius Papa: ergo Papa ei subest. Quis nõ rideat: risu tam digna: hic locus: ubi labunt̃ hæretici ac schismatici pueriliter: sciẽtiæ clauẽ cum sciẽtia ipsa cõfundentes. Et ideo si quærat̃ de claue sciẽtiæ: idest authoritate diffiniẽdi: & statuẽdi. Audacter ꝓnũcio Papæ hoc priuilegiũ: & ꝓrogatiuã solius esse. Quod si de cõcilio quærat̃: cũ aliud conciliũ uerũ sit ac legitimũ, aliud falsum/ reprobum/ & diabolicũ: siquis dubitet utrũ hoc tale postremũ uel supra Papã sit uel supra muscã: diabolus est. Hic igit̃ respiciendũ est: ut sciamus nouisse q̃d nam sit tale uerũ. In quo duo sunt obseruãda uidelicet materia/ & forma: quo uerũ conciliũ uelut corpus unum totum representãs ecclesiã perficit. Materia ergo est caput primo: deinde mẽbra. Et ob istã causam. Ego audacter ex oĩum sentẽtia doctorũ pronũcio: conciliũ illud ubi nõ p̃sideat Papa/ esse concilium uanitatis: de quo scriptũ est. Nõ sedi cũ cõcilio uanitatis. Et merito: quia uana mẽbra sunt/ sine capite. Deest materia potior: ex qua conciliũ struit̃. Forma aũt concilii est uirtus Spũs. S. quæ tũc adest/ cũ conciliũ æqua/ & sancta statuere uult: & ueritatẽ quærit: & oportunis mediis q̃rit. Et ideo denuo ꝓnuncio: ꝙ etiã si materia cõcilii nõ desit: q̃a caput & mẽbra simul sũt: si tñ nõ Dei ueritatẽ quærãt/ sed magis iniqua/ & q̃ sua sũt: ad pompã humanã/ & p̃sidentiã conseruandã: q̃a isto casu deest forma. i. Spũs. S. uirtus. Assero periculo meo: nõ eẽ eiusmodi sanctũ/ uerũꝙ conciliũ. Sed illud in quo deest uirtus/ & influxus diuin9. De quo parit̃ ait dñs Deus. Et cũ iniqua gerẽtibus nõ introibo. Ex his ergo facile liq̃t Conciliũ illud uerũ: sanctũꝙ esse: in quo nec materia deficit: q̃ est caput cũ mẽbris. Nec ẽt forma: quæ est Spũs. S. uirtus/ q̃ tũc oĩno adest: cũ finis rei gerẽdæ est ueritas Dei: q̃ quærit̃ mediis oportunis. Vnde si quærat̃ utrũ tale conciliũ sit supra papã. Duplex ħ est inspectio. Prima cũ sumit̃ conciliũ ꝓ ipsis mẽbris: ut contra papã distinguunt̃: & tũc facile rñdetur: ad eũ modo quo si q̃reret̃: utrũ mẽbra sint supra caput: q̃d est ridiculũ. A capite. n. & in capite/ uirtus est: & oĩs iflu xus in mẽbra: & ideo papa est supra totũ reliquũ cõcilii corp9. Si uero cõsideret̃ cõciliũ integrũ: ita ut ip̃m ẽt caput cõprehẽdat. Tũc quærere: an tale cõciliũ sit supra papã: nõ est nisi q̃rere utrũ caput cum mẽbris sit supra seip̃m caput: sine mẽbris. i. absꝙ mẽbroꝝ intellectu: q̃d pari mõ est ridiculũ: eadẽ rõne: q̃a in solo capite est imperiũ nõ in mẽbris: q̃d nõ a mẽbris accipit: sed a

Deo. Recte ergo hic dr. Neq; papã supra tale cõciliũ esse: neq; tale conciliũ supra Papã: ne cogamur dicere papã supra seipm papã eẽ. Hinc duæ emergũt cõclusiões. Prima/in his/in qbus ex priuilegio Dei errare papa nõ põt: & sũt incõmutabilis ueritatis: nulla ẽ authoritas/uel Papæ supra cõciliũ: uel cõcilii supra Papã. Secũda in qbus errare põt: tã Papa q̃ tale conciliũ/& mutationẽ recipiũt/ex tpm uarietate: sua inuicẽ statuta tollere/interptari/ac limitare p arbitrio pñt. Nõ qa Papa sit supra seipm/uel tale conciliũ: sed qa a tali cõcilio: sicut neq; a seipo: ligari non potuit: cũ nemo sibi legẽ dicat/a qua nõ liceat recedere: ut ex naturali rõne/ac iuris Regula notũ est. Hoc ergo supest ut q̃ramus: nũqd sit casus in quo Papa ab infallibili dirigat ueritate. Ad qd̃ in scia sctõꝶ cõfisus: audact rursus pnũcio. Facile Euangeliũ sciẽtibus liq̃re posse. In his q̃ ad fidẽ ptineãt/uitæq; Christianæ directionẽ/& decisionẽ: Papã uti uolentẽ sciẽtiæ claue: & priuilegio sibi dato uerbo Dei: q̃rentẽ uti oportet ueritatẽ quantũ p humanã liceat fragilitatẽ: pculdubio dirigi a Spiritu. S. ita ut in his errare quouis modo non possit.

¶ Ad qd̃ primo ex uerbo Christi moueor. Oraui p te ut nõ deficiat fides tua. q̃ uerba assuetis ĩ scripturis irrefragabilit hoc pbãt.

¶ Secũdo (q nõ min⁹ est) satis absonũ/atq; absurdũ esset/Tẽpore abũdatioris gratiæ in sacerdotio Christi deficere supremũ iudicium infallibile: qd̃ in sacerdotio legis ueteris nõ deficiebat: ut habetur. 17. Deuter. his uerbis. ¶ Si difficile/& ambiguũ apud te iudiciũ esse pspexeris/inter sanguinẽ & sanguinẽ: causam & causã: leprã/& nõ leprã: & iudiciũ ĩtra portas tuas uideris uerba uariari. Surge & ascẽde ad locũ quẽ elegerit dñs Deus tu⁹: ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis: & ad iudicẽ q fuerit illo tpe: queresq; ab eis: qui indicabũt tibi ueritatẽ. Nota ergo uerbũ magnũ. Indicabunt tibi ueritatẽ dicit Dñs. Quis igitur ausit respõdere ad hoc?

¶ Tertio qs nõ uideat q oĩa cõciliorꝶ statuta: oẽs canonicæ scripturæ: oĩa ptinẽtia ad fidei ueritatẽ: oẽs uiuẽdi regulæ ſm Christũ semp ab hoc iudicio supremo Papæ iudicatæ & probatæ sunt. Vt etiã Beatiss. Frãcisci regula sine dubio ex ore Dei ĩspirata/ac mãdata: tñ eiusdẽ authoritati subdita / etiã quantũ ad approbationẽ fuerit: ex ipsius mirabili puidentia Dei: ĩmo & primũ eiusdẽ gloriosissimæ Regulæ mandatũ: est obediẽtia cuiuscũq; summi Pastoris Christi Vicarii & Petri successoris Canonice electi.

Que conciliorꝶ statuta tollere possit papa: que non.

l. nẽo. ff. de le. 3

Quõ dicit papam errare nõ posse.

Regula beati francisci.

¶ Quarto hoc apparet liquidissio noletibus oculos claudere: q nunq ab ecclia inuetus hacten9 in eiusmodi aliquis error: sicut & Martinus ipse fatet: cu ide tot emanauerint decreta: tot emerserit qstiones: & nihilominus tot mali atq pessimi pfuerint Pastores. Q d q putet sine Dei spu successisse: ia ipse no solu sine spu: ueru et sine mete merito est cesendus. ¶ Quinto, quis copos metis no ualde iperfectu in ecclia ceseat? si tot cotinue emergetibus de fide cotrouersiis: tot hæreticis assidue pullulatibus: no dicamus de certo & ifallibili iudicio a dno puisum: cui inniti oporteat taq certissimæ ueritati? Alioqui si cu errore ee possit: an no fide in incertu: imo in ludibriu uerterem9? Quis hoc no itelligat? ¶ Sexto qd rogo aliud clamat scto oim apertæ pspicuæq sniæ? quas profiteor si diligeter obseruare/& producere uoluissem: iustu pculdubio ex eis uolume coplicassem. ¶ Ex pdictis satis patere potest: q sit stultu asserere: q a Papa appellari ad conciliu possit quouis casu: cu appellatio requirat maius tribunal. Per modu tn querelæ: sicut (quod ex humanis costat legibus) ab imperatore ad ipsum met: ita ab ipso Papa ad ipsum met supplicari pot: siue extra conciliu siue in cocilio. Qui uero alia hoc uia tetare psumpserit: illu & ordinationi Dei resistere: & schisma qrere: clara & cofidenti uoce pronuncio: redditurus ronem artissimam intolerabilis temeritatis suæ. Hactenus igit satis esse uolo quoad hoc pertinet qstionis. Nuc de Papæ progatiua circa indulgetias disputandu est.

Cosidera hoc & agnosce spiritu Dei.

¶ De papæ ptate ex snia scto: & toti9 ecclæ circa indulgetias.

CVm certo scia nonullos ideo de papæ circa idulgetias ptate uel dubitare uel male sentire: qa fundameta ea ueritatis ignorat: quib9 itellectis pculdubio nisi pteruire uelint: agnoscerent admirabile in his erga nos bonitate & sapientia Dei: & amplius: q oia q prudetes hui9 sæculi in eas argumentant no solu a uiris sctis sunt ispecta: ueru etia facile dissoluta ut indigna merito ia ceseri debeat: ut ulterius faciat qstione: ideo positioes Doct. ad claru intellectu haru indulgentia afferam: earuq iuxta probationem: eoruq resolutione: quæ ab aduersario producitur.

De ptate pape & ecclie circa indulgencias

¶ Peccator mortaliter peccans duo agit. Primu/ a summo bono & æterno se auertit. Secundum/ conuertit se ad infimum & corruptibile.

Prima ppo. *fundamentalis de indulgenciis*

¶ Deus digne respicit hęc. Pro eo.n.ꝙ peccator se auertit ab illo. Ipse quoqꝫ se a peccatore auertit/gratiã suã auferẽs & cõsequenter gloriã in uisione uultus sui. Pro eo uero ꝙ peccator ad bonũ se creatũ conuertit spreto illo æterno cũ eius iniuria & peruersiõe ordinis ab eo positi: Deus iustus certa iustitię suæ regula ꝓ modo & grauitate criminis sta/tuens uindictã pœnas talis cõtumeliæ ab eo exigit.

Secunda.

Cũ hæ duæ positiões satis p se pateãt: neqꝫ ullꝰ (ꝙ aĩaduerterim) unq̃ cõtradixerit: qm̃ primã ipsa experientia ꝓbat. Secundã Dei iustitia cõmendat: alioqn & purgatorii & ĩferni pœnæ tollerent: ideo solo hoc ꝓphetæ testimonio quiescã: qui utrũqꝫ malũ in his uerbis a se depcabat. Ne auertas faciẽ tuã a me. Ecce primũ: amissio gr̃æ & amicitiæ Dei. Et ne declines in ira a seruo tuo. Ecce se/cundũ. Vindicta & pœna pro delicto: atqꝫ iniuria in Deum.

¶ Deus in hoc tm̃ tpe q̃d habemꝰ/de ꝓpria misericordia/ si pctõr se a pctõ auertat & ad ipm deũ cõuertat. Statuit ei gr̃am restituere q̃d media fit cõtritiõe ac pñia. Hęc clara ẽ.

Tertia.

¶ Etiã gr̃a per contritioné recuperata/diuina iustitia pœ/nam ꝓpterea nõ remittit: quousqꝫ satisfactũ fuerit uel in uita ul' post mortẽ: iuxta modũ delicti ĩ Dei notitia p̃finiti.

Quarta.

Hãc positionẽ ab uniuersa ecclesia semp probatã: ex oĩm sentẽtia Doct. unus nup Martinus audet cõturbare. Et prĩo ponit: ꝙ Deꝰ oẽm pœnã dimittit simul cũ charitatẽ ac gratiã restituit. Deinde purgatoriũ post mortẽ nõ tã ad puniendũ q̃ ad charitatẽ pficiendam ponit. Verũ qa hæc maxĩe ad librũ attinẽt sequentẽ: ideo sic agã ut ibi ĩprobẽ q̃ cõtra affert. Hic breuiter scripturis rõnibus & authoritate oĩm sctõꝝ patrũ id confirmẽ: q̃d positũ est. Prĩo igit̃ illas ipsas scripturas affero q̃s ille cõtra statuit. Sic.n. in ope ad Leonẽ ipse loqt̃. ¶ Ezechielis. 18. Si cõuersus fuerit ĩpius ab ĩpietate sua & fecerit iudiciũ & iustitiã uita uiuet & ñ morieť. Ecce nil nisi iudiciũ & iustitiã ĩponit: q̃ tota uita faciẽda sunt: iuxta illud. Bti q faciũt iudiciũ & iustitiã in oĩ tpe. Itẽ Mich. vi. Indicabo tibi o hõ q̃d sit bonũ. Vtiqꝫ facere iudiciũ: & diligere misericordiã: & am/bulare sollicitũ cũ Deo tuo. ¶ Sed audi o hõ q uere nescis q̃d sit facere iudiciũ/& iustitiã: neqꝫ te Paulus docuit: ꝙ iudiciũ cuiusqꝫ:

Positiones iniuste Martini.

Verba Mar.

Iudicare et facere iudiciũ.

nō solū est erga alios faciendū: uerū ēt contra seipm: cū ille dicat. Si nos ipsos diiudicarem⁹/nō utiq; iudicaremur. Quid est igit̃ seipm iudicare: nisi se arbitrari plag/ac pœna dignū ppt pctm: qd est facere iudiciū: nisi istud exequi qđ iudicauit: & sibi pœnā statuere/ut isto iuditio/& eius executione: dñi effugiat iudiciū: ob hoc Ezech. nō satis hñs ab ipio q; se cōuertat ab inigtate ad Deū: hoc ampli⁹ exigit: ut iudiciū faciat ac iustitiā: qđ nō solū i alios: iuxta Pauli sñiam ē accipiēdū: ue℞ ēt in primis cōtra seipm. Vide ergo q̄ egregi⁹ sis disputator: & q̄ elegās scriptura℞ ispector: ut freqntius illas afferas: q̄ tuas cōfundūt hæreses/& blasphemias. ℂ Scđo ad qd q̄so pœna manet Dauid regē: ēt post ualidissimā cordis cōtritionē: & i filio punit̃: nisi (ut oēs Doct. & noiatim Greg. asserit) qa satisfacere oportuit pctō ultra ɔtritionē/& charitatē iā adeptā. ℂ Tertio ad qd scriptū est. Redime eelemosynis pctā tua: si cōtritio etiā pœnā sufferret: & cōseqnter oīa redēpta essent in ea/ pctā: ℂ Quarto an nō Dei iustitia/istā inigtatē cōfundit: Si. n. sola cōtritio/& charitas oēm pœnā auferret: seqret̃ q; pari cōtritiōe plus cōsequerent̃/q multo magis peccauerūt: q̄ qui multo min⁹: qđ est solū in noua tua recipiendū theologia Lutherina: ut nihil ampli⁹ a magno pctōre exigat Deus/q̄ a paruo. ℂ Quinto hæc est sñia oium tam antiquo℞/q̄ nouo℞/Sctō℞ Patrū: & totius ecclesiæ: cōtra quā si unus ualeat Martinus: p̄sertim scripturas proferēs cōtra se. Ego fateor nihil causæ est: cur nō uniuersam Bibliā comburamus: & Sancto℞ iuxta positas interpretationes.

ℂ Ecclia pœnas istas atq; satisfactiōes: cū sit loco dei i terris: quasi cōponēs cū delinquēte: suo iponit arbitrio: uel in orone/uel ieiunio/uel eelemosyna. Hęc pbat̃ ipso facto.

ℂ Quatenus satisfactio talis uel a sacerdote iposita/uel spōte suscepta: cū pœna cōcurrit/quā diuina exigit iustitia: eatenus illā tollit uel minuit. Quatenus uero ab ea excedit: eatenus remanet satisfaciendū. Quatenus uero excedit: eatenus reponit̃ in thesauro cōi: de quo mox dicemus.

Hæc positio sua euidēti eqtate seipam pbat. Tñ ex supuacuo pria ei⁹ ps pbat̃: dr̃ Naū. 1. nō iudicabit de⁹ bis i idipm. Scđa ps & ttia pbat̃. Scriptū ē de quouis minio ul' uerbo ocioso rōnē reddēdā: & ita parit̃. Nullū bonū inremuneratū. De qrta mox tractabit̃.

Paulus. 1. ad Cor. 11.

4. Danielis.

Quinta.

Sexta.

¶ Et si gratiā iustificantē uel solutionē a culpa/nemo alteri possit ꝑmereri/quoniā ꝓpriā cuiusq; delinquētis cōtritionem exigit. Tamē nullus negat alterū ꝓ altero siue uiuo siue mortuo pœnas dare/& satisfacere posse.

Septima

Hæc indubitata est ueritas. Alioquin oīa tolleremus suffragia/quæ & pro defunctis fiunt/& pro uiuis:& negaremus Christi unū corpus:& plura mēbra inuicem se iuuantia.

¶ Opera eiusmodi satisfactoria:q̄ in primis/& longe super oēs/Dn̄s noster IESVS CHRISTVS impēdit. Et post eū gl'iosissima Regina n̄ra MARIA. Deinde q̄ assidue ab eccl'ia fiūt:aut singulariter a quouis exsoluunt' / uel nō pro se/aut ꝓ certis/uel supra mensurā debiti:ut fecerūt sancti Dei:Reponunt' tanq̄ in cōmuni mēsa/ ac thesauro ī Dei notitia:ut de eo satisfiat atq; exsoluat' pro aliis.

Octaua.

Ista positio:postposita multoꝝ authoritate doct. uidel; diui Thomæ/Bonauēturæ/Alberti/Antonii archiepī/Petri de Palu. Durādi/Fran. de Mayronis cū aliis quos iste Scolasticos appellat:ꝓbat euidētissime p decretalē Clemētis extrauag. unigenit9:cū filibus alioꝝ Pontificū. Ad hāc aūt Martin9 in actis corā legato habitis Primū ita eludēs atq; ridēs. R̄ndet. ¶ Occurrebat. n. & mouebat prio/ꝙ nuda essēt uerba Pōt. Et aduersus cōtentiosum/uel hæreticum inualidū p̄sidiū. ¶ Quid rogo aliud q̄rimus testimoniū/ꝙ Martin9 hæreticus est/& cōtentiosus:cū ipse manifeste his uerbis cōfiteat'? Fatemur. n. Martine:fatemur iualidū p̄sidiū esse authoritatē:uel eccl'iæ/uel scripturæ:& ipius Christi:cōtra hæreticū/& cōtētiosum:cōtra quē agi debeat igni poti9. An nō igit' oēs frustra laboram9:q putam9 moueri hoiem scripturis? aut ullis eccl'iæ authoritatib9? q sumat sibi hæretici partes & cōtentiosi? & fateri hoc tātis uerbis tā manifestis nō pudeat? Addit. ¶ Deinde siqs diceret. turpe esse principē sine lege loq. Et iuxta Zach. Nō uerba hoīs sed legē Dei reqrendā ex ore sacerdotis. ¶ At siqs tibi diceret Martīe: ꝙ tu primū ac maxīe hui9 reus es uitii:uel in hoc ipso qd' ais : turpe esse principē sine lege loq. Quid tu q̄so referres? Scio rideres ac risu solueres argumentū:nā ubi reperisti. Turpe esse Principē loq sine lege? cum maxime talis de quo loquimur Princeps:ipsa sit

Verba Mar.

Martin9 se hereticū & cōtentiosum ꝓfitetur.

Nota hec ad te ꝑtinēt Mar.

lex uiua in terris:ut uel pueri sciũt. Itẽ siqs diceret: ꝙ instar sacrilegii est disputare de lege & facto pricipis. Tu sup principes oẽs: & sup oẽm legẽ/rideres. Itẽ siqs diceret lõge turpius esse ꝑpetuo loq cõtra legẽ: Dico ɔtra legẽ Christi: sicut tu assidue facis: & nos late ꝓbauimus: adhuc rideres & illuderes. Itẽ siqs diceret ꝙ illa decretalis (ut patet) ita plena est diuinæ scripturæ uerbis: qbus seipsam statuit/atq cõmendat. Credo & tũc rideres. Itẽ siqs diceret: ꝙ tu ipse hoc fateris seqntibus uerbis (cũ dicas ꝙ uerba scripturæ torquet: ex quo arbitror ꝓsupponi sine scriptura nõ eẽ locutã: etsi illã torqret) etiã tũc rideres. At memineris scriptũ. Væ uobis q ridet[is] qm̃ flebitis. Sequẽtia aũt tua uerba hæc sunt: ubi oĩs disputatiõis neruus cõsistit. ¶ Itẽ ꝙ uerba scripturæ torqt: & in alienũ sensum abutit̃. Nam q̃ de gr̃a iustificãte dicta sunt ad indulgẽtias trahit.

Martinus cõtra Martinũ.

Verba Mar.

¶ Ex his uerbis manifeste colligit̃ ꝙ dñs noster IESVS CHRISTVS sua passiõe ac meritis nõ aliud nobis q̃ iustificantẽ gratiã q̃siuit: ita ut si pœna exsoluẽda sit ꝓ pctõ: etiã iustificãte gr̃a reddita: qm̃ ut supra ꝓbauimus pœna nihilomin⁹ manet: nulli unq̃ ꝓfuerit sanguis ille Christi & passio illa in cõspectu dei sine pretio ꝓtiosa: & cũ qdlibet membrũ alteri mẽbro isto mõ ꝓsit & ꝓfuerit solus Christus: nulli ꝓfuit nisi qa iustificauit p gr̃am, at ꝓ pœna nihil soluit. Sed qd de gl'iosissima ei⁹ matre blasphemabis p quã gr̃a nõ est: sed solũ p IESVM CHRISTVM: Nihil ergo illa suis sctis suæ passiõis meritis: & innũeris pene satisfactoriis opibus ecclĩæ ꝓfuit: q̃ nunq̃ ullo mõ peccauit. O hoĩem plenũ blasphemiis ad sũmã. Itẽ sanguis Io. bap. & Aploꝝ/ac oĩm martyꝝ & ꝓphetarũ iuges atq assidui cõfessoꝝ labores/ieiunia/oratiões/inediæ/sitis/fames/gelu/estus/ꝑicula/dolores/disciplinæ/flagella/plãctus lachrymæ/suspiria/chorus/ꝓdicatio: & alia id genus nihil cõtulerunt ecclĩæ: nihil q̃siuerũt: supra gratiã iã q̃sitã. Vt qd ergo tãtoꝑe laborarũt frustra? Forsan ꝓ augumẽto gr̃æ suæ inges. At nõ ita ꝓfitet̃ Paul⁹ dicẽs. At nũc gaudeo in passiõibus pro uobis: & adipleo ea q̃ desunt passionũ Christi in carne mea/pro corpe ei⁹: qd est ecclĩa. Ecce ꝙ illas passiões pro aliis inqt se ꝓstare: imo pro Chri corpe qd est ecclĩa: & ita dr̃. Adiplere ea q̃ desũt passiõi chri nõ ita quidẽ ꝙ passio sola Christi nõ sufficiat ad oĩm redẽptionẽ etiã pœnaꝝ: sed qa acceptauit Deus in toto corpe christi mistico pati Christũ in mẽbris suis: ideo ad hũc intellectũ dr̃ Chri passio

Io. 1.

Pau. ad col. 1.

Adimpleo ea que desunt passioni Chri

cōtinue īpleri:& ut ibi inqt Glos. usq̄ ad cōsummationē nōdum erit īpleta. Est & Iob irrefragabilis sñia ꝓ hoc:nisi eā qs uelit manifeste ꝑuertere prauo sensu. Vtinā inqt pc̄tā mea appēderent̄ q̄bus irā merui:& calamitas quā patior in statera : q̄si arena maris hæc grauior apperet. Producit ēt Albertus sup.xvi.Matth.Esaiæ uerba.xxii. ℂ Et suspendā sup eū oēm gloriā domus pr̄is sui:uasorum diuersa gn̄a:oē uas paruulū:a uasis craterarꝫ usq̄ ad uas musicorꝫ. ℂ In q̄bus uerbis ītelligit Albert⁹ merita sc̄torꝫ/& in primis Christi suspensa,interim:donec ex eis ꝓ quolibet indigēte solutū fuerit. Sed qd̄ cōparatiōe Martini ualeat. Albert⁹ cū Esaia:& tota Eccl̄ia! Nā uideam⁹ qūo cōtra hūc thesaurū/& q̄ argute moueat̄

Job.6.

Albertus. Esa.

ℂ Primo nulla sūt opa sc̄tōꝝ inremūerata : q̄a Deus p̄miat ultra cōdignū:cū dicat Paul. Nō sūt ↄdignæ passiōes.&c. ℂ Istud arg. nihil ꝓbat q̄ talia opa sint inremūerata. Imō cōtra/potius ꝓbat q̄ sunt remūerata:ex q̄bus thesaurus est licet adhuc nō impēsus ꝓ aliis. Quis.n.tā stult⁹ dixerit:nisi Martino similis:q̄ si ego solui alicui pro labore scripturæ.x.aureos:q̄a ille interim reponat:neq̄ uel pro se ul' pro aliis adhuc expēdat: ꝓpterea nō eē remuneratū? Ridicula hæc sunt. ℂ Sc̄do ait. Nullus sc̄tōꝝ sufficiēter īpleuit mādata Dei (nā aliud asserere inqt est hæreticū). Ergo nihil supabūdans fecerūt:qd̄ ad hūc thesaurꝝ p indulgētias distribuendū ptineat. ℂ Credo aūt de nūero sc̄tōꝝ:nolle illū excludere beatā Virginē. Nā cōtra illā ēt cōcludere oportet:ut oī ex pte cōcludat arg. Et ita pria hæc hæreticissima cōclusio:horrēdissima/& ꝓphanissima ex ore illo pleno blasphemiarꝫ sequit̄. Btā uirgo Maria Dei mater nō sufficiēter īpleuit mādata Dei. Sed age de aliis sc̄tis cōsideremus qūo hæc ꝓbet:nā de btā uirgīe/& gl̄iosa utar Aug. uerbis. Cū de pc̄tō agit̄ nolo ullā de ea hr̄e mentionē. Probat igit̄ q̄ nullus sc̄tōꝝ īpleuerit mādata Dei. Prīo ꝓ more suo uerbis Christi q̄ cōtra se faciūt. Sic.n.ipse suis uerbis ꝓducit. ℂ Primo p illd̄ Christi. Cū fæceritis oīa dicite ſuui inutiles sum⁹. Sed ſuus īutilis citra:nō ultra fecisse intelligit̄:nisi forte quorundā insulsissimorꝫ hoīm sōnia seq̄mur:q̄ hūilitatis nō ueritatis hæc dici a suis:Christum uoluisse/garriūt.&c. ℂ Sed si tu ultra legisses uerbū Christi Martine:ītellexisses q̄ ſuus īutilis in uerbo Chr̄i est ille q̄ nō citra facit:sed qd̄ debet facit. Doce igit̄ poti⁹ nos tu Christe optime magister:tu inq̄ poti⁹ q̄ Martin⁹:quia Martin⁹ cōtra te/& uerba tua

Arg. Martini cōtra martinū.

Conclusio q̄ ex dictis Martini sequitur.

Verba Mar.

Martinus adducit contra se scripturas.

exponit tuã sñiam. Quare uis illos suos se iutiles dicere: qa .s. citra
fecerũt: & mãdata nõ ipleuert: & sic nõ fecerũt qđ debuert? An po
ti⁹ qa fecerũt qđ debuerũt? Solue tu inq̃ dñe & Magr̃. Ecce qa sol
uit. Ecce quia addit declarãs cur sui iutiles se eẽ dicere debeãt: qđ
debuim⁹ .n. facere fecim⁹. An igit q facit qđ debet: nõ iplet mãda
ta? imo iplet: sed nõ pl⁹ facit: & iõ suus dr̃ iutilis qa q facit qđ de
bet utilitatẽ ñ affert: sed debitũ soluit. O igit circũspectũ Martinũ
i scripturis. Assere nũc hæreticũ/ q dicat sctõs fecisse qđ debuerũt
& cõseqnter explesse dei mãdata. Fac nobis ẽt Christũ hæreticũ:
postq̃ ita me cogis dicere pfidissie Antichriste. ¶ Scdo adducis φ
sapiẽtes Virgies noluerũt cõicare de oleo suo: ne forte eis ñ suffi
ceret. ¶ Et nõ itelligis miser (ut oẽs exponũt) loq ibi Euãgeliũ de
oleo incõicabilis charitatis. ¶ Tertio & q̃rto (q̃si sol⁹ de quo falso
gl̃iaris ista reperis.) Producis Pau. 1. ad cor. 3. & .6. ad Gal. dicẽtẽ
unusq̃sq; mercedẽ accipiet sm laborẽ suũ & unusq̃sq; p se reddet
rõnem p ut gessit in corpe. ¶ Sed neq; hic miser agnoscis: φ nẽo
dicit queq̃/ uel acqrere/ ul augere alteri mercedẽ: q̃ tñ ppriis me
ritis debet. Sed hoc tñ: φ alt pœnas p altero soluit. ¶ Quito hãc
blasphẽiã his uerbis addis/ Oĩs sctũs debitor ẽ dei diligẽdi/ q̃tũ põt/
imo ultra q̃ põt: sed nullus id fecit nec potuit. ¶ Maledicta sit hæc
blasphẽia tua φ De⁹ ad iposibile obligauerit sctõs suos. ¶ Sexto
addis scti p eorum op⁹ pfectissimũ/ mortẽ/ martyriũ/ passionẽ ñ faci
unt ultra q̃ debẽt: imo faciũt qđ dñt: ẽt uix faciũt. Ergo mlto mi⁹
i aliis opib⁹ pl⁹ fecerũt q̃ debuert. ¶ Ex his uerbis prio colligo:
φ martyriũ ẽ i pcepto idistincte (tu .n. nihil distinguis) & nõ ẽ op⁹
sup erogatiõis ac pfectiõis. ¶ Scdo colligo φ moriẽdo fecerũt qđ
debuerũt: & tñ peccauerũt sm te qa nulla opa tã bona sũt qn pctã
sint dãnabilia. ¶ Tertio uere fateor φ quilibet parat⁹ debet eẽ ad
mortẽ ppt chrm̃ & aĩam suã dare p illo: sed mĩme seqr̃: φ illos la
bores & passões nõ remũeret de⁹/ acceptãdo ad pœnar satisfacti
onẽ/ & p illis & p aliis. ¶ Quarto ex his oĩbus tollit oẽ suffragiũ:
scindit corpis chr̃i unio: & deniq; pbat φ un⁹ alteri suffragari nõ
põt: aut .n. hoc pbãt: aut nihil cõtra ppositũ pbãt: ut patet euidẽt:
& iõ septimũ arg. & ultimũ/ qđ pducis cõtinet tm̃ uerba p laicis
tuis & mẽdacia. Tale .n. ẽ. ¶ Septio/ φ cũ tot ego argumẽta pro
ducã (supple q̃ faciũt cõtra me euidẽtissie) illi uero p sua parte nec
unũ: sed simplicẽ narrationẽ sine scripturis/ doctorib⁹/ rõnib⁹ lo

Si vera locut⁹ est Martinus: Christus hereticus est.

Verba martini

quētes(ſupple tu:ut cōſueuit facere Thomas/q̄ uere nūq̄ ſine ſcri/pturis aut p̄rib⁹ aut ualidiſsīs rōnib⁹ loqͤ̄)poſſum⁹:imo debem⁹ ab eoꝝ ſnīa oīno recedere.(Recedam⁹ igiẗ a tota eccl'ia & ſeq̄mur Martinū)Et ſubdis.Sed hæc ſint mea.❡ Parco tibi ꝓpt̄ hoc uerbū ꝓ multis q̄ male locut⁹ es.Hæc(īquit)ſint mea.Nūq̄ nobis meli⁹ cōſuluit/q̄ ſic admonēdo:ꝙ hæc ſua ſūt.Sinam⁹ ergo ſua hæc eē: q̄ uere ſua ſūt:& ip̄e uult eē ſua.Nemo ꝑticipare uelit de his ſuis: uidelicet tot cōfictis mēdaciis:q̄ ſua ſūt:nō Dei:nō ſctōꝝ Patrū: ſed ſua:uere ſua:habeat ergo ſibi/& pereat cū illis:ut merit⁹.Nā in hūilitate & modeſtia cōſueta:in tumore tātæ doctrinæ/cōtra uni/uerſam eccl'iā inſuꝑ hæc audet ꝓ ſupradictis ꝓferre.❡ Et ut aliqñ audax ſim/ea q̄ iā dixi ꝓteſtor me nō dubitare:ſed parat⁹ ſū ignē/ & mortē ſuſcipere ꝓ illis:& hæreticū afferā oēm quicūq̄ cōtra ſa/puerit.❡ At ego audacter dico.Hæc ſola uerba clarū ſpeculū ſup/biæ ſuæ apud oēs bñ cōpoſitas mētes:ſatis eē deberēt ꝓ idoneo teſtimonio:inſolētiſsīe temeritat[ſuæ/& aī protuiſsimi. Et ſi alid' non legereẗ de blaſphemiis ſuis horrēdiſsimis:hoc ſolū & ignē & mortē ei potuit ꝓmereri.Quo mag[eos miror:q̄ hoīem tā peſtife/rū/atq̄ tā īſigniter arrogātē pati poſsint. Quos ruſus moneo & obteſtor ꝑ fidē Ieſu Chriſti:& per ſalutē ſuā/ut tandē/& agnoſcāt & auferāt malū de regno ſuo:Reddituri alioqui uel mihi hoīum minimo rōnem:cur noluerūt audire/& obſequi ueritati.Sint ſane magni quantū uelint.Deus ſolus eſt magn⁹:& corā illo parui eri/mus oēs.Hacten⁹ fateor potuerūt errore ducti & maloꝝ ſugge/ſtione nō aīaduertere ueritatē.Sed nūc iā cū tam patēs facta ſit uniuerſo orbi:qua poterūt excuſatiōe ignorationē ꝓ̄tendere?Qui habet aures audiēdi audiat:nō me:qui nihil ſum:& uiliſsim⁹ ho/minū:nō me inq̄:ſed ueritatē Dei undecūq̄ ueniat:ueritatē dico: quā deſtruere uolūt ꝑfidi:iniqui hoīes:diabolicæ portæ īferi.Sed in uerbo Dei ꝓteſtor:ꝙ male & cito peribūt oēs cū deſideriis ſuis: & eoꝝ gloria in puluerē deduceẗ. Sed redeo unde digreſſus ſum.

Verba martini

Qui habet au/res audiēdi au/diat.

❡ Hic Theſaurus eſt in manu Papæ de quo per indulgē/tias diſpēſando ſatiſfacere poteſt/tā pro uiuis/q̄ ꝓ defun/ctis/& auferre ab eis hoc pacto pœnas/quas uel paterētur ſeu pati deberēt/uel etiā nūc patiunẗ in Purgatorio/& exi/ſtimo eas ualere tantū/quantū pronunciatur.

Nota.

Decima.

¶ Ad hoc tñ ut indulgētiæ tales ualeāt. Requirit̃ ex parte accipientis charitas. Ex parte causæ. Pietas q̄ est cōe bonū ecclesiæ: unde & honor Dei/ & ꝓximi utilitas emergit.

Nota Martie

Per has igit̃ positiōes. Primo credo ab oī adulatiōis suspitiōe me liberatū: cū neq̧ defendā neq̧ approbē illas īdulgētias: q̄ uel leuē uel nullā: uel falsam habeāt cām. ¶ Secūdo ut oñdam me etiā saltē in cōspectu Dei: ꝙ nolo eē de mūdi sapiētibus q recte statuta per ecclesiā/ & p sctōs Pont. perq̧ Doctores doctissios cōprobata: temere & leuiter audent īpugnare: hanc ueritatē potius, ab eiusmodi puersis, tutari conabor. ¶ Primo. n. arguūt: qa Ecclesia seu Papa ñ pōt tollere diuinā iustitiā qđ faceret auferēdo pœnas ꝓ pctō debitas corā Deo. Rñdet̃ ꝙ diuinæ iustitiæ satisfit neq̧ pœnæ debitæ corā deo auferunt̃: sed tm̄ mutant̃/ qa alius ex charitate sua ꝓ alio suis pœnis satisfacit: & deus acceptat ꝓpter unionē corpis: ut unū mēbrū ꝓ alio patiat̃: sicut siqs ꝓ alio soluerit iā nō hoc agit/ ut ei sit remissū debitū/ & auferat̃ ius suū creditori: nō ergo tollit̃ satisfactio p indulgētias: imo facultas potius satisfaciēdi tribuit̃. ¶ Secūdo arguūt: qa ex hoc sequit̃ ꝙ capiētes indulgētias fiūt secordes ad bona opa indulgētiis cōfidentes. Rñdet̃ hoc eē ex eorꝫ malitia q liberalitate & bonitate Dei abutunt̃: & ideo btūs Tho. speāliter admonet: ꝙ sūt admonēdi oēs q indulgētias sumūt: ne ꝓpterea secordes fiāt & retrahant̃ a bonis opib⁹ ac satisfactoriis. ¶ Tertio arguūt: ꝙ papa nō habet ptātem circa defunctos qa sūt soluti ab ei⁹ foro. Rñdet̃ ꝙ uerꝫ est/ neq̧ p īdulgētias utit̃ ulla ptāte in illos/ neq̧ ligādo neq̧ soluēdo: sed tñ de alienis laboribus: & pœnis pōt eis attribuere ita ut soluant̃. ¶ Quarto arguūt: ꝙ uidet̃ absurdū ꝙ in ptāte Papæ sit posse totū purgatoriū euacuare: & ita oīs diuīa euacueret̃ iustitia. Rñdet̃ ꝙ papa nō pōt hoc/ qa ut dixim⁹ iusta cā reqrit̃ ad indulgētias cōcedendas/ & ꝓ mō/ & q̄litate causæ deberēt cōcedi: alioqn ut dixim⁹ nō ualerēt. ¶ Quīto arguūt: ꝙ satis iusta cā est charitas Papæ: imo nulla magis iusta: ex quo seq̄ret̃ ꝙ deberet Papa ex charitate oēs aīas liberare cum posset, alioq esset crudelis. Rñdet̃ hoc arg. Hostiēsis: fuisse a scribētibus: & ꝓuisum/ & solutū/ & falsum oīno eē charitatē cām idoneā qa ille thesaur⁹ debet aliqd nouū ad honorē dei & eccl'iæ utilitatē cōstituere qđ sola charitate nō fit: q̄ suū ēt hēbit meritū. Et p hæc apparet ꝙ friuola oīa sunt q̄ obiciūtur: & ꝙ īpia est ēt illa opinio

q̄ dicit. Papā nō remittere per indulgētias nisi pœnas canonicas, cū, hoc ipso, remitteret ad grauiores/ qđ iste īperitissimus uir ausus est irridere/ nō intelligēs fundamēta doctrinæ: cōtumeliosis/ & nephādis in sanctū Doctorē uerbis. ℂ Sed iā cōsequētia ex p̄missis patet. Quis. n. dubitet ꝙ q̄to min⁹ soluit pœnæ in hoc mūdo/ tāto magis patiet̄ in alio: qs ēt dubitat ꝙ pœnæ q̄ hic ferunt̄ ēt multo minores (quia est tp̄s merēdi & uolūtariæ sumunt̄) cōpensant mlto maiores: q̄s alioqn passuri eēnt post mortē: qs ergo nō cognoscat cōsequentiā: ꝙ si īdulgētiæ solas pœnas hic inīūctas canonicas tollerēt/ ille q eas nō sufferret: tāto magis deberet ī Purgatorio: q̄ sublatæ nō essent: neq̧ p indulgētias: neq̧ p illas satisfactiones/ seu pœnas canonicas: quas diceremꝰ remissas p indulgētias ip̄as: & p̄pterea redimēdo hic hō īdulgētias. i. remissionē pœnaꝝ canonicaꝝ cōpat̄ alibi tāto maiorē Purgatorii pœnā: q̄ntū satisfaciēdo & sufferēdo pœnas canonicas: sibi de ip̄is purgatoriis pœnis abstulisset. Hæc aūt circa hāc materiā breui collectā satis eē uolo: q̄ certo scio sufficiūt ad oīa quæ frustra scripsit Martinꝰ p̄pter hoꝝ ignorantiā fundamētoꝝ. Laus IESV & MARIAE. Amē.

FINIS.

ℂ LIBER Quartus. De hæreticis ac peruersis & manifeste pniciosis Martini impietatibus: circa Pœnitentiā & Purgatoriū.

ℂ Impia eiꝰ Dogmata ac late puersa circa pœnitētiæ doctrinā.

DOminus & Magister noster IESVS CHRISTVS. Dicendo pœnitentiā agite. &c. Omnē uitam fideliū pœnitentiā esse uoluit.

ℂ Eadē neq̧ gaudio/ neq̧ somno interrūpit̄.

ℂ Idem Christi uerbū de sacramētali cōfessionis & satisfactionis/ non potest intelligi.

ℂ Idem uerbū seu præceptū/ impossibile est ut impleat̄.

ℂ Circa partem contritionis.

ℂ Vera cōtritio nō sumit initiū neq̧ parat̄/ per diligentē discussionem/ collectionē/ detestationē peccatoꝝ. Considerando grauitatem/ turpitudinē/ enormitatē/ amissionē/

æterni boni/ac damnum æterni mali.

¶ Talis cōtritio facit hypocritā/pctōrē/& absolutiōe in/dignū & cōione. ¶ Circa partē cōfessionis.

¶ Nullo modo præsumas confiteri peccata uenialia. Sed nec omnia mortalia.

¶ Nulla sunt opera nostra/etiā bona: qn sint peccata dā/nabilia/si Deus in iudicium intret nobiscum.

¶ Qui uere credit absolui/uere ex hac fide sola erit abso/lutus: quicquid sit de contritione.

¶ Hæretica/sed usitata sentētia doctoꝝ. Sacramēta nouæ legis iustificantē gratiā dare his/qui nō ponūt obicem.

¶ Circa partem satisfactionis.

¶ De satisfactione nihil legitur in scripturis.

¶ Deus nullā pœnā exigit a pctōre p pctō: sed tm̄ nouā ui(tā.

¶ Prima disputatio super primo eius iniquo dogmate.

ET si sciam horrēdissimas has Blasphemias piis auribus nul/la egere disputatione, cum iniquitatē manifestā secum præ/ferāt Quia tamē Diabolus in hoc sacramentū saluti tam ne/cessarium: semper est machinatus: & charitas multoꝝ refriguit: in quibus Christi iam nulla lux. Ideo in nomie IESV & MARIAE nonnulla contra istas impietates in medium afferam.

PRincipio ut hanc nobis iugem pœnitentiā tuam cōmenda/res: a uerbi proprietate: ita initio operis ad Leonem. Ad Vi/carium Prælatum uestrum. Scribis.

¶ Memini Reuereñ. Pater inter iocūdissimas & salutares fabulas tuas/qbus me solet Dñs meus Iesus mirifice cōso/lari/incidisse aliqñ mentionē huius nois. Pnía / ubi miserti cōscientiarū multaꝝ carnificūq; illoꝝ/q pceptis infinitis/ eisdēq; iportabilibus modū docent (ut uocāt) cōfitendi/te uelut e cœlo sonantē excepim⁹: qd pnia uera nō est nisi quæ ab amore iustitiæ/& Dei incipit. Et hoc eē potius principiū pñiæ/qd illis finis/& cōsumatio censet. Hæsit hoc uerbū tuū in me/sicut sagitta potētis acuta: cœpiq; deinceps cum

scripturis pñiam docétibus cõferre. Et ecce iucundissimũ ludũ/uerba undiq͙ colludebãt:planeq͙ huic sñiæ arridebãt: & assultabãt:ita ut cũ prius nõ fuerit ferme in scriptura tota amari⁹ mihi uerbũ q̃ pñia)licet sedulo ét corã Deo simularé & fictũ/coactũq͙ amoré exprimere conarer) nũc nihil dulci⁹ aut gratius mihi sonet q̃ pñia. Ita.n.dulcescũt pcepta Dei/qñ nõ in libris tm̃:sed ĩ uulnerib⁹ dulcissimi Saluatoris legéda intelligim⁹. Post hæc accessit:q studio & gr̃a eruditissimorũ uirorũ/q nobis Greca:& Hebrea officiosissime tradũt/didici idé uerbũ grece metanoea dici a meta & noein: .i.a post & mẽté/ut sit pñia siue metanoea/ resipiscétia & q̃si post acceptũ dãnũ:& cognitũ erroré intelligétia sui mali: qđ sine mutatiõe affect⁹ & amoris fieri est ĩpossibile:q̃ oĩa Paulinæ theologie ita respõdét apte:ut nihil ferme aptius Paulũ illustrare possit/meo salté iudicio. Deniq͙ pfeci & uidi Metanoeá nõ solũ a post menté/sed a trãs & mẽté posse deduci(sit sane uiolentũ)ut metanoeá trãsmutationé mẽtis & affectus significet. Qđ non mõ affectus mutationé: sed & modũ mutãdi.i.gratiá Dei uidebat̃ significare. &c.

Libet aũt aliquãtisp tecũ pludere. Primo.n.de ppria tua cõfessione p ista uerba cõsequor:q tu pauloãte nõ sincere cũ deo ambulãs & corã illo simulãs:coactũ amoré fingebas. Ego aũt hõ ille simplex mirabar:qũo tã simulate egisses cũ sũmo Pont.qué mõ innocentissimũ cõfitereris:mõ tyrãnũ diceres. Ad cuius iudiciũ spõte tua tã supplex mõ cõfugis:mõ ab eo tã cõtumacit̃ refugis. Quid n.mirũ:aut qd magnũ. Si cũ deo tãto tpe simulasti:ut cũ ei⁹ Vicario pari simulatõe abusus fueris? Verũ qũo pñt cõfidere ĩ te principes terræ/ne ét cũ illis simules?q totã uitã cũ deo duxeris simulatã. Dices forsan. At iã ulteri⁹ nõ simulo. Illa Græci uerbi notitia docuit ne ampli⁹ simulẽ. Mirũ q ex græca facultate sinceritaté didiceris. Quid.n.si uel nũc magis te simulare existimem⁹? Nã si semel mal⁹ ex nota regla semp credit̃ malus:q̃to ille magis credẽdus/q totã uitã malus? Quis credat sorté tuã tam beatã/ut cum tota uita

Hec oĩa ad rẽ ptinẽt Martis

Qui habet aures audiẽdi audiat.

nihil profecisses. Tandē fine tot compunctiōibus: & tāto dolore cordis: & tot rigorosis cōfessionibus, Spretis clauib9: & ipso claui um dño: cū oībus suis indulgētiis: cōtemptis oīum sctōꝝ normis in nouo tm̄ uerbi huius intellectu deniq; resipueris. Illud uero nō admodū miror: qđ inquis: cū antea nihil tibi sonaret amarius q̄ pœnitētia: nūc nihil dulcius sonet. Si. n. & in gaudio: & in lecto in risu: i somno: qñcūq; & ubicūq; agi pōt (ut ais: de quo paulopost) quis iure mireť: si tā grata facta tibi sit: & dulcis? Hoc magis mirū: qđ ipossibile tale p̄ceptū dicas cū isto mō tā facile: imo tam dulce illud cōstitueris. De quo ēt paulopost. ¶ At serius agēdo nūc iā. Dic tu nobis q in hāc opinionē ab ethimo uocis descēdisti: an ua let eiusmodi arg. a uocis deriuatiōe qđ in oī scia iualidissimū re putať? An qa possessio a sedib9 dicta est: q̄si sediū positio: idcirco nō possessio quia nulla talis positio sediū? Scire. n. hæc debuisti: si tātus sis Iuristatheologus. An forsitan respexisti ad nomē tuū qđ a Marte deduciť? Et qa cōgruere tuis factis agnouisti: ꝙ bella mo ueas in ipm cœlū: iō cōstare arg. A uoce putasti? Quid aūt si nos ad Lutheri nomē trāseam9 qđ a Luto duci uideť: nū patieris uale re argumētū? p̄sertim ꝙ te uere in lutū ac fœcē hæreticoꝝ ꝓiecisti gratis: ut tanq̄ lutū platearū te deleat ille: q dissipat eos q bella uo lunt. Cogor & ego ita te interdū eludere: ne tā sapiēs tibi uidearis. Et tandē itelligas in sola hac uocū aucupatiōe: unde pluriæ hære ses emersere sine meliorib9 lrīs: & in dicēdi facūdia icastigata: sine spū / & timore Dei: infeliciť tractari scripturas. Quod ut lati9 ostē dam / & penit9 os tuū obstruā. Tu ꝑ intellectu uerbi Christi. Pœ nitētia ad grææ uocis ꝓuocas deriuationē. At ego te ad latinam reuoco: & cū Augustino dico: ꝙ pnīa dř q̄si pœnæ tētio. Quid tu ad Augustinū? An tu illo cōsideratior? Mirū. n. ꝙ unq̄ uerā ille e gerit pnīam: cū in hac uocis ꝓprietate peccauerit a qua disciť. At inges: Lucas græce scripsit. Sed dic tu nobis de uoce Chři cōtendi tur qua p̄dicauit: an de uoce Lucæ qua scripsit? Si de Christi uoce Christus græce ne / an Hebraicæ locut9 est. Si hebraicæ: cur nō po tius hebraicā illi9 uocis interp̄tationē cōsiderasti? qua intellexisses (qđ dixit August.) p eā significari cōpunctionē / ac simulationē / & quandā quasi pœnæ tētionē. Quid igiť nūc dices Martine: an nō uanā reddidi oēm hāc tuā ɔsiderationē? Preterea ut de uerbo hoc tuo græco differam9: an nō eodē usus ē uerbo Arist. In. 2. Retho.

Et tū

Penitentia Martini.

Argu. ab ethi mo vocis.

L. 1. ff. de acqui ren. pos.

Aug. in lib. de peniten.

Erro: patens Martini.

Arist.

En tñ ibi pniam tristitiæ spẽm eẽ definiuit. Sed peccaui: phm̃ īsipientẽ/& ignorantẽ græcas lr̃as ꝓduxi. Mitius tecũ agã. Concedo quod ais: illũ pœnitere q phase/ac transitũ faciat: & nouã assumat uitã. Quis hoc neget? imo quis nõ doceat? an sequit̃ ꝓpterea ꝙ hic trãsitus: uidelicet de Aegypto ultra mare debeat eẽ iugis/atq; assidu9? Nã quo pacto eũ qui semel trãsiit mare iterũ trãsire oporteat: nisi citra reuertat̃? Et ob eã cãm recte dr̃ oĩm theologoꝝ consensu/ꝙ hoc sacr̃m per quod mare transitur. i. mortale dimittitur: iam nõ est illi necessariũ/q in eo nõ sit: licet sit utile: qa a mari tãto magis elongat̃: & per hoc tanto magis tutus: & ideo non proprie phase fit: aut transitus maris. i. peccati: sed maior ab eo elongatio & euitatio reuersionis: cũ ut Greg. ait in uia Dñi nõ ꝓgredi: ẽ retrogredi. Hinc soluit̃ secunda rõ tua: q̃ p̃supponis (in intolerabili calũnia) nos dicere ꝙ sacr̃alis pnia non sit sp̃ualis/& interior: sed tm̃ exterior: & quæ agi a supbissimis põt hypocritis. Soluit̃ & tertia qua inquis oportet semp orare: & totam uitã (ut Aug. ait) dicere: Dimitte nobis &c. Ipse enĩ Aug. ad Fœlicianũ se declarãs ostẽdit: q̃ imperite oĩa cõfundẽs: deciperis. Triplicẽ enĩ pniam distinguit. Alia est nõ reiterabilis: ut baptism9. Alia iugis & assidua: & hæc magis ad cõseruandũ se: & ꝓcedendũ in uia: necessaria est: q̃ ad phase uel trãsitũ faciendũ: tũ ꝙ nemo sine pc̃õ saltẽ ueniali: tũ uero ꝙ nemo ẽt certus de mortali: & grande peccatũ esset ꝓ certo in iustitia ꝓpria confidere. Tertia est hæc sacramentalis quã iugem esse nõ oportere: sed statutis ab ecclesia temporibus seruari: ipse Augustinus probat.

Gregorius

Calumnia Martini.

Aug. triplex peniten.

¶Secunda Disputatio: sup secundo Sulto eiusdẽ dogmate.

HAnc tuã pœnitentiam gaudio/& somno non interrũpi his uerbis ad. S. Pal. Magistrum manifestas.

¶Id non satis admirari possum/quod aperte negas pœnitentiã in gaudio agi posse. cũ pœnitentia eo sit purior/quo fuerit hilarior & iocundior. Hilarẽ datorem diligit Deus. Sed Apl̃um quæso reprehende/qui Thessolonicensibus p̃cepit. Semper gaudete in domino/& Psal. Semper laus ei9 in ore meo. Dic rogo ut aliqñ etiã plorent/& maledicãt in domino. Igit̃ semper in dño gaudendũ: semp in nobis plorandum/in deo habemus unde gaudeamus: in nobis unde

lugeamus:idest sit gaudium in luctu/& luctus in gaudio: gaudium in abscondito:luctus in cognito.Sed hæc nõ sũt Saholastica:ideo differo in aliud tempus.

Fugerãt nos Thomistas hæc Pauli dicta:ꝙ in dño sit gaudendũ: neq; nisi te interpte ĩtelligere licuisset.O Martine si auscultare mihi uelis.Nolo tuã hãc:patiaris post hac Paulinã Theologiã dicis ne Paulus qđ mere tuũ intercipiat:aut ne qñ tibi potius ille dicat.

Quãdo ego hæc dixi Martie:q̃ me dicere cõsinxisti de sensu tuo? q̃ ꝓcedit cõseqntia:ꝙ idcirco gaudiũ sit:uel pnia:uel actus pniæ: qa gaudendũ sit in dño?Et si enĩ post uerã pniam gaudiũ sequaꝛ: nõ tñ ut pniæ actus:sed sicut ego docui:ut fructus spũs: q ex ipsa potius oriꝛ charitate/& diuino amore. Tuus ergo sit honor iste

Pnia Marti.

Martie:inuenisse tã facilẽ:tãq; iocundũ modũ paradisũ adeũdi: cũ gaudibũda hac pnia:q̃ nec somno ĩterturbaꝛ:aut quouis actu: qd.n.hinc liceat tuis colligere discipulis?Nẽpe comedamus:& bibamus:& surgamus ludere:sic enĩ pœnitebimus bñ pascẽtes/bene stertentes.Miror ꝙ pro maiori magnificẽtia tua nõ addideris:ẽt in stuphis.Sic enĩ sit cũ uolumus pplm currere: hoc Maumethis cõsiliũ Felicitatẽ bestiaꝝ/mollibus/& effœminatis ꝓposuit. Huc spectat alia tua blasphemia:qua uxoribus copulari clericos: sanius atq; rõnabilius doces:cui igiꝛ nõ placeas carni:& sanguini: si talia dogmatizzes Sathanas ĩpiissime? Sed ñ dũ te absoluo. Postq̃ enĩ ad somnũ te comprehendi pœnas mihi daturus es:etiam pro eo ꝙ inquis:neq; somno hanc tuam actualem pœnitentiam interrumpi.His uerbis ad eundem.

Qui hẽt aures audiẽdi audiat.

Nota blasphemiã Martini.

¶ Quod uero dicis uel in sõno intercidere necessario actu pniæ/agnosco egregiũ Aristotelẽ in te ex ethicis suis fabulantẽ:ubi dicit ꝙ miser/ & felix dimidio uitę nihil differũt: uterq; enĩ dormiũt nocte,i.nihil agũt/uel felicitatis, uel infelicitatis.Quõ põt tibi uera Theologia placere/cui placet tã insipiẽs Phũs? Audi Aplm Paulũ ad Ro.Qui mãducat dño mãducat.q nõ mãducat dño nõ manducat.Et iterum. Qui uiuit dño uiuit.Qui moriꝛ dño moriꝛ.Sic & ad Corinthios.Nõ estis uestri.Empti enĩ estis ꝓcio magno.Hũc (rogo)liceat imitari & dicere,Qui dormit dño dormit:q

uigilat dño uigilat. Et alibi siue comeditis siue bibitis oĩa ĩ noĩe dñi nr̃i IESV CHRISTI facite. Dño aũt dormire credo nõ negabis eẽ Dei uoluntati parere/optima certe pœnitentia & a uitiis purgatio est. Puto etiam ꝙ dormiens uiuat: si uiuit/certe domino uiuit: ut hic dicit Apl'us.

Duo hic mihi sũmo. Primũ ꝙ ꝓpõ illa Aristo. ꝙ dormiẽs nemo uel miser uel felix: falsa est. Scd'm ꝙ Paulus cõtra illã ẽ. Quia uero ita Paulũ sicut Phm̃ intellexisti: iõ breuiter sñia Phi primũ declarãda est. Eius nota doctrĩa est: felicitatẽ ac miseriã sine opatiõe ñ eẽ. Dormiẽs ãt nihil opat̃: ideo neq̃ felix neq̃ miser. Habitus ãt uirtutũ siue ĩtellectuales/siue morales/ẽt in dormiẽte sunt: sicut ẽt uitioꝝ: ut recte ẽt dormiẽs: & sapiẽs: & prudẽs: & sciẽs: & attifex: & iustus: & tẽperatus: & fortis dici ualeat: nec tñ felix tunc: sicut ẽt tu dormiẽs: & hæretic⁹/& schismaticus es: nõ tñ miser tũc: qa opatio nõ est in q̃ miseria uel felicitas subsistat: nisi tu forsan ponas: ꝙ ẽt in padiso dormiem⁹: nihilo tũc minus felices. Quid. n. miꝝ q tã noua in purgatorio dogmata cõperisti: si totidẽ in padiso reperias? Secũdo: qd nã ait cõtra hãc Arist. sñiam Apl's? hoc tu ꝓducis. Qui uiuit dño uiuit: q morit̃ dño morit̃. Quid tũ? Ergo (ais) Qui dormit dño dormit. Esto: qd idẽ? Ergo q dormit actũ exercet pniæ. O mirabilẽ Theologũ. Vigilantiũ sunt opationes: bone uir: siue bonæ siue malæ: nõ dormientiũ: qm̃ nõ nisi uolũtarie esse pñt. Eatenus igr̃ dormiẽs dño dormit: q̃tenus dũ uigilaret: dño dormire uoluit. Dormiẽs. n. dormire nõ uult: q nihil sentiat: ligatis somno sensib⁹: & aĩa a uolũtariis opatiõibus qescẽte. Hic igit̃ puerilr̃ lapsus es nõ ĩtelligẽs: aliud eẽ: ꝙ dormiens bonũ actũ aliquẽ p̃ter dormitionẽ exerceat: qd' est falsũ: aliud: ꝙ ĩpam dormitionẽ: q põt eẽ actus bonus/& a rõne/& uolũtate ĩpatus. Sed sic ẽ actus nõ dormiẽtis sed uigilãtis: qa uigilãs dormire dño uoluit. An non satis ergo iam apparet/ꝙ ita Paulũ sicut Arist. ĩtellexisti? Sed q̃to digna risu ea sunt quæ sequuntur. Sic enĩ iuxta seq̃ris.

Itẽ qũo audes diceṙ dormiẽtẽ fidelẽ eẽ uacuũ actib⁹ bois/q tũ maxĩe bois actibus plenus ẽ: qñ Deũ ĩ se qeto ageṙ patit̃ & sabbatũ dñi celebrat? Sed sisto. nescio enĩ an thomistica theologia hãc theologiã unq̃ seserit. Paulia ẽ. n. ñ pipatetica

Martin⁹ ĩ pbñ repḃendit qd' ñ intelligit.

Paulũ ꝓducit quẽ lacerat.

Egregia cōſequētia Martini

Vere Thomiſtica Theologia hæc nunq̄ ſenſit:neq; formā tā bellæ nouit aliqn̄ cōſequētiæ.Patitur qs ī ſe q̄eto Deū agere:ergo ait O q̄uere ais Thomiſtica hæc non eſſe,O q̄ falſo;eſſe Paulina.At dic nobis tandē qd in te q̄eto agit De⁹ cū dormis.Plen⁹ es& tu in ſōno diuis actib⁹?an magis ſtultitiis mſtis : ēt cū maxīe uigilas? Attamē q̄ſo dic:qd in te dormientē ſentis Deū agere?quib⁹ replete actibus?Nec enī habemus nos Deū noſtrū ita nobis:uel in cubiculo appropinquantē.Porro quod nam eſt ſabbatū illud qđ tu ais?Merito Thomiſta timet:ne qua ſabbatizzatio:aut qd pei⁹ ſub hoc tuo abſcondat̄ ſabbato.Niſi forſan hæc myſteria pro tuis cōſingas laicis:ut aliqd in te diuinū:qđ dignum ſit:celatū eſſe:ſuſpicent̄ & uenerent̄.Laudo.Sic fieri oportet ꝑ plebe ſtulta.

Qui ridere vis nota dictum Martini.

¶Tertia Diſputatio ſup tertio eius dogmate.

VErbum Chriſti ad ſacramentalē pœnitentiā referri nō poſſe:ſic probas in tuis ad Leonem diſſolutionibus.

¶Primo:quia pœnitentia ſacramentalis eſt temporalis/ nec poteſt omni momento agi:alioquin aſsidue cum ſacerdote loquendū eſſet:nec aliud quicq̄ agendum niſi peccata confitenda atq; ſatisfactionem impoſitam exequendam. Ideo non poteſt eſſe crux illa quam Chriſtns præcepit tollere:nec eſt mortificatio paſsionum carnis.

Age:quid ſi primo de authoritate tua fateamur impoſsibile ſemꝑ loqui cū ſacerdote?An nō tu Deū impoſsibilia iuſsiſſe aſſeris? ut mox uidebimus manifeſte.Cur ergo nō liceat nobis quod putaſti licere tibi?Sed uere nolumus:ut liceat imitari te in blaſphemiis Dicimus ergo ridiculā hāc eſſe cōſequentiā:ſæpius tū abs te inculcatam:ideo nō eſſe ſacramentalē a Deo p̄ceptam :q̄a temporalis ſit:ergo ſabbati q̄es quod temporalis eſſet:a Deo p̄cepta non fuiſſet.Aufer ergo etiā baptiſmū:q; p̄ceptus nō ſit:quia ita eſt ēt temporalis:ut neq; reiterabilis.Deniq; quid ad rem ptinet quod inquis de cruce?An rogo crux iſta de qua ibi Chrs: etiā in gaudio conſiſtet?ita ut ſit gaudiū:aut qd tale peruerſum:ſicut de pœnitētia locutus es? Sequeris.

Conſequentia Martin.

¶Secūdo ſacr̄alis eſt externa tm̄:& p̄reqrit internā:ſine q̄ nihil ualet.Sed hæc interna eſt/& ſine ſacr̄ali eſſe pōt.

Falſum eſt quod ſumis: ſcilicet ſacramentalē eſſe tm̄ externā: cum prima eius pars: ſit contritio: q̄ eſt dolor interior uoluntatis. Falſum etiam quod concludis. Eſt externa: ergo de ea loqui Chriſtꝰ non potuit: quaſi non innumera præcepta ſint tm̄ externa opera: ſicut latius patet. Sequeris.

¶ Tertio: ſacr̄alis pōt eſſe ficta: hęc nō niſi uera / & ſincera eſſe poteſt / qđ ſi ſincera non fuerit / hypocritarum eſt / non ea quam Chriſtus docet.

Nota errores.

¶ Sexto ais: quis dixit Thomæ: ꝙ in purgatorio existentes sint uiatores: secundum quid: & non simpliciter? Audi Martine opinor fateberis: ꝙ a beatitudine retardant̃: dum manēt in purgatorio: ergo iam secundum hoc uiatores sunt. Opinor etiā fateberis: licet in hoc tibi ipsi contrarius sis: ꝙ nō pñt demereri: ita ut damnent̃ sicut uiatores pñt. Iam igit̃ conseq̃mur ex te: ꝙ uerū est Thomæ dictū: uidelicet ꝙ nō per oīa sint uiatores. At tu malus hac sæpe arte nobis uis illudere: ut q̃ abs te exigere iure possum⁹: tu cōtra: callide anteuertens: a nobis requiras. Nam quis dedit tibi: ut existimes in purgatorio existētes uiatores simpliciter esse? cōtra omnes Theologos: & totam ecclesiam: nisi tua / & arrogantia / & supbia: & quia parua lux ueritatis? Sed hæc satis. Immo etiam supuacuo: ad tam insana argumenta hominis tam imperiti: quoad ea quæ specialiter adnotauit in Thomam.

Existentes in purgatorio secundum quid sunt viatores.

Ars Martini.

¶Rephendit totam eccl'iam quæ admittit istam ppōnem: cū bonis opibus nos esse tutos a damnatione: & asserit hūc esse errorē pelagianorū: qui tñ grām remouebāt Dei/& solū arbitrii libertatē ad bene opandum sufficere aiebant: qđ ista propositione minime dicitur.

¶Reprehendit etiam Hieronymum sciolus Martinus. Audite & irascimini qui intelligitis. Martinus sciolus reprehendit etiam Hieronymum in suis ad Galatas comment. At notate in quo & quomodo reprehendit. Dixit beatus Hierony. φ non meminit in tota scriptura: uerbo maledictionis esse additum uerbum Dei: ut. V. G. ita scriptura loquatur (dico ego causa declarandi) Deus maledixit illi uel illi: aut illa res uel illa fuit maledicta a Deo. Non tamē negat reperiri in scriptura: deum maledicere: immo multis locis scripturæ quos producit: hoc asserit. At iste uere maledictus homo: non intelligens pro more suo Hieronymi sensum. Sic ad uerbum ait.

Notate Mar. tractantem scripturas: & repbēcentē Hieronū.

¶ Quod autē diuus Hiero. audacter negat in scripturis inueniri quenq̃ a Deo maledictum: & nunquam nomen Dei cum maledictione adiūctum: miror quomodo intellexerit quod Geñ. 3. Serpens a Deo maledicitur: & terra in opere Adam. Sed ad Cain. c. 4. maledicit Deus. 4. Regum. 2. maledicit Heliseus in nomine domini pueros Bethel. & Abacuch. 3. maledixisti sceptris eius. Et Malach. 2. Maledicam maledictionibus uestris &c. Hæc Martinus.

¶At Hieronymus Martine: nō negauit qđ tu per scripturas probas uidelicet Deū maledicere: aut maledixisse: uel sctōs homīes in Dei noīe maledictionē ptulisse: sed hoc dicit (nota stolide ut intelligas) φ hoc nomē Dei: nō inuenit adiunctū huic uerbo maledico: uel maledixit: ita φ nō inuenias in scripturis. ita dictum Deus maledixit licet hoc inuenias φ Deus maledixit: sed nō in hac forma uerborū. Deus maledixit: siue a Deo fuit hoc maledictū. Hæc uero uerba Hiero. sunt.

¶Audaci itaq; pede in hoc procedo certamen: ut ad libros prouocem: nullo loco scriptum a Deo quenq̃ esse maledictum: & ubicunq; maledictio ponitur: nunq̃ Dei nomen adiunctum. Maledictus tu ab omnibus bestiis dicitur ad serpentem: & ad Adam. Maledicta terra in opibus tuis: & ad Cain maledictus tu sup ter-

ram:& alibi. Maledictus Canaã puer: nec non in alio loco: maledictus furor eorum: quia audax: & ira eoꝶ qa dura lõgum est: si universas maledictiones quæ in Leuitico: & in Deut. & in Iesu Nauæ scribuntur enumerem: & tamen in nulla eorum Dei nomen est additum &c.

¶ An nõ certi iam sumus qd pstet in scripturis Martinus: & in doctoꝶ sctõꝶ scia q audet quos nõ itellexit rephẽdere: qq̃ hoc in loco excusat Hieronymũ excusatiõe: quã ille certo scio recusat. Lector põt nũc facile itelligere: & si placet dicta ex ipis libris cõferre.

¶ Rephendit (qd in supioribus ptermisi) Paschalẽ Papã. in. c. significasti de elect. Multis q̃ tædet referre: qa oĩa huc redeũt: ꝙ iniustũ sit exigere iuramentũ fidelitatis. Quod tamẽ toto orbe Christiano obseruatur. Adducit autem Euangelicus Theologus dictum saluatoris dicentis. Dicite. est. est. non. non. Quod autem amplius est a malo est: & intelligit uerba hæc (contra notissimam expositionem Augustini: & omnium doctorum) quod autem amplius est a malo est: id est malum est. Cum tamen dominus (ut Augustinus exponit & alii penitus omnes) hoc per ea uerba intenderit: ꝙ iuramentum etiam licitum a malo semper prouenit: uel iurantis: a quo iuramentum exigitur propter timorem infidelitatis suæ: uel eius cui iuratur: qui sine iuramento non crederet. Vide si placet Augustinum in libro de sermone: in monte domini: & eundem in lib. contra mendacium qui declarat euangelium: quo modo sit intelligendum illud. Ego autem dico uobis non iurare omnino. Alioquin Paulus peccasset totiens iurando. Cætera uero quæ in hanc decretalem pueriliter obiecit. Ita clare Magister S. P. ita idonee confutat. ut addi nihil possit.

¶ Reprehendit Bonauentu. ꝙ dixerit (si tamen dixit) ꝙ homo sine ueniali esse possit. Cum hoc Augustinus explicite dicat (ut supra adduximus) ꝙ potest homo tantam Dei gratiam consequi: ꝙ posset hoc esse sicut certum est de Beata Virgine.

¶ Reprehendit Magistrum sententiarum: ꝙ spẽ: ut diximus: definierit quæ ex Dei misericordia & operibus processerit.

¶ Reprehendit in pluribus Aristotelem de quo supra disputatum est. Hic autem philosophos uoco non ut defendãt: sed ut rideãt. Multæ aliæ eiusmõi rephensiões ab eo sunt indignæ memoria Lector mediocriter eruditus facile ea nouerit.

¶ Inopinabilia plura ab eo prolata & stulte effusa.

QVod Aristoteles edisci potest dimidio anni ab ingenio mediocri. (est absens.

¶ Quod gratia Dei minus sentitur cum præsens est: q̄ cū

¶ Quod melius sit satisfacere per se sine ueniis: q̄ satisfacere pariter per se: & insuper uenias accipere.

¶ Declinare a perfectione est labi in perfidiam/& hæresim. Ita scribit ad Magistrum Sacri Palatii. Pag. 246.

¶ Quod ab Aristotele acceperit Thomas: & sctī doct. quæ de Papæ ptāte: de indulgentiis: de Purgatorio: de Pnīa scripserūt.

¶ In purgatorio oīa sunt p̄sentia/præterita/& futura.

¶ Experientia apparet Papam recipere claues ab ecclesia.

¶ Sancti finxerunt honestū/& p̄tiosum indulgentiarum fundamētum. Hæc eius uerba temeraria. ¶ Ita & in indulgentiis factū est. Cum uiderent sancti homīes illas uulgo tantū efferri (ut solet uulgo facere semper iudicium Paridis & Midæ) & nollent eas tam uiles credere. Cœperunt uel fingere honestum/& p̄tiosum eo℞ fundamentum: quia nullum aliud occurrebat: nec uspiam erat. Nota lector uerba.

verba Martini

¶ Exponere Petrum: ut Petrum ipsum significet: est torquere uerbum: quia per Petrum nō significatur Petrus: sed ecclesia. Hæc dicit uir iste: ut supra adnotatum est. Et scin qua fronte?

¶ Hominum uoluntate/& ambitione/& tyrannide/constitutum esse Primatum Ro. ecclesiæ. Ita ut sancti etiam illa ambitione ducti: illum suis decretis firmauerint ac roborauerint.

¶ Quod dialecticæ & Pholosophiæ noticia per se: obsuerit ueræ & Christianæ Theologiæ. Sunt & alia inopinabilia multo magis ab hoc homine passim iactata: quæ defuit ocium: ut colligerem. Facile colliget: qui uel parum diligenter animaduertet.

¶ De crassis consequentiis eiusdem superius adnotatis.

DOminus interrogauit omnes discipulos, dicēs. Vos quem esse dicitis: ergo omnes responderunt.

¶ Item: ergo Petrus respondit pro omnibus.

¶ Item: ergo si non respondissent: desiissent esse: aut non fuissent eius discipuli.

¶Petrus non fuit stabilis in fide ei reuelata: ergo reuelatio ei facta non fuit.

¶Si uerba illa. Tu es Petrus &c. pertinēt ad successorem: & illa ptinebunt. Vade retro Sathana.

¶Est in aliquo paterna reuelatio: ergo & fides.

¶Petrus gessit typum ecclesiæ/cum dominus dixit. Tu es Petrus &c. Ergo non fuit ei dictum. Tu es Petrus. Non intelligit infelix homo: differētias inter sensus misticos/& lrales. Et ex ueritate mistici sensus: uult præiudicari ueritati litteræ.

¶Quia Deus permittit aliquos damnari: ideo uult eos damnari. Vt falso loquatur scriptura. Regnauerunt: sed non per me: ut ēt quia permittit peccata etiam uelit illa.

¶Quia Petrus/& Paulus: dicunt non esse potestatibus resistendū & alia eiusmodi quæ tædium fuit referre: ideo hic uir sane magnus: uult ꝙ iniusta quælibet potestas sit uerenda etiam tyrannis: ut ab ea non liceat sese eximere quouis modo. Et hac: & superiore atꝗ pluribus earundē uirium rationibus: nititur stabilire Primatum Ro. Pontificis: non aliter q̄ tyrannidem. Hæc autem in princi. operis supra recitati: quæ ex fastidio: & quia nō ad rem propositam spectabant: consulto omisi. Satis est nunc admonuisse.

¶Ineuitabiliter sequitur: Rom. Pont. est uicarius generalis in tota ecclesia: ergo quicunꝗ non sit sub eo sunt hæretici.

¶Item: ergo quicunꝗ epi ab eo non ordinati: sunt hæretici. Patet ex his consequentiis illum non intellexisse: ꝙ hæresis est crimen ponens errorem in intellectu: ut fieri possit aliquē credere Papam esse uerum/atꝗ uniuersalem dominū/ac Pastorem: & tamē nolit ei sua peruersitate subiici: ut fortassis Martinus facit. Deus scit.

¶Greg. non appellauit se uniuersalem Pont. uel summū: aut Principem sacerdotum: sed seruum seruorum Dei: ergo non fuit summus neꝗ Princeps.

¶Paulus nō fuit creatus Apl's a Petro: ergo non fuit sub eo.

¶Petrus nullū aplorꝝ creauit aut misit: ergo neꝗ ueꝝ: neꝗ possibile est Petro oues esse cōmissas. Hæc eius propria uerba. Credo autem ꝙ uelit dicere: ꝙ pariter cardinales non creati a Leone uel missi non sunt sub eo.

¶Iacobus commendauit Petri sententiam sicut legit Act. Apost. 15. Ergo fuit æqualis Petro.

¶Omnis sacerdos in articulo mortis cuiusq; potest idē quod Papa: ut soluat eum: ergo non fuit sub eo. Ergo simpliciter Papa nō est maior quolibet sacerdote.

¶Item de iure diuino est: ut in articulo mortis ita posit. Ergo de iure diuino est: ut posit etiam in uita.

¶Itē ius diuinū est imutabile: ergo qđ statuit seruari uno tpe: statuit ēt alio tpe: hæc omīa licet incredibilia uideant̄: uera tamen/& aperta sunt: ut superius adnotata: in fine secundi libri. Vide ibi si placet & collige de suis uerbis.

¶Si uerbū illud. Tu es Petrus: ad solos Petri successores pertinet. Pari seq̄la: & illa cōmendatio facta dilecto discipulo de Maria ptinebit ad successorē Ioannis: & ita Pariter successores Io. & Iacobi erūt filii tonitrui: & ita successores Iacobi erūt frēs dn̄i. Hic uolo claudere de eius cōsequentiis loqui q̄ certe innumeræ sunt: ita plane stultæ: ut mirꝫ mihi sit: quō uel sibi potuerit: uel aliis putauerit psuadere. Tu lector ex his: imo ex una hac postrema reliquas uel coniicito.

Nota.

¶Qui a Martino laudentur: & de quibus.

LAudat anthores concilii Pisani: ꝓpter zelū pium circa illud concilium. (Iulium primum.

¶Laudat episcopos Arrianos: contra beatiss. Athanasiū: &

¶Laudat atq; substinet reprobatas/ac maledictas opiniones Io. Hus in cōcilio Constāt. imo ēt in cōcilio Calcedonensi: qđ Greg. tanq̄ euangelium Dei seruandum prædicat.

¶Laudat Panor. in una sola opīone quā sibi de schismate conseruauit. (mine.

¶Laudat plurimos suspectos aut aliquando notatos hæreseos cri

¶Laudat ēt nōnullos nr̄æ ætatis: quorꝫ aliq(& si laude digni) ob eorꝫ multiplicē/& admirabilē doctrinā: ut est Ia. Faber Stapulensis. tn̄ subdole ab eo laudant̄: ut eorꝫ aīos atq; fauorē sibi cōciliet. At ego cōtra: inuito illos: in eiusmōi pestes: ꝓ Chr̄i ueritate tuenda: ut duplicē nobis pariāt fructū in uinea dn̄i. Tū plantando q̄ bona sunt: tum quæ mala & noxia eradicando.

Audite ad q̄s hec pertinent.

¶Laudat Laurentiū Vallā in rn̄sione sua contra iustissimā cōdēnationē Louaniensis/& Coloniensis uniuersitatis: & ita laudat: ut appellet eū reliquā scintillā primitiuæ eccl̄iæ: uel nouū fomitē. Et insup sic ad uerbū addat. At nūc Laurētius is est: & quotidie ma-

Nota

gis sit: cui nec Italia / nec uniuersa ecclia multis sæculis simile habu it: nō mō in oī disciplinaꝝ gñe (qđ nullus adhuc pstitit Mgr noster eximius) sed & cōstantia: & zelo fidei Christianæ nō ficto. Sed oēs has laudes meruit ob unum tm̃ opus / qđ & nos uidimus: quo irritā Constantini donationē facit: unde paleā sine grano di dicit appellare Martinus. c. cōstantinus dis. c. vi. Et in hoc reliqt aliū suū Mgrm Ioa. Hus: q potissimū p illud fundabat cōtra Primatum Ro. eccliæ: ut apparet lib. v. suaꝝ blasphemiarū. Si igitur tot sæculis uniuersa ecclia: neq; meliorē lrīs: atq; constantia / & zelo Chrianæ fidei nobis aliū uirū ptulit: iam arbitror: magnam ei contumeliā ab ecclesia factā: q; hactenus in sctōꝝ cathologū non sit receptus: sed puidentia Dei fctm̃ fortasse est: ut tanta iustitia reseruaret Martiniano concilio. Sit igr semp Deus bñdictus. Expectabimus & hoc: si eni tm̃ miraculū de Laurentio uidebimus: uel meo periculo idoneū illud asseremus: ut rite fuerit canonizatus. Hæc dixi ut rectius nosceretur Martinus laudator. Nec enim minus ita nosci forsan potest q̃ cum uituperat.

¶ Quæ maledicta effusa sint a Martino. Hic omnes inuito Christianos: ut legant.

ETsi omne opus eius non sit nisi maledictum: tamen insigniter ore illo suo fœtidissimo quæpiam effundit: omnibus piis auribus horrendissima.

¶ Primo (mitto q̃ in Deum benedictum suis nouis dogmatibus euomuit) speciales quasdam in illum cōtumelias ultra alias patentissimas hæreses libet producere.

Nam Deū pietatis patrē: crudelitatis uictricū nobis fecit.

¶ Dum patitur iuxta ei9 theologiam: errare electos: ut alios in errorem mittat.

¶ Dum præcipit nobis impossibilia.

¶ Dum damnat homines ab originale crimen / & inuincibilem fomitis incentiuum.

¶ Dum damnat prius: ut misereatur: & liberet a damnatiōe: & in laqueū: & peccatum inducit: ut a peccato absoluat.

¶ Dum pmittit aīas plenas iustitia adhuc morari in purgatorio. Et alia eiusmōi supius adnotata plena crudelitatis horrendæ.

Maledicit decretis summorum: & sctorum Pontificum sicut uidimus: appellás ea frigidissima: languidissima: impiissima: deliramẽta: paleas: & eiusmodi aliis cõtumeliosis uocibus inhonorat.

Maledicit eorum authoribus: quos indoctos: insulsos: barbarissimos: belluas: canes: porcos: impios: scœnicos: poeticos: nugatores: ambitiosos: & aliis eiusmõi ignominiosissimis uocibus appellare / dehonestare nõ ueret. Et q̃re? Nempe ob hãc unã cãm: imo ob hãc solidissimã / & inuictissimã euangelicã ueritatẽ: q Petrus fuit princeps aplorum / & caput / & fundamentũ: & sup eũ ædificata ẽ ecclia uniuersa. Ob hoc qd Scti oẽs docuerũt / & inumeris testimoniis tradiderũt. O hoiem merito maledictũ / & anathema putridũ

Maledicit (ut sæpe diximus) & Pontifici Anacleto / etiã martyri (utit tñ diu nota: atq cõperta hæreticorum cautela: sub conficto notarii noie: in quo falsi ẽt arguit Aplicos scribas) & illũ spãliter inscium: insulsum: poeticũ: scœnicũ: porcũ: atq beluã appellat. Cur n. nõ sæpius dicam: quod solum ineffabiem iniquitatem: atq impietatem uiri huius potest ostendere?

Maledicit & Leoni primo Pont. eruditissimo / atq sanctissimo: & crimine illum iniustissimæ ambitionis ausus est: hominũ oim qui uiuant pphanissimus: adnotare: neq in hoc ipso abstinens a summis ipsis Apostolis: in peruerso euangelii intellectu.

Maledicit Isidoro: cuius canonẽ (ut ipsa pro sua ignorãtia appellat) nõ ĩter canões: sed inter canes (p sua temeritate) deputat.

Maledicit deuotissio illi sctõ Bonauẽturæ: & uere nũq̃ p meritis laudato: & qbusdã uerbis: eius doctrinam admirabilem: admirabilem dico his qui aliquid sapiunt: nihili facit: quasi manifeste dicat: nec dignarer illum loco discipuli mei.

Maledicit (qd ut sæpe cõmemorauimus nec tñ satis) glorioso uiro btõ Thomæ. Sed in hũc longe cõtumeliosius: atq blasphemiis horrendioribus. Quãdo eũ uocat temerariũ: illusorẽ. Sæpius falsa meditantẽ: sine scripturis: sine patribus: sine canonibus: sine rõnibus loquentẽ. Vertentẽ fidẽ in utrũ: hoc est in dubiũ. Trahentem Christum ad mundi doctrinã. Errantem: & alios in errorem mittentem. Fingentem simul cum aliis sanctis pro satisfactione uulgi: honestum (sicut ille appellat) & pretiosum indulgentiarum fundamentũ. Et illum qui nõnihil obfuit Chro: ita ut nõ nisi sine illo scriptura possit intelligi. Et qa declarare uoluit nobis mani-

festius: q̄ nō de eius tantū doctrina: sed de sanctitate quoq; male sentiebat. Sic de eo noīatim (quanq̄ plurali numero) locutus est: forte etiam uolens eius socium Bonauenturā complecti: aut aliū quēlibet. Sic inq̄ cū reuerentiā est locutus. Siue sancti fuerint siue peccatores.

¶ Maledicit Italiæ, Italorū ingeniis atq; lrīs: ita ut Pricipio respō sionis suæ: ut uidimus. Ad Mgfm. S. P. sic incæperit. Peruenit ad me Reuereñ. pater dialogus ille tuus satis superciliosus: & plana totus Italicus/& thomisticus &c.

¶ Maledicit omnibus gymnasiis: uniuersi orbis: & quā non semel laudauit Martinus: etiam Parisiensem uniuersitatem tandem com plectit̄ maledictis. Quod quia passim facit: & in omni opere suo quod uidi: & abunde omnibus notum arbitror. Nihil hic expri mam: nisi q̄ non puto posse aliquid dici peius.

¶ Maledicit nō solum Aristoteli Phō. summo: in his q̄ ad rerum naturæ intellectum pertinent: sed etiam ipsi Philosophiæ: atq; di alecticæ: sine qua nihil recte naturaliter comprehendi: ac perfecte potest. Ipsum uero Aristotelem Phm̄ insipientem: nugatorem: fa bulatorem: illusorem ingeniorum: & pessime authorem doctrinæ audacter pronunciat.

¶ Postremo (ut hic claudam omnes maledictiōes eius) sibi ipsi ē & famæ suæ non parcens. Se hæreticum: Se contentiosum: Se per tinacem: Se temerarium: manifeste ut supra uidimus: contestatur: ut ueram in se cōprobet scripturam dicentem. Cui⁹ os maledicti one: & amaritudine plenum est: sub lingua eius labor & dolor.

SIT in omnibus benedictus Deus in sæcula: qui di
ligentibus se omnia cooperari facit in bonū
etiam istiusmodi hæreses ad exerci
tium & probationem bonorū
(sicut ait gloriosus Paul⁹.)
Sit iteꝝ Bn̄dictus De⁹:
& Dn̄s nr̄ IESVS
& MARIA mr̄
Amen.

Author ad Martinum.

MVlta(crede mihi)ꝑtermisi Martine tædio ac fastidio affectus:ac stomachatus:aduersus insanias:stultitias: ac blasphemias tuas:quarũ et partẽ eodẽ uictus tædio ꝓterii. Putans longe lateq́ꝫ supioribus satisfecisse. Nũc paucis ad ea quæ responsurus es(si modo es responsurus)occurram.

Imprimis subdole tu ꝑtermittes ea oĩa:in quibus euidenter te sentīes expugnatũ. Ideo ꝑoccupans hanc tuã consuetam lubricitatẽ. Id primũ protestor. Et si etiam ab una:aut altera:aut pluribus:de multis te hæresibus uindicares:si unica dumtaxat tenereris:nihil ageres. Hoc uero insup primum signum do lectori(quod certe erit)iniustissimæ ac pessimæ causæ tuæ.

Secundo multa addes mendacia mendaciis:partim negãdo te illo:uel illo modo:dixisse aut intellexisse:partim falso:& nõ ex fide nouas authoritates siue de scripturis:siue aliunde producẽs. Ad hoc aũt ita respõdeo:q́ꝫ si idonee ab his te purgaueris:quæ supra mendaciter te citasse manifesto cõphendimus:ac deteximus:facile & in nouis cesserim quibuscunq́ꝫ calumniis ac falsitatibus. Quod si excusare illa nequaq̃ poteris(ut certe nõ poteris) hoc mihi sit pro responso etiam in aliis:uidelicet consueta peruersitas & mendaciũ tuum. Et signũ ẽt eiusdẽ pc̃ti:qđ futurũ ꝓnuncio.

Tertio in quibusdam fortassis insistes:ubi te magnificum facies in scripturarum congestione:quæ ad laicorũ tuorum aspectũ: cõcludere uidebuntur. Astu solito repugnantes subticẽs scripturas: unde uerus quæstionis caperetur intellectus. Hic uero sic rñdeo: si quẽ locũ scripturæ:aut aliã q̃cunq́ꝫ idoneã ꝓduxeris authoritatem(uide qd loquor)q̃ ad rem ꝑtinere:aut aliqd momenti habere uideri poterit:si nõ a doctoribus sacris inspectam/consideratã/ac dissolutã oñdero:uel ab his:quos tu scholasticos uocas:uel ab ipso btõ Tho.(quẽ tu solus)sine scripturis:sine prĩbus:sine canonibus sine rõnibus loquentẽ dephendisti. Et longe prius q̃ tuus tritauus in lumbis sui patris esset. Ex nũc tota causa cedens. Te ueracẽ in oĩbus q̃ dixisti & dices:audeo profiteri. Alioqn si nihil produces noui:uel alicuius considerationis:qđ nõ uirtute ẽt in supioribus dissoluerim. Sit hoc signũ tertiũ temeritatis tuæ.

Quarto uerba multa addens pro laicis ac perpetuo maledicens: trãsiensq́ꝫ lingua dolosa & iniqua illa tua:in cœlo & in terra : sup

cœlos & subter terrã: Ex malis aliorꝫ moribus (sicut hæretici plerunqꝫ solent) ꝑsertim ecclĩæ ꝑsidentium: sumes tibi occasionẽ scissuræ & pessimæ doctrinæ persuadendæ. Hic aũt iubet Paulus: & Aug. ut taceam: & contentionibus nõ deseruiã: & ita faciam. Sed hoc erit signũ mihi quartũ apud prudentiores: q̃ sis ab omĩ destitutus ueritate: qui nihil habeas quo te excuses: nisi hoĩm malitiã. Aliter: cõstantissime arbitror/& ꝑdico: meli9 rñdere nõ poteris: nisi forsã resipiscas. Quod opto. Deus bñdict9 & hoc põt: si uelis.

FINIS

ERRATA

Per primũ numerum foliũ: p scdm linea notatur.

❡Folio.3. Linea.34. lege: etiam dña Papæ. Folio.8. linea.6. Sic ergo.9.18. Impudenter. Folio: 19. linea ultima obmissum est (ea non uult) lege (& damnare ea non uult: & ꝙ tacuerit &c. 20.6. quæ ait. 24.35. tantam. 28.11. detractionibus. 59.26. uoluntatis. 74.14. xxi xxii. 74.21. mirabilia. 80.5. trãsfusas. 83.3. psalmo cviii. 100.36. qcũqꝫ 101.9. illos 109.8. ad Galathas claꝝ fit. ibidẽ 12. quis autem ita insanit ibidem. 13. quæso uel Orestes! ibidẽ 23. intelligi 111.14. iuristam 123.7. ad rigorẽ 146:35. ad gaudentium 155:17. episcopis 161.27. epistolas idẽ penitus 164.6. illud.c. 170.33. aut Christum 178.34. sed & hoc 184.10. qđcunqꝫ 205.15. ita quoquo uertas te 208.28. Alexandrinam 213.14. exponere 219.6. hactenus 220.11. econtra ibidẽ. 23. uiuificet 222.4. scientiæ 236.17. moueas 237.1. Et tamẽ ibi 237.26. stulto 238.3. scholastica 239.21. o mirabilem 241.30 pueriliter 242.17. hunc dareta ibidem. 18. Sed &: sed superfluit ibidem. 14. reueritus 244.3. paulocentonas & Christocentonas 245.19. quarta 246.6. tumoribus ibidem. 8. secundo ibidem 21. censes 247.24. uirtus non mortificat 251.14. ut omniũ misereatur 253.20. propositum 255.11. accurrens 260.21. alia 263. in ultima linea: libertatis.

Anno dñi. M.D.XXI. Die uero XXVII. Aprilis.
Ex secunda recognitione.

R. P. Fratris Siluestri Prieratis ordinis predicatorum et sacre Theologie ꝓfessoris celeberrimi sacriqꝫ palatij apostolici magistri: in p̄sumptuosas Martini Luther cõclusiões de ptãte pape dialogꝰ.

Beatissimo patri Leoni.x.Pont. Max.frater Siluester Prierias ordinis predicatorū:sacriq́ȝ palatij Magister:eternā salutem.

NEscio pater btissime:an vllo sim tpe letior: ꝙ cū tue btitudis cōtemplatiōe: ⁊ grā aliqͩ efficio. Quo actū putarim: vt cōmētarijs in primū secūdi cōflati ex diuo Thoma immersus poti⁹ ꝙ implicit⁹ cū edendis:tū exornādis ⁊ ꝯsumādis:nō potuerim tāta voluptate detineri:quin reiectis:ac postergatis studijs ⁊ ꝯtemplatiōibus ꝓprijs: Martino nescio cui Luther:q̄ in veritatē ipam:⁊ sctām hāc sedē ceruicē eleuatā ostentat:me scutū opponerē ꝓ sedis huius: proq́ȝ vitatis honore:ac maiestate pugnatur⁹. Deniq́ȝ tridui laborē in opus istud absumpsi:tāta leticia ⁊ animi iucūditate: vt amor ipse mihi sensim veritatē inferret:illaq́ȝ iugiter ac celerrime aīo illaberetur. Oro vero btitudo tua pauca ista q̄ elucubraui:in tātis: ⁊ tā infestis laborib⁹:item ⁊ curis:ꝑcurrere nō dedignet:⁊ sua beniuola cēsura:inepte dicta:aut elimare aut eliminare. Ita eīm fiet:vt tāta sim post hac fiducia:ac si fida lorica instruct⁹:vt etiā sathanā ipm in futuro certamine nō extimescā:imo auidus experiri cupiā:an ferreum nasum:aut caput eneū gerat iste Martin⁹:vt effringi nō possit. Ubi vero is sua fundamēta in lucē extulerit:sua ꝓbaturus:aut improbaturus nr̄a; quiddam (volente deo) moliar : ⁊ maius: ⁊ accuratius expolitū. Eternum vale benignissime pastor.

Sacrarū litterarū professori Martino Luther:frater Siluester de prierio ordinis predicatorū:spiritū humilitatis ⁊ veritatis.

ET si lōga mora intercedēte: Martine mi:litterarias man⁹ cōferre desuerim:eo vel maxime ꝙ tarda senecta iā frigeāt effete vires:tuis tn̄ vbis excitus:ac pene impulsus:q̄bus vndiq́ȝ athletas q̄si alter Dares in certamina vocas:desuetas palestras ꝓ sctā aplica Sede.itē ꝓ veritate tuēda denuo aggredi statui. Cū vero codicis abs te(vt fert)editi:fundamēta cernere nō dat:nec tu ꝯclusiōib⁹ tuis probationē vllā attulisti:earūq́ȝ cōplures sensus cū veros: tum etiā falsos preseferant:non aliter imprimis tecum congredi velim: ꝙ tuarū falsarū positionū opposita substinēdo:⁊ defensando : vt quibus innitaris fundamentis edoceas. Quasq́ȝ ergo tuas sententias percurrens : ac trutinans:dialogo nobis ipsis qui certaturi sumus interlocutoribus (deo maximo optimo inuocato) futuro certamini iam principiū affero. Uale ⁊ melius sentias.

Responsio magistri Siluestri de prierio ordinis predicatorum: sacri palatij Magistri: ad cōclusiones magistri Martini Luther.

TUum dogma ad examussim cribraturus Martine mi: normas. ⁊ fundamenta iaciam necesse est.

¶ Fūdamentū primū est. Eccl'ia vniuersalis essentialiter est cōuocatio in diuinū cultū oīm credētiū in Chrm: eccl'ia vō vniuersalis vtualiter est eccl'ia Romana: eccl'iarū oīm caput: ⁊ Pontifex maximus: ecclesia Romana rep̄sentatiue est collegiū Cardinaliū: vtualiter autem est pōtifex summꝰ: qui est ecclesie caput: aliter tñ ꝗ̄ Christus.

¶ Fūdamētū scd̄m. Sicut eccl'ia vniuersalis nō pōt errare determinādo de fide: aut moribꝰ: ita ⁊ verū ɔciliū faciēs qd̄ in se est (vt intelligat vitatē) errare nō pōt: qd̄ intelligo incluso capite: aut tādē ac finaliter: licet forte prima facie fallat̄ quꝰq3 durat motꝰ inq̄rēde vitatis: imo etiā aliqñ errauit: licet tādē p̄ spm̄sctm̄ intellexerit veritatē: ⁊ silr̄ nec eccl'ia Romana: nec pōtifex summꝰ determinās ea rōne q̄ pōtifex id ē ex officio suo ꝓnūciās ⁊ faciēs qd̄ ī se ē: vt intelligat vitatē.

¶ Fundamentū tertiū. Quicūq3 non innititur doctrine Romane ecclesie: ac Romani pontificis: tanꝗ̄ regule fidei infallibili: a q̄ etiā sacra scriptura robur trahit ⁊ auctoritatē: hereticus est.

¶ Fūdamentū quartū. Eccl'ia Romana sicut verbo: ita ⁊ facto potest circa fidē: ⁊ mores aliq̇d decernere: nec in hoc differētia vlla est: p̄ter id ꝙ vba sunt accomodatiora ꝗ̄ facta: vnde hac rōne ɔsuetudo vim legis obtinet: q̄a volūtas principis factis p̄missiue: aut effectiue exprimit̄: ⁊ ɔsequēter queādmodū hereticꝰ est male sentiēs circa scripturaꝝ vitatē: ita ⁊ male sentiēs circa doctrinā ⁊ facta ecclesie in spectantibꝰ ad fidē: ⁊ mores: hereticꝰ est. Correlariū. Qui circa indulgētias dicit ecclesiā Romanā nō posse facere id qd̄ de facto facit hereticꝰ est. Age nūc martine: ⁊ tuas ɔclusiōes in mediū afferas.

¶ Mar. Dñs ⁊ magister noster Jesus chrs dicens: penitētiā agite: oēm vitā fide'iū penitentiā esse voluit. Qd̄ verbū de penitētia sacramētali: id est: ɔfessiōis: ⁊ satisfactiōis: que sacerdotū ministerio celebratur: nō pōt intelligi. Nō tñ solā intēdit interiorē: imo interior nulla est: nisi foris operet̄ varias carnis mortificatiōes.

¶ Sil. His verbis tres ɔclusiōes Martine cōprehendis: ⁊ vbaliter saltē quattuor falsitates. Prima falsitas est: ꝙ saluator impossibile iusserit: sc3 fideles oīn tpe habere actū penitētie interioris vel exterioris: cū eñ dicit agite: nō loquit̄ de habituali interiori penitētia: q̄ sola ꝑpetua est: ⁊ ɔsequēter loquit̄ de actuali interiori vel exteriori: agere

eñi: vel actus: vel nõ sine actu est. Scða. Verbũ Chri dicẽtis penitẽ-
tiã agite: nõ põt intelligi de sacramẽtali penitẽtia. Tripliciter enim
penitẽtia dici ꝯsueuit. Primo scz vt est virt⁹ quedã: cui⁹ obiectũ est:
pctñ: sub rõne emẽdabilis: actus ꝟo eius est dolor volũtatis de pctõ
ipa vero est habit⁹ moralis eliciẽs dictũ actũ respectu p̃dicti obiecti
Scðo vero penitẽtia est sacramẽtũ: cuius partes sunt contritio: con
fessio ꝛ satisfactio. Tertio accipit vulgariter ꝑ satisfactiõe iniuncta
a sacerdote: ꝛ oñi carnis mortificatiõe. De qualibet aũt harũ trium
dico p̃dictũ verbũ Chri nõ solũ posse: verũ etiã et debere intelligi: cũ
ipe sufficiẽter mãdarit de bono ope efficiendo. Tertia falsitas est ad
hoiem: id est. ad te: ꝙ scz Chrs nõ intẽdit loqui solũ de interiori peni-
tẽtia: hoc eñi in se quidẽ verũ est: sed tibi q̇ vis Chrm his ꝟbis indice
re penitẽtiã in oñi vita: de exteriori non põt intelligi: quã oportet in-
tercidere somno ꝛ gaudio: gaudẽdo cũ gaudentib⁹. ꝛ hmõi. Vñ tibi
solũ de interiori põt intelligi. nõ oñi: sed habituali. q̇a etiã interiorem
actũ liberi ar. dormiẽtes necessario intercidun⁹. Quarta ꝟo falsitas
est: ꝙ interior penitẽtia nulla est: nisi foris operet̃ varias carnis mor-
tificatiões: imo dico ꝙ exterior sine interiori nulla est: interior aũt so-
la põt hoiem saluare. Põt tñ hoc tuũ dictũ verũ: ꝛ a saluatore inten-
tum habere sensum: scz ꝙ oñis interior penitẽtia operat̃ varias car-
nis mortificatiões exterius: id est ꝑ loco ꝛ tẽpore: id est quando: vbi
ꝛ quomõ oportet: sed hic sensus tibi videt̃ impossibilis.

Mar. Manet itaqꝫ pena donec manet odiũ sui (id est penitentia
vera intus) scz vsqꝫ ad introitũ regni celorũ.

Sil. Si ꝓ penã exteriorẽ mortificationẽ martine intelligis: qð in-
de conijcit̃: ꝙ penã ꝯtra odiũ sui: ꝛ interiorẽ penitẽtiã diuidis intelli-
gi nõ põt: nisi vt dictũ est: id est. ꝑ loco ꝛ tempore: aliter hec doctrina
falsa: impossibilis ꝛ erronea est. Preterea improprie dictũ est odium
sui quãtũ ad vere penitẽtes attinet: nullus eñi imbutus gr̃a diuina
odit se: sicut nec ꝓximũ: quẽ ad instar sui diligit.

Mar. Papa nõ vult: nec põt vllas penas remittere: p̃ter eas q̃s
arbitrio vel suo: vel canonum imposuit.

Sil. Supposito ꝙ ecclesia ꝓ indulgẽtiaꝝ viã ꝯcedat liberationẽ
vni⁹ aĩe: vel pluriũ a purgatorio: qð facere nequit: nisi relaxãdo pe
nã inflictã a deo: supposito etiã ꝙ eccl'ia faciat indulgẽtias plenarias
simpliciter: relaxãdo vicz oẽm penã nulla habita mentiõe de iniũcta
ita ꝙ tali indulgẽtia rite assecuta: aĩa statim e corpe soluta euola-
ret: iuxta sctõꝝ interp̃tationem: dico martine ꝙ male sentis de facto
ecclesie circa fidẽ: aut mores: q̇a posito casu possibili ꝙ peccator te-

neat ad penā iniunctā a sacerdote. item ad iniunctā a canone: ꝛ vlterius istis nō sufficiēter expurgātibꝰ: tertio teneat ad penā infligendā a deo: tali casu (scdm te) rite assequēs indulgentiā plenariā: decedēs statim nō euolaret ꝛ si daret ei indulgētia liberatiōis a purgatorio: si ibi esset nō liberaret: ꝛ ita circa factū ecclesie male sentis: ꝛ a sctis dissentis: ꝛ ideo meo iudicio ista cōclusio est heretica. Unde ꝛ sanctꝰ Tho. in quarto dist. xx. dicit ꝙ ista opinio: scilicet ꝙ indulgentie valeāt solū ad remissionē pene iniuncte a sacerdote. vel canone: est contra priuilegiū datū Petro. vt quod in terra remitteret: etiam in celo remitteret. ꝛ ꝑterea ꝑm istā opinionē inquit diuus Thomas: ecclesia huiusmōi indulgētias faciens: magis dānificaret homines ꝙ iuuaret: quia absoluēdo a penitentijs iniunctis remitteret ad grauiores: id est purgatorias: hec sanctus Thomas. Cū tamen indulgētia nō est plenaria: nec fit ꝑm aliquā partē quotā reatus: puta remittendo tertiā partē penarū: nec ꝯceditur liberatio alicuiꝰ anime a purgatorio aliquē colorē habere posset ista positio: quātū ad id qd dicit ꝙ papa nō vult: qa cōmuniter dicit: de iniunctis penitētijs relaxamus sed quia subditur: nec potest: quo ad hoc positio heretica est: auferēs aut truncās priuilegiū Christi ad ecclesiā.

¶ Mar. Papa nō potest remittere vllam culpā: nisi declarando et approbādo remissam a deo: aut certe remittēdo casus sibi reseruatos. quibus cōtemptis culpa prorsus remaneret.

¶ Sil. Etsi conclusio ista quoquo modo habeat apparentiā in his qui clauibꝰ ecclesie se cōtriti subijciunt: ꝛ cōsequēter iustificati a culpa: in attritis tn̄ qui virtute clauiū (iuxta sanctoꝝ interpretationē) fiūt cōtriti: nō papa mō: verū sacerdos quisꝗ peccata dimittit dispositiue: et ministerialiter: id est applicando claues. ꝛ sacramenta istis: nō aūt ea remittunt auctoritatiue: sed hoc excellentioris est potestatis. Unde hāc cōclusionē dico falsam: ꝛ gratia disputādi substineo ꝙ sit heretica: esto ꝙ heretici nō sint eius positores.

¶ Mar. Nulli prorsus remittit deus culpā: quin simul eū subijciat humiliatū in oibus sacerdoti suo vicario.

¶ Sil. Leprosus (spiritualiter) Martine es: gestas eīm cutē variā: ꝛ maculosam veris falsisꝗ coloribꝰ: dum multis falsis pauca vera cōmisces: verūꝗ reddis dictū illud Bede. ꝙ nulla tam falsa doctrina sit: que aliqua vera nō intermisceat.

¶ Mar. Canones penitentiales solū viuētibus sunt impositi: nihilꝗ morituris ꝑm eosdem debet imponi.

¶ Sil. Dico ad hoc dictum vt ad precedens proxime.

¶ Mar. Inde nobis bene facit spiritussanctus in papa: excipiendo in suis decretis semp articulū mortis ⁊ necessitatis.

¶ Sil. Recte quidem loqueris: sed que dicis nihil proposito attinēt cum nō excipiat pontifex articulū mortis: quo ad impositionē penitentie: sed quo ad reseruationē absolutionis.

¶ Mar. Indocte et male faciūt sacerdotes hi: qui morituris penitētias canonicas in purgatoriū reseruant.

¶ Sil. Recte doces: sed tñ qd̄ in alijs culpas: admittis. cū eñ doces ꝙ pōtifex solū illas penas donat: q̄ arbitrio suo vl̄ canonū sīt iniūcte teste diuo Thoma: absoluis ab his: et ad purgatorias grauiores: animas adducis.

¶ Mar. Zizania illa de mutanda pena canonica in penā purgatoriā: videnṫ certe dormientibꝰ episcopis seminata.

¶ Sil. Dico vt proxime.

¶ Mar. Olim pene canonice nō post: sed ante absolutionē imponebanṫ: tanꝙ temptamenta vere contritionis.

¶ Sil. Nūc q̄ꝗ nr̄a tēpestate qñ pene sunt arbitrarie: idē in oīmi penitētia suadū dico p cle. dudū de sep. vbi ⁊ Jo. an. nisi forte nullū sit dubiū q̄n penitēs penitētiā iniūgendā sit acceptaturꝰ ⁊ expleturus.

¶ Mar. Morituri per mortē oīa soluunt: ⁊ legibus canonū mortui iam sunt: habētes iure earū relaxationem.

¶ Sil. Qd̄ astruis verū ē: vbi pena ex canone tm̄ debeṫ: ꝙ si eā quā imponit canō etiā diuina iusticia exigat: purgatoriū neges necesse ē.

¶ Mar. Impfecta sanitas: seu charitas morituri necessario secum fert magnū timorē: totā maiorē: quanto minor fuerit ipsa: qui timor ⁊ horror satis est se solo (vt alia taceam) facere penā purgatorij: cū sit proximus desperationis horrori.

¶ Sil. His dictis martine duas ꝯclusiōes: ⁊ tres falsitates cōprehēdis: ⁊ q̄dē temere. Temeritas eñ est in his: ad q̄ nobis naturalis rō nō suppetit: velle aliq̄d nr̄a auctoritate definire p̄ter: ⁊ a fortiori cōtra ea q̄ in doctrina fidei sunt: vel sctōꝝ q̄ eodē spū scripturas interpretati sunt: q̄ edite fuere. in his p̄cipue: q̄ fidei ⁊ morū sunt: in quibꝰ ꝯcorditer docuere: imo nō solū temerariū: sed erroneū est: ne dicā hereticū vt ex q̄rto fundamēto liquet. Prima aūt falsitas est ꝙ apte innuis: ꝙ hi q̄ in purgatorio ꝯtinenṫ nesciāt se saluandos: qd̄ aptiꝰ etiā innuis infra cōclusiōe tua. xix. Ego vo cū diuo Tho. cuiꝰ doctrina quātū ad fidē: ⁊ mores attinet: p regulā fidei ecclesiā Romanam: et discussa: ⁊ pbata est: dico ꝙ qui purganṫ sciūt se liberādos: alioquin a nobis suffragia nō expeterēt: qd̄ crebro faciūt: vt liq̄t ex libro dia-

lo. Gregorij. Scda vero falsitas est: q qui purgant timeāt: preterq filialiter: q eñ iā sustinēt in psenti nō timēt: qa timor de futuro ē malo: alia aūt mala preter ea q sibi inter purgandū herēt nō timēt: cum sciāt se ab his malis ad gloriā transituros vt dictū est. Tertia falsitas est q hic timor se solo satis sit facere penā purgatoriam: qd vtiqz falsum affirmo: quia nec facere pōt cū nō sit: nec se solo: alioquin impius esset de⁹: quippe qui pter istā sufficientē (vt astruis) penā: alias apponat: puta assistentie demonum: ligationis ad certum locum: dilationis optate glorie: ⁊ eiusmodi.

¶ Mar. Vident infernus: purgatoriū: ⁊ celum differre: sicut desperatio. prope desperatio: ⁊ securitas differunt.

¶ Sil. Hoc videt qdē forte tibi: mihi aūt cū diuo Thoma videt: q q purgant habēt spem certā salutis: ⁊ ꝯsequēter non sunt desperati: vel qsi: siue ꝓpe desperati. differūt aūt pdicta sicut pena ppetua cum desperatiōe euadēdi: ⁊ volūtate ppetuo adherendi pctō: qd inferno cōgruit ⁊ sicuti penā tpalis cū spe euadēdi: ⁊ volūtate adherēdi deo ppetuo: quod purgatorij est: ⁊ sicut priuatio omnis pene: ⁊ impletio omnis naturalis appetitus ⁊ gaudij: vt in celo est.

¶ Mar. Necessariū videtur animabus in purgatorio sicut horrorē minui: ita augeri charitatem.

¶ Sil. Uno incōueniēti dato plura ꝯtingūt: apud Aristo. Vñ posito seruili timore: qui charitati aduersat: necessariū tibi fuit Martine modū inuenire q pelleret: qd esse nō potuit ꝯgruenti⁹ q p augmētū ei⁹: qd timori repugnat. Ego vo sctōꝝ vestigia sequēs. ⁊ nō vocum nouitates: cū diuo Tho. dico: q qui purgatoriū patit est viator secūdū quid: inq a btitudine retardat: nō aūt simpliciter: vñ in charitate nō pficit: alioquin bonū esset eis diu esse in purgatorio: vt perfectiores ⁊ consummatiores euaderent.

¶ Mar. Nec probatū videtur vllis auctoritatibus: aut rationib⁹: q sint extra statum meriti: aut augēde charitatis.

¶ Sil. Esto q ista non probent auctoritate scripture vel ecclesie: q necessario cōuincit (qd ad presens nec astruo: nec destruo: cū tibi repente ⁊ ex his solū q memorie succurrūt respondeā) est tñ pbatū auctoritate sanctorū. que argumētum pbabile facit. tu vero eiusmodi tua auctoritate firmans: vide ne presumas.

¶ Mar. Nec hoc probatū videtur q sint de sua beatitudine certe ⁊ secure: saltem omnes. licet nos certissimi simus.

¶ Sil. Hoc sicut iam dictū est probatū est saltē pbabiliter: tum ex auctoritate sanctorū: tū ex experiētia: quia frequenter suffragia pe-

tunt: sicut multipliciter patet per beatū Gregorium in libro dialo.

¶ Mar. Igitur papa p remissionē plenariā oīm penarū: nō simpliciter oīm intelligit: sed a seipō tm̄mō impositarū.

¶ Sil. Quid pōtifex intēdat: vel nō intēdat omittens: dico: q̄ si de posse sit sermo: papa ex rōnabili causa pōt remittere oēm penā siue impositā: siue nō impositā: vt diu⁹ Thomas edocet: oppositū aūt dicere hereticū est: ꝛ cōtra priuilegiū datū Petro a dn̄o: vt dictū est.

¶ Mar. Errant itaq3 indulgētiarū pdicatores hi: qui dicunt p pape indulgētias hoīem ab omni pena solui ꝛ saluari.

¶ Sil. Dico vt supra pxime: ꝛ q̄ tu martine vulneratū ꝛ cecatū habēs oculū: falsitatis trabe pgrandi: alienā festucā ꝯtemplaris.

¶ Mar. Papa nullā penā remittit animabus in purgatorio: q̄ in hac vita debuissent fm canones soluere.

¶ Sil. Negare potestatē pape nō se extēdere ad relaxādū penas in purgatorio p viam indulgentie: est male sentire de facto ꝛ doctrina ecclesie circa fidem aut mores: ideo hereticū est.

¶ Mar. Si remissio vlla omniū oīno penarum dari potest alicui: certum est eā nō nisi paucissimis: id est pfectissimis dari.

¶ Sil. Qd asseris certū Martine: vtiq3 certū est: nō q̄dē in veritate vt reris: sed in falsitate: dat eīm venia nō solū pfectissimis: sed etiā impfectissimis: mō habeāt gratiā dei ꝛ charitatē p quā sunt veniarū capaces: ꝛ seruēt indulgētie tenorē. siue isti multi sint: siue pauci. quod soli deo notū est. Si tamē de multiplicitate saluandorū. aut assequētiū indulgētias ex cōiecturis ꝛ suasiuis rōnib⁹ volum⁹ definire: dico pbabiliter: ꝛ salua rei veritate: q̄ sunt valde multi: ad qd arguo ex fundamēto theologico: sc3 q̄ claues eccl'ie de attrito faciūt ꝯtritū: vnde oīs qui cū attritiōe confitet: cōsequit ꝯtritionē ꝛ gratiā: ꝛ consequēter indulgentiā ꝛ salutē si pseuerat. Sūt aūt valde multi: q̄ indulgentiarū tēpore confitentur si credunt se mortali peccato detineri: ꝛ cum attritione: id est dolore imperfecto: qui tunc est quando homo vellet habere dolorē ꝛ gratiā a deo: nūq̄ de cetero peccādi. Unde oēs tales consequunt gratiā: ꝛ ꝯsequenter indulgentiā nisi post ꝯfessionē: ante venie acceptionē relabant. Et si plene nō efficiunt qd mādatur: consequunt partem proportionalē venie. vt docet diuus Thomas. Et ex eodē fundamēto pbabilit teneo: q̄ etsi maior pars christianoꝝ nō viuat in gratia dei: maior tamen pars dei gratiam in morte cōsequitur confitendo cum attritione: consequenter autē etiā saluat si pseuerat. Et quod saluator dicit multos esse vocatos: sic intelligendū est dictū: quia totus mundus est vocatus.

¶ Mar. Falli ob id necesse est maiorē partē populi per indifferentē illā: ⁊ magnificā pene solute promissionē.

¶ Sil. Nō fallitur maior pars populi si attriti confitent̃ ⁊ reliq̄ obseruāt: eo vel maxime declamatores crebro docēt ꝓpter venias: alia pia opera nō esse relinquenda: cū nullus ꝓ certo sciat. se veniā assequutū: item quia etsi illi veniā nō assequant̃: pium tamē opus faciūt quod eos in salutem disponit.

¶ Mar. Qualē potestatē h₃ papa in purgatoriū ḡnaliter: talem h₃ quilibet episcopus ⁊ curatus in sua diocesi ⁊ parrochia specialiter.

¶ Sil. Quātū ad ꝓpositū de themate sup̱ quo disceptamꝰ: id ē quātū ad applicationē satisfactiōis vniꝰ ad alterū: est multiplex differētia inter papā et eccl'ia tota: ⁊ epm in diocesi: ⁊ curatū in parrochia. Harū prima est ƀm illā opinionē: q̄ sentit indulgētias fieri ex thesauro satisfactiōis chr̄i: nō aūt sctōꝝ: q̇a iuxta eā solꝰ papa posset indulgētias facere: sicut solꝰ dispēsat cōmūia toti eccl'ie: cuiusmōi est dictꝰ thesaurꝰ. S₃ quia istā opinionē falsam existimo: dico ꝙ alia differētia est: q̇a papa dispēsator est thesauri infiniti: cū dispēset satisfactionē chr̄i: nō aūt aliȷ̄: sed merita subditorū suoꝝ dūtaxat. Ex hac autē sequit̃ alia. q̇a solꝰ papa facit indulgētiā plenariā: cū solꝰ sit certꝰ ꝙ thesaurꝰ ꝑ eū dispēsabilis sufficiēs sit ad penas oēs diluendas. Alia etiā est. q̇a papa dispēsat bona: que aliȷ̄ dispēsant: nō ecōtra vnde et alioꝝ potestatē limitat ⁊ restringit: non econtra. Utrū autē curatus indulgentias edere possit: mō nō discutio.

¶ Mar. Opinionē facit papa: ꝙ nō potestate clauis quā nullā habet: sed per modū suffragiȷ̄ dat animabꝰ remissionē.

¶ Sil. Quātū ad indulgētias attinet. papa habet clauē iurisdictionis ƀm sanctos: etiā in purgatoriū applicatiue: aīas tñ a debito seu reatu penaꝝ nō absoluit. sed eis tribuit vnde penā vel debitū soluāt applicās ⁊ adiȷ̄ciēs eis satisfactionē chr̄i vel aliorum.

¶ Mar. Hominē predicant: qui statim vt iactus nummus in cistā tinnierit: euolare dicunt animā.

¶ Sil. Predicator: aīam q̄ purgatorio detinet̃ astruēs euolare in eo instāti: in q̄ plene factū ē illud ḡra cuiꝰ plena venia dat̃: puta deiectꝰ est aureꝰ in peluim: nō hoīem. sed merā ⁊ catholicā veritatē p̄dicat: tu xo oppositū dogmatizās: si ꝑtinaciā addideris: vide iuxta p̄dicta q̇d inde merearis: factū ⁊ doctrinā sctē Ro. ecclesie reprehēdēs. Nec plus est reprehēsibilis declamator sic docens: ꝙ̄ cocus fastidienti stomacho substātiales cibos accidētalibus saporibꝰ exacuens.

¶ Mar. Certū est nummo in cista tinniēte augeri questū ⁊ auaritiā.

posse: suffragium autem ecclesie est in arbitrio dei solius.
¶ Sil. Certū est etiā Martine istā cōclusionē esse detractoriā: et viri ponētis os in celū: nec min⁹ certū est: errorem et hereticū est dicere. quod extāte rōnabili causa papa nō pōt pro volūtate plus et minus dare de suffragio vnius alteri: cum deus hoc sibi cōcesserit.
¶ Mar. Quis scit si oēs anime in purgatorio vellent redimi: sicut de sancto Seuerino: et Paschali factū narrat.
¶ Sil. Quicqd sit de somnijs ,pter q̄ nunq̄ a sana doctrina recedēdum est. doctor angelic⁹. xxi. dist. iiij. querēs an pena purgatorij sit volūtaria: et multipliciter de pena distinguens sic cōcludit. Absolute nulla pena est volūtaria: qa ex hoc est rō pene: quod volūtati cōtrariat. sed cōditiōate. siue ex suppositiōe alicui⁹ finis pena est volūtaria: sicut vult qs pati vstionē vt sanet: et hoc dupliciter cōtingit. Aliqn̄ enī p penā aliqd bonū acqrim⁹: vt patet in vstiōe: et sic ipa volūtas assumit penā: vt in satisfactiōe patet. q̄ scz in hac vita est meritoria. Aliqn̄ vero p penā nullū bonū nobis accrescit: tn̄ sine pena ad bonū puenire nō possum⁹: sicut patet de morte naturali: sine q̄ scz nō venit ad regnū: et tūc volūtas penā nō assumit/sed tolerat: et q̄tū ad hoc volūtaria dicit: et sic pena inqt purgatorij est volūtaria. Ex qb⁹ vbis diui Thome patet: quod q̄ in purgatorio sunt illā penā nō eligūt: sed illatā patiēter tolerāt: et vellēt libēter ea carere si possent. Adde quod aīa sepata grata deo nullū habet mai⁹ desideriū: q̄ vidēdi deū: cū ad hoc oēe suū velle sicut ad finē ordinet: licet p dei volūtate patiēter toleret: vnde si cū dei volūtate possit carere pena impediēte visionem in hoc maxime letatur: plusq̄ gaudiū aliqd in hoc mūdo nobis possit obtingere. Dicere aūt oppositū: ridiculū et stultū est.
¶ Mar. Nullus secur⁹ est de veritate sue contritionis: multo min⁹ de cōsequutione plenarie remissionis.
¶ Sil. Hoc de viuētib⁹ verū est: anie xo q̄ purgant certe sunt se dei gratiā habere: et cōsequēter se indulgētias asseq: si rite pferant: maxime plenarias: quib⁹ statim a tormētis ad gaudia deducunt.
¶ Mar. Quam rarus est vere penitens: tam rarus est vere indulgētias redimens: id est. rarissimus.
¶ Sil. Esto quod recte doceas: tn̄ supflue doces: cū iā idem supra virtualiter posueris: imo plus/qa dixisti non assequi nisi pfectissimos: qui rariores sunt q̄ veri penitētes: cū inter hos quidā sint alijs minus pfecti. Dico etiā quod vere penitētes tot sunt/quot attriti confitentes/cū oēs tales dei gratiā assequant: nisi obicem ponāt.
¶ Mar. Damnabunt ineternum cum suis magistris: qui per litte-

ras veniarum securos se credunt de sua salute.

¶ Sil. Qui p dictas lras sine bonis opib⁹ tutos se putāt fatui sunt: q̄ vo ex spūali cōmodo eiusmodi litteraꝝ ꝯcipiūt spem meli⁹ viuendi ⁊ moriēdi: ⁊ purgatorias penas citi⁹ euadēdi: recte sentiūt: ⁊ sic docētes recte docēt. Time aūt tibi magis martine: ne vana eruditione inflatus: nunquā resipiscas: eternoqꝫ pereas ⁊ dānerꝭ.

¶ Mar. Cauendi sunt nimis: qui dicunt venias illas donū esse dei inestimabile: quo reconciliat homo deo.

¶ Sil. Cauēdi sunt magis detrahētes dei vicario: cū iniuste: tū etiā false ⁊ erronee. Qui vero dicūt (vt refers) vere dicunt: modo reconciliatio illa intelligat impropie: per amotionem reatus: qui animā a dei contemplatiōe clara secludebat.

¶ Mar. Gratie eñ ille veniales tantū respiciūt penā satisfactionis sacramentalis ab homine constitutas.

¶ Sil. Jam liquet ex dictis: quātū falsa ⁊ erranea sit ista sententia: etsi de posse pōtificis maximi sermo sit: est etiā heretica: quasi papa nō possit omnē penā p indulgentias abolere.

¶ Mar. Nō christiana predicant. qui docent ꝙ redempturis aīas p confessionalia nō sit necessaria cōtritio.

¶ Sil. Nullū esse declamatorē reor: qui tam stulte docuerit: q̄ vero intentiōe tales positiōes in mediū afferas: ipse videris. Si q̄ tū docerēt ꝙ nō ꝯtriti nō vane indulgētias ꝓsequunt: q̄a ꝓderunt ꝯtritiōe ex post facto accedēte: nō male docēt apud ꝯplures peritos: q̄a sicut papa pōt cōstitutionē facere aut inficere vt ex tunc: ita etiā posset indulgētias largiri: vt ex nunc suo tpe valituras.

¶ Mar. Quilibet christian⁹ vere cōpunctus habet remissionē plenariā a pena ⁊ a culpa: etiā sine literis veniarū sibi debitā.

¶ Sil. Si sentis ꝙ oīs cui plena remissio pene debet eā assequit: nō obstāte ꝙ veniaꝝ literis careat: esto ꝙ verū doceas: tū nihil dicis: q̄a deū dare oib⁹ q̄ eis apud ipm debent ex ꝯgruo: vel cōdigno dubitauit null⁹. Si vo sentis (vt vba tua p̄seferūt) ꝙ sine dictis literis: oībus vere cōtritis debita sit plena remissio penarū: hereticū est. ⁊ canones oēs penitētiales euacuas ⁊ euertis: ⁊ tertiā partē sacramenti penitētie: id est. satisfactionē: ⁊ oīa iura loquētia de penitētia salutari imponēda: ⁊ purgatoriū. Nisi forte dicas: ꝙ penā omnē remitti. ⁊ penā omnē exoluere idem sit: quod absurdum est.

¶ Mar. Quilibet verus chrianus siue viuus: siue mortuus: habet participationē omnium bonoꝝ christi et ecclesie: etiam sine literis veniarum a deo sibi datam.

¶ Sil. In ope bono quo reatꝰ pene delet̃. puta ieiunio: oꝛone ⁊ ele-
mosina: duo sunt ſm doctrinā sctoꝝ: vnū ē meritū. qđ nulliꝰ esse pōt
nisi operātis. q̇ solꝰ ꝓ ope ꝓprio premio donat̃: alterū est satisfactio
q̄ aliud a merito est: vnde is q̇ elemosinā largit̃ ꝓ aīa parētis: sibi
quidē meret̃: ꝓ amico aūt satisfacit. ad obolendū pene reatū. Quis
eñ ausit negare elemosinā hoꝝ vtriq3 valere. Si ergo de bonis ope-
ribꝰ chr̄i ⁊ eccľie loquaris quātū ad meritū: licet ꝓ alteriꝰ merito nul-
lus muneret̃: q̇libet tñ deo gratꝰ ex alioꝝ meritis aliq̇d boni ꝑcipit:
puta ꝓtectionē dei: sicut deꝰ recoꝛdatꝰ Abꝛahe. liberauit Loth tꝑe
euersiōis Sodome: vel saltē ipm gaudiū: qđ q̇sq3 bonꝰ hab3 de bo-
no alieno: scđm illud psalmiste. Participē me fac deꝰ oīm timentiū
te ⁊c. S3 q̇a hoc participiū paucis nō pōt plene absolui: dimittat̃.
Si vo loq̄ris de eisdē chr̄i ⁊ eccľie operibꝰ: grā satisfactiōis: dico cū
diuo Thoma: ꝙ in absolutiōe a pctis ex bonitate dei interueniente
Chr̄i martyrio: sꝑ aliq̇d relaxat̃ de pena: nō aūt pena tota: alioquin
plene implēs iniunctū a sacerdote vel canone: etiā si nō plene satisfe-
cerit deo euolaret: qđ est hereticū: immo nō oporteret sacerdotē q̇cq̄
imponere: nisi forte per viā medicine ad p̄cauendū imposterū.

¶ Mar. remissio tñ: ⁊ participatio pape nullo modo est contemnē-
da: q̇a (vt dixi) est declaratio remissionis diuine.

¶ Sil. Siue de culpa: siue de pena intelligas: vtrobiq3 dānabiliter
erras: quia ⁊ culpā relaxat dispositiue: ⁊ ministerialiter. ⁊ siľr penā
per venias: vt crebro iā dictū est.

¶ Mar. difficillimū est: etiā doctissimis theologis: simul extollere
veniarū largitatē. et ꝯtritionis veritatē corā ppľo.

¶ Sil. Postq̄ Martine ꝑuerse docuisti: iā nūc detrahere incipis: et
veniarū declamatoribꝰ: ⁊ pōtifici ꝯsequēter. Qđ aūt difficile astruis
ego impossibile astruo tibi: tuiq3 similibꝰ. q̇ nō es (pace tua dixerim)
bonaꝝ disciplinaꝝ p̄ceptis institutꝰ: q̇ duo falsa p̄cepta tenes: q̄ ve-
nias euertūt. vnū quidē ꝙ vera ꝯtritio aboleat oēm penā: vt supra
videris innuere. aliud ꝙ vera cōtritio penas venijs p̄eligat semꝑ: vt
sequēti ꝯclusiōe patebit. Theologi aūt bene instituti facile efficiunt:
qđ tu difficile p̄dicas. dicētes: ꝙ sicut ī hūanis offendēs queq̄ cū iac-
tura honoꝛis: aut rerū: ⁊ si ex bono aīo offensi restituat̃ ad amicitiā
abolita culpa: nō tamen semꝑ abolita emēda: imo nec actiōe iniuria
rū plerūq3: ita etiā ⁊ deus: abolita culpa lege cōmuni vult. ꝙ pctōꝝ
emendā prestet. vt qui peccādo sue volūtati plusq̄ debuisset indulsit
aliquid contra suam naturalem voluntatem: ex voluntate electiua
patiatur: quod est penas dare pro culpis.

¶ Mar. Contritionis veritas penas querit ⁊ amat: veniarū autē largitas relaxat ⁊ odisse facit: saltem occasione.
eremitarū mendicantiū. credit cymices et muscas egyptias immergere in vn-
gentū oratiōis. ꝛ sacrificiū cōtribulati cordis.
¶ Porro. dicit clariss: doctor me digressum a peccato boni opis ad hoc quō
bona opa debeant coronari. dico salua sua reuerētia. non fuisse hoc ꝓpositum
meū sed cum de iusticia fecisset mentionē. ostendi ex sacra scripe: duplicem esse
iusticiā. ꝛ scd̄m p̱iā iusticiā fit retributio meritorū. Quare caput. 16. de gratia ꝛ
lib: arb: Augustini est impertinens. Preterea. q: dixi me nō meminisse in legēdis
martyrū q̄d in martyrio etiā clamauerint oīs hō mēdax. opponit mihi Augu:
qui non est martyr. sed confessor qui dicit martyres dicere dico ego plus. omnē
hominē debere agnoscere ꝓpheticā veritatē. q: oīs homo mēdax. q̄d si ꝓphe-
te credere noluerit aliqn̄ cū suo p̱iculo experietur. In psal: 79. dicit me fortiter
transiliꝭsse robur sue inductiōis. q: deus fuerit iratus super oratione. que ita a
Chr̄o cōmendatur. ergo a fortiori sup̱ aliꝭs opib: bonis. fuit sp̄ale de oratiōe
illa ꝓ saluatore mittendo. nec est verū deū in se irasci. q: ab illis passionib: est
immunis. sed q: habet se p̱ modū irascentis ꝛ hoc fuit sp̄ale rōe dilatiōis. Deīn
cū dixissem nullū ecclesiasticū vl̄ scholas: dedisse hūc sensum: q̄d in oi bono ope̱
iusti peccauerint. nisi scholasticos wittenb: Dico q̄ indignatus. d. d. minas

adiecit. que q: sunt ɔtra publicū saluū cōductū. refero ad dn̄os et iam me ex-
primo me ꝑcasse per illos scholas: wittenbergn̄. doctorem Andreā Bodenstein
de Carolostadio. et patrem Martinū Luther. Porro qđ de lege membrorū
induxit et auxiliū apl̄i implorauit. dico. Omnia ꝑ apl̄m adducta me libentis-
sime credere. et ꝓpter breuitatē omitto. Qꝫ varie istud caput sit expositum per
Origenē Hiero: Augus: Ambro: Damascenū et sanctū Paulinū. tn̄ in p̄ntia
accipio posteriorem sententiā Augustini. qui aliq̄n̄ fuit in sententia Paulini. ⁊
tūc dico concupiscentiā. illam legem membrorū. Qꝫuis fuerit peccatū an̄ bap-
tismū. tn̄ post baptismū non est peccatum. Ut b. Augus: libro primo de nup-
tijs ⁊ concupiscentia et maxime secundū Augus: lib: 6. ɔtra. Julianū. c. 5. In
sum̄a dico concupiscentiā infirmitatē illā et malā valetudinē. legē mēbrorꝝ legē
carnis. non esse peccatū nec mortale nec veniale. et post baptismū non origi-
nale. ꝙ si etiā sicut glossa interlinea: in loco allegato facit exponendo peccatū
pro quacumqꝫ concupiscentia. hoc est sicut August: exponit lib. 6. contra Ju-
lia: c. 5. q: fit a peccato. et est pena peccati. qui adducit. vnusquisqꝫ tentatur a
cōcupiscentia sua. abstractus et illectus. deinde concupis: cum cōceperit parit
peccatum. profecto in his verbis partus a pariente discernitur. pariens enim
est cōcupiscentia. partus peccatum. Sed cōcupiscentia non parit nisi conce-
perit. nec concipit nisi illexerit. hoc est ad malum perpetrandū voluntatis ob-
tinuerit consensum. et per hoc volo esse responsum hijs que adduxit de lucta
que est inter carnem et spiritū. quam om̄es experimur. sed ꝓposito non ɔuenit.
¶ Deinde adduxit Job c. 9. non audentem se iustificare. dico Job loqui scđm
illam rigidam iustitiam. ⁊ sicut sapientem. q: nemo scit an amore vel odio dig-
nus sit. sicut Paulus qui nihil sibi erat conscius et tamen dicit ꝙ in hoc non
erat iustificatus. vnde bene faciunt iusti ꝙ verentur om̄ia opera. Sicut Job
et sicut b. Grego: ait piarum mentiū est agnoscere culpam. vbi non est. sed ac-
cipiat hunc morsellum qđ Job. 27. inquit neqꝫ enim reprehendit me cor me-
um. in omni vita mea. quomodo hic se iustificauit? Deinde timebam ne auc-
toritatē Esaie obmisisset vniuersas iustitias nostras esse sicut sedentis vel vt
alius textus habet sicut menstruate possem ei dare solutionē Hiero: qui maxi-
mus biblie interpres. dicit Prophetā loqui de cōꝑatione iustitie legis et iusti-
tie Euangelice. tamen do ɔmunem. ꝙ verum est cōparando iustitiam nostrā
ad iustitiam diuinam est iniustitia. q: imꝑfecta manca et mutila. Sicut cō-
parando lumen creatum ad lumen diuinum est tenebre. ⁊ ꝙ hoc sit verum pa-
tet Luce. 18. nemo bonus nisi vnus deus. assumit b. August: de perfect: iust:
Concordat Chrysost: et alij. Omnia eñ comꝑata creatori nec bona sunt. cui
comꝑata nec sunt. Ergo qđ in vno loco de bonitate. ita alio loco de iustitia
dictum accipio. Postremo et ijs ɔcludamus. cū preculas Ecclesie mihi obijcit
ꝙ fiduciā in opibus nostris non habeamus. et in alia collecta. q: ex nulla no-
stra actione ɔfidimus. Dico cum lectionib: meis hodiernis. ꝙ per ista verba
non aufertur spes. sed presumptio tollitur. q: omnia facientes agnoscere debe-
mus q: sumus serui inutiles. ita indesinenter ecclesia agnoscit suos filios pec-
care. quare pro his rogat. sed ex nullis collectis vel alijs scripturis probatur
iustum semper in quolibet opere bono. etiam sanctū Laurentium in craticu-
la. peccare. ceterum si quid impremeditatum aut lapsu ligue aut ignoran-
tia. aut humane fragilitatis temeritate fuisset per me dictum vel factum. pe-
to ab illustriss: principibus prestan: et clarissimis viris. patribus venerandis
et obseruandis. dominis nobilibus. scholasticis. vt in his mihi veniam dent
et eos ipsos iudices precor. vt nihil suscipiant sinistro aīo a me factitatum.
paratus doceri et emendari. si alicubi verum sensum et intelligentiam scrip-
turarꝫ non fuissem assequutus. Soli deo gloria Amen.

Carolostadius.

¶ Primũ mihi placet ꝓtestatio egre: d. d. nam et ego ꝓtestor ꝛ peto. Cũ autẽ tps breue sit ꝛ ad singula rñ͂ nequeã opponere. duntaxat ea tangã que egre: d. d. amicũ meũ in meã sententiã traxisse videntur. Uidelicet responsio data ad Esaiam omnes iusticie nr̃e ꝛc. Ubi egre. d. d. respondendo dixit quod omnes iusticie nostre cõpate ad iusticiã diuinam sunt tenebre et iniusticia hoc mihi placet. ꝛ consequitur ex eo quod iustus faciendo iusticiam semper facit iniusticiam. Si sua iusticia fuerit collata ad diuinam iusticiã laus deo. Ceterũ cũ dicit quod pcib: ecclesie non aufertur spes a bonis opib: sed presumptio. facile ei⁹ sententie accederem. si ecclesia ita diceret. qui de bonis operib⁹ nõ habem⁹ presumptionẽ. sed cum dicat non habemus fiduciã. videtur sublata etiã spes.

¶ Postremo Rogo d. d. dicat mihi si Paul⁹ fuerit baptizat⁹ vel ne. qñ epl'as ad Ro: scripsit si fuit baptizatus tũc male appellat concupiscentiã peccatũ p⁹ baptissimũ. cum dicit. Nunc autẽ iam non ego opor illud. sed quod habitat in me peccatũ. testimoniũ est apl'icũ quod apostolus p⁹ baptissimũ concupiscentiam in carne sua vocat peccatũ. ergo nemo reprehendend⁹ si modum loquendi apl'icũ vel fuerit assequutus vel imitatus. contra alia ꝓpter voluntatem dñorũ mihi non licet opponere. Dixi.

Rñdit Eckius ut sit

Eckius.

¶ Dimissis duob: qr hoc semper fuit indubitatũ apud scholasticos. qd petit ex me scire de Paulo dico breuibus tria Primo. quod origenes Hiero: et Isidorus lib: 2. de sũmo bono volunt apl'm loqui de consuetudine peccandi. quam habuit sub lege. illa impellebat eũ ad malũ. Secundo. quod origenes reputat ꝓbabile et sanctus Paulinus ad Seuerũ testatur apostolum non loquutũ pro se sed in psona infirmorũ. que aliqñ fuit sententia b. Augu: 16. ꝯ Iuli: c. 11. Tertio dico. Esto quod p peccatũ hic intelligat concupiscentia. tñ peccatum ibi accipit ꝓ pena peccati. Ut ex Augustino lib: 6. cõtra Julianũ. c. 5. expsse liquet et in superiorib: diximus. peccatũ aliqñ accipi ꝓ pena peccati. vt qñ pro mortuis oramus vt a peccatis soluãtur sicut docte tradit Johãnes picus comes mirandulan⁹ conclusione ꝗ apologie. Ergo concupiscentia p⁹ baptismũ peccatũ dicitur. sicut scriptura alic⁹ dicitur eius esse manus. Quare si ꝯcupiscentiã dicitis peccatum ad modum iam declaratũ facile assentio si autẽ pctm̃ pro culpa et reatu sumitis manib: et pedib: dissentio. Tamẽ hoc addo ꝓcorollario. Non semper licere vt modũ loquendi etiã sanctorũ prm̃ teneamus: qm̃ etsi vulgatissimũ sit Mariã fuisse appellatã mr̃m christi tñ conciliũ decreuit ꝓ tẽpere vt nõ Christotokos: sed theotocos diceret. Illa cũ superiorib: subiicio maioribus meis paratus emendari.

Χριστοτοκοσ
Θεοτοκοσ

Carolostadius dixit
Et ego subiicio.

Finita est disputatio. M. D. xix.

xv. Julij que erat dies veneris horam circiter secundam qua finita magister Jo: Langius Lembergeñ. gratias egit oratione cõmendatoria. Conclusum est cum cantico Te deũ laudamus.

Incipit disputatio Excell: theolo: Johannis Eckij et Martini Luttheri august: que cepta fuit Quarta die Julij M.D.xix. hora septia.

Protestatio patris M. Lutheri In nomine dñi αμην.

¶ Protestationẽ vtriusq; egregij dñi et Andree Carolo: et Johannis Ecckij amplector et sequor. hoc vnũ addo. q pro reuerentia summi Pontificis ꝛ Ro: Ecclesie libens hanc materiã. non necessariã et mire inuidiosam ꝑtermisissem. nisi per ꝓpõnem egregij d.d. Joannis Ecckij in eam ꝯtractus fuissem. Doleo etiam eos non adesse quos maxime oportuit. qui cum et priuatim et publice toties me crimine hereseos ꝓfanarunt. nunc cum instet cognitio cause. se subtraxerũt. heretice ꝑuitatis inquisitores dico. qui fraternã monitionẽ et doctrinam postposuerunt criminationib⁹ suis.

Scopus.

De potestate imo de primatu Romani pontificis Ecckij protestatio.

¶ In noie tuo dulcis Jhesu. Anteq; in arenã descendã. Protestor coram vobis illustrissimis. nobilib: magnificis. et excellentiss: dñis. oĩa ꝑ me dicenda et dicta inprimis esse subiecta iudicio prime sedis. et dñi in ea sedentis. Deinde quorũlibet aliorũ. quorũ est errantes corrigere. et ad veritatis cognitionẽ reducere. Et q: reuerendus pater in prefatione sua quasi se excusando testatur se libenter hanc omisisse materiã. pro summi pontificis reuerentia. nisi per meam ꝯtractus fuisset ꝓpositionẽ. At meminerit reuerẽdus pater nisi prius ipse in resolutorio. ante tpa Syluestri negasset Ro: pontificẽ alijs supiorem. non fuisset necessariũ me tredecimã illã posuisse ꝓpõnem. et q in actis coram legato sedis aplice btm̃ Pelagiũ pontificem Euangelica scripta torsisse causatur qui tamẽ maxime oĩm ad sanctoꝝ patrũ intentionẽ verba Christi accepit. frustra ergo Reuerẽdus pater in me causam torquere nititur cui ipse non semel occasionem ꝑstitit. Sed iam ambagib: resectꝫ. pricipale institutũ deo duce aggrediamur.

¶ Reuerende pater. vestra conclusio tredecima mee cõtradicens. fatet Roma: ecclesiam esse alijs superiorẽ. iuxta frigidissima Romanoꝝ pontificũ decreta intra quadringentos annos nata. quibus obstare dicitis textum sacre scripture. et historias approbatas mille et centum annorũ. Cõtra quã sic oppono.

¶ Monarchia et vnus principatus in ecclesia dei est de iure diuino. et a Chro institutus. quare textus sacre scripture. vel historie approbate ei non aduersantur. Quoniam ecclesia illa militans que est velut vnum corpus. iuxta diui

Pauli sententiā. est instituta et facta ad imaginem ecclesie triūphantis. in qua est vna monarchia omnib: ꝑ ordinem dispositis. vsq₃ ad vnū caput. sc₃ deū. quare et talis ordo a chr̄o in terris est constitutus. cum fateat̄ Johānis quin= to. filium non facere quicq₃ nisi quod viderit patrem facientem. Quare nō de celo est qui capiti subesse recusat. sicut non de celo. sed de lucifero est qui deo non vult subijci. Que omnia latissime confirmari possunt. maxime ꝑ sacram illam animā b. Dionysium Areopagitam lib. de ecclesiastica hierar: vbi ait. Nostra em̄ hierarchia a deo traditis ordinib. sancte disposita sanctis et celes= tib⁹ hierarchijs conformis est. ita Grego: Nazan: in Apologetico. Sacro. s. mysteria (ait) adinstar celestis imaginis celebrari. ꝑ que vtiq₃ in terris celestib: ordinibus associamur. Nam quod monstrum esset ecclesiam esse acephalam:

Id est. sine capite.

qd omnes ferme heretici moliti sunt vt sanctus Cyprianus ad rogationum et Puppianū innuit. vt sic debilitato capite errores suos ꝛ virus impune possent mentib: hominū inculcare. Et hec fuit ratio principalis cum alijs annexis. ꝓpt quam parisiense felix studiū Johannē Tornacensem damnauit. negantem pmatū Ecclesie Romane. Sic ꝛ error fuit wikleffitic⁹ Romanam ecclesiam alijs non esse supiorem de lege Euangelij.

Martinus Lutherus.

¶ Quando d.d. arguit omnino esse caput ecclesie vniuersale. Optime facit. Et si est aliquis qui priuato pacto conuenerit cū dominatione sua ad defen= dendum contrarium. surgat in mediū. ad me nihil ꝑtinet.

Eckius.

¶ Quia reuerendus pater dicit nihil ad se ꝑtinere de contrario illius. qd inten= debam probare de iure diuino esse Monarchiam in eccl: militāte. sicut et triū= phante. in quo eū collaudo quod et in hoc diuo Johanni in Apocalypsi con= sentit. Vidi ciuitatem sanctā nouam des: ꝛc. at proprius ad rem accedentes. si ecclesia militans non fuit sine monarcha. vellē audire quis esset iste monarcha alius. aut vnq₃ fuisset nisi Ro: pontifex. aut q̄ alia prima sedes nisi sedes Pe= tri et eius successorū. iuxta illud beati Cypriani qui in epistola .z. ad Cornel: Ro: pontificem scribens contra Nouatianos subdole Romā accedentes in= quit: Post ista adhuc insup cedo episcopo sibi ab hereticis ꝯstituto. nauigare audent. et ad Petri cathedram atq₃ ecclesiam principalem. vnde sacerdotalis

Non ad Pe= tri scabellū

vnitas exorta est. a schismaticis et profanis lr̄as ferre ne cogitare eos esse Ro= manos. quorū fides ab Apostolo laudata est. ad quos ꝑfidia hr̄e non possit accessum. Et Hiero: idem testatur contra Luciferianos. ecclesie salus (ait) in summi sacerdotis dignitate pendet. cui si non exors quedam et ab omnibus. eminens detur potestas. tot in ecclesijs efficientur schismata. quot sacerdotes Et quod ille summus sacerdos sit Romanus. liquet apud eundem beatum Hiero: in duab: epistolis ad damasum papā. cui⁹ ferme singula verba ad in= stitutum faciunt. verum breuitatis studio illa signemus. Cum successore pi= scatoris et discipuli christi loquor. ego nullum p̄mium sequens nisi Christum beatitudini tue. i. cathedre Petri ꝯsotior. Super illam petram fundatam ec= clesiam scio. et infra: Quicūq₃ tecum non colligit. ille dispergit ex quibus quis= q₃ bonus Christianus facile conijcit vnitatem sacerdotalem a Roma: fluere pontifice. et illam fuisse semper cathedram principalem. et omnibus alijs pre= latam. et quod illa sit petra. sicut Hiero: dicit se scire super quam fundata sit ecclesia. vel reuerendus pater assignet alium monarcham ecclesie priscis temporibus.

Martinus Luther.

¶ Monarchiam ecclesie militantis prorsus confiteor eiusq; caput non homines sed Christum ipsum. idq; auctoritate diuina. Prima ad Corin: 15. oportet illum regnare. donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. et paulo ante Deinde finis cum tradiderit regnum deo et patri et euacuauerit omnem principatum quod August: lib. 1. de trini: vi. cap: exponit de regno Christi presentis tempis. ita videlicet quod Christus caput ecclesie per fidem. transferet nos qui regnum eius sumus per speciem. Sic Matthei vltimo Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi. Item actuū. 9. audiuit Paulus de celo Saule Saule quid me persequeris? Ubi iterum Augu: dicit caput loqui pro membris suis. Quare prorsus audiendi non sunt qui Christum extra ecclesiam militantem trudunt in triumphantē. cum sit regnum fidei. hoc est. quod caput nostrum non videmus et tñ habemus iuxta illud psal. 119. illic sederunt sedes in iudicio super domū Dauid. multe scȝ sedes in quibus vnus sedet Christus. Sedes videmus nō sessorē vel regem. Proinde ad auctoritates Egre: d. d. veniendo. quando asserit in ecclesia militante esse vnū principatum diuino iure et a Christo institutū. sua dicit. sed nihil probat. Nam prima eius auctoritas Pauli nimirum ephesios. 4. que Christum caput ecclesie dicit. pro me contra eum valet. cū certissime loquatur ibi de ecclesia militante. et Christum appellat eius caput. est etiam eadem sentētia contraria huic. 1. Corin. 3. Quid est Apollo? quid Cephe? quid Paulus? diuisus est Christus etc.? vbi manifeste prohibet aliud caput q̄ Christum. Secūda eius aucto: Johan: 5. non potest fil: fa: quidq; nisi quod vid: patrem fa: neq; de ecclesia militante neq; triumph: loquitur. sed omniū doctorum sententia de equalitate sua cum patre. sed q nihil facit aut possit facere pater quin idē possit et filius. Omitto q dixit non esse de celo qui capiti subesse recusat. Et esse de Lucifero qui deo nō vult subijci Quia sicut precedentia male sunt assumpta. ita et hec male illata.

¶ Tertia que est Dionysij nihil contra nos. non enim negamus Hierarchiā ecclesiasticā. sed de capite disputamus Monarchie. non Hierarchie.

¶ Quarto. que Gregorij Nazan: adducitur q per sacrosancta mysteria sociamur sanctis ordinibus celestibus. a quouis grāmatico intelligitur nihil sonare. neq; de Monarchia neq; de capite.

¶ Jam quod addidit esse mōstrū si ecclesia acephala esset fateor. sed hoc caput neq; ipse dñs doctor aliud dare possit q̄ Christū. quod probo euidenter. Quia si suū caput qd Ro: pontificē appellat moritur. vt est homo. iam ecclesia est acephala. si autem Christus interim caput est ecclesie. donec alius eligatur. non minus monstrum est Christum cedere viuo pontifici. et succedere mortuo.

¶ Quinta beati Cypriani Qui hereticos insectatus q debilitato capite moliti sunt errores suos impune hominib: inculcare. prorsus nihil facit ad propositū. loquitur eñ non de Roma: capite. sed de quolibet capite cuiusq; episcopatus. Et si egre: d. d. voluerit stare auctoritati Cypriani hac hora finiemus disputationē. ipse eñ Corneliū pon: nunq; aliter salutat nisi chariss: fratrem. Deinde describens episcoporū electiones et cōfirmationes per multas epistolas. ex diuinis literis efficacissime probat ad plebem pertinere et vicinos duos episcopos vel tres. quemadmodū et sancitum est in sacratiss: Nice: concilio. Quin idem beatus martyr vt beatus August: allegat lib: 2. ca: 2. de baptismo. sic dicit. Neq; enim quisq; nostrum episcopū se esse episcoporum cōstituit. aut tyrannico errore ad obsequendi necessitatē collegas suos adigit. quando habet omnis Episcopus pro licentia libertatis et potestatis sue arbitrium propriū. tanq; ab alio iudicari non possit. quo modo nec ipse potest alterum iudicare. sed expectemus vniuersi. iudicium domini nostri Jhesu Christi.

Ecclius dixit non fiet

¶ Quod aũt dicit e Romana et Petri cathedra ortã esse sacerdotalẽ vnitatem libentissime admitto. q̃ntu ptinet ad ecclesiam occidentalem. Nam reuera etiã Ro: ecclesia orta est ex hierosolymitana. hec est matrix ꝓprie omniũ ecclesiarũ sed nec valet consequentia ex Ro: ecclesia orta est sacerdotalis vnitas. g̊ ipsa est caput ⁊ dñ̃a omniũ pma. aloquin insupabiliter cõcluderet hierosolymitanã esse caput ⁊ dominam omnium.

¶ Ultima auctoritas diui Hieronymi nõ recte inducit ab egre: d. d. etiam si per omnia esset vera auctoritas. Hiero: qꝛ d. d. intendit ꝓbare ecclesie Romane potestatem Monarchicã iure diuino a Christo institutã. hoc verba Hiero: nõ hñt: qꝛ dicit cui si nõ exors quedã ab om̃ib: eminẽs det potestas tot in ecclesijs efficient schismata. quot sacerdotes. Detur inquit hoc est. iure humano posset fieri consentientib: ceteris om̃ibus fidelib: nam nec ego hoc nego. si cõsenserint totius orbis fideles in Ro: vel pariensem vel Magdeburgeñ: vel quemcũqꝫ vt esset primus pontifex et summus. hũc ꝓpter reuerentiã totius ecclesie fidelium sic consentientis. hñdum esse sũmũ monarchã. hoc aũt neqꝫ factũ est vnq̃ꝫ neqꝫ fit neqꝫ fiet. cũ vsqꝫ ad nr̃a tpa greca ecclesia non consenserit. neqꝫ tamen sit habita heretica. et hanc esse sententiã diui Hiero: ꝓbo ex epistola ad euagriũ. vbi dicit. Ubicũqꝫ epũs fuerit siue Rome. siue Eugubij siue Constantinopoli siue Regij siue Alexandrie siue Thanis. eiusdem meriti et eiusdẽ sacerdotij est. Potentia diuitiarũ. et humilitas pauptatis. vel sublimiorẽ vel inferiorẽ facit. Ceterũ omnes Apostolorũ successores sunt. Recitatur hec epistola in decretis non frigidis dis: 93. ca: legimus. idẽ sup epistolã ad titum. idem est ergo p̄sby: qui epũs. et añqꝫ diaboli instinctu studia in religiõe fierẽt. et diceret in poplis ego sum Pauli. ego sum Cephe. cõi p̄sbyterorũ cõsilio ecclesie gubernabant postq̃ꝫ vero vnusquisqꝫ eos quos baptizabat suos esse putabat in toto orbe decretũ est. vt vnus de p̄sbyteris electus supponeret. et inductis auctoritatib⁹ scripture dicit in fine. Sicut ergo p̄sbyteri sciũt se ex ecclesie consuetudine ei qui sibi p̄positus fuerit esse subiectos. ita episcopi nouerint se magis consuetudine q̃ꝫ dispositiõis dominice veritate p̄sbyteris esse maiores. ideo qḋ d. d. addidit a Hiero: intellectum esse summũ potificẽ Ro: dũ dicit. cũ successore piscatoris et discipli Christi loquor. ⁊ beatitudini tue .i. cathedre Petri ꝯsotius. sup illã Petrã fundatã ecclesiam scio. nihil facit. nõ sequitur consotior huic ecclesie. g̊ hec est sola prima. Nec sequit̃ est fundata supra Petrã. ergo sola est fundata.

Martinus Das sie den Hiero: nicht lang verbrãt haben

¶ Accedit ad hoc decretũ concilij affricani dist: 99. cap: prime. Prime inq̃t sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotũ. aut summus sacerdos aut aliquid hm̃i. sed tm̃ prime sedis epũs. vniuersalis autẽ pontifex nec Romanus appellet̃. quare si diuino iure staret monarchia Ro: pontificis. hec oĩa essent heretica. qḋ est temerariũ asserere. et in fine audiamus ipsum dominũ qui luce zz. dicit. facta est aũt cõtentio discip: quis eorũ videretur esse maior. Dixit aũt eis. Reges gentiũ dñ̃ant̃ earum. et qui potestatẽ hñt super eos bñfici vocant̃ vos aũt non sic. sed qui maior est vestrũ fiat sicut minor.

Eckius.

¶ Reuerendus d. pater satis instructus descendit in arenam. materiam suã hñs bono ordine contextam in libello imp̄sso. et p eum composito. quare illustriss: dñ̃ationes vr̃e. magnificentie et dominatiões. veniã dabunt Eckio multo iam tpe alijs negotijs occupato. si non tam rotunde et accurate euestigio tãta cumulare poterit. q̃ñtũ Reuerendus pater iam cõgessit. Uenit eñ̃ disputaturus non librum editurus. verum quid reuerendus pater dixerit per ordinem dispiciamus.

¶ Primo omniũ. caput esse ecclesie Christum ꝓbare intendit. quod tñ̃ fuerat superuacaneũ. cum nullus hoc negare p̄sumat. nisi qui antichristus sit. miror tñ̃ vehementer. quod hoc non ꝑpendit. sicut pollicet̃ in actis corã legato sedis

Apostolice posse se prestare quendã iurista theologum. plura esse posse capita subordinata. in quo mystici capitis ratio aut symbolici a rõe capitis naturalꝫ deficit. quare p̄ter caput Christũ. et aliud oportere queri caput in ecclesia statim ꝓbabit. Necq̃ ei suffragat ꝙ Apl'm inducit prima ad corinthios 3. diuis⁹ est Christus? Nam etsi Paulus ibi Petri meminerit. non tñ frustra dixit beatus Hiero: lib. 1. ꝯ iouini mihi colũ. 18. vnus eligitur. loquitur de Petro. vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Clare appellat Petrũ caput in ecclesia esse constitutũ. sed hec missa facimus. solutiones ad nostra inducta repulsuri.

¶ Primo cũ respondet ad illud Johannis 5. necq̃ em̃ filius potest facere quidq̃ nisi que viderit patrẽ facientem. dixit scd̃m sanctos patres exprimi hic eq̃litatẽ patris et filij. verũ legat attentius queso reuerend⁹ pater beatũ et inadulabilem patrem Bernardũ lib. 3. de consideratiõe ad eugeniũ. Ubi de forma ecclesie loq̃ns. et eam esse de iure diuino probans nr̃az rationẽ formauit mihi colũ. 7. nec vilem reputãs formã hanc q2 in terra est. exemplar habet in celo. Necq̃ em̃ filius potest facere quidq̃ nisi que viderit patrem facientem. p̄sertim cum ei sub Mosi nomine dictũ sit. Uide omnia facias secundũ exemplar quod tibi in monte monstratũ est. viderat hoc qui dicebat vidi ciuitatẽ sanctam ꝛc. Ego em̃ ꝑpter similitudinẽ dictũ reor quod sicut illic seraphin et Cherubin. et ceteri qui vsq̃ ad angelos ⁊ archan: ordinantur sub vno capite deo. ita hic q̃q̃ sub vno summo Pontifice primates vel patriarche Archiepiscopi. episcopi. presbyteri. vel abbates et reliqui in hunc modũ. tunc subdit Bernha: Non est paruipendendũ ꝙ et deum habeat auctorẽ et de celo ducit originem. Quis iã non intelligat hanc ecclesiasticã hierarchiã scd̃m Bern: a Christo institutã. et velut deus caput est in celo. ita summus pontifex caput sit in militãte ecclesia: Neutiq̃ Christũ excludendo. cui⁹ se fatetur vicariũ. Sed ad ratiunculã plebeiam quã induxit. ecclesiã manere acephalã papa mortuo nisi ridicule diceremus. Christũ cedere pape viuo et succedere pape mortuo. Ridicula prorsus ratiũcula que in re tam seria inter tot prestantes viros. vix est digna enarrari. cum ab initio dixerim caput illud symbolicũ a veri capitis naturalis ratione in aliquib⁹ cõuenientijs deficere. necq̃ Christus cuius regnũ manet ineternũ. et cui⁹ sempiternũ est sacerdotiũ cedit pape vel succedit. cum ei sit data om̃s potestas in celo et in terra. Matthei vlti: Et defuncto papa modo cetus Cardinaliũ: sicut defuncto episcopo capl'm iura illa teneat. vsq̃ quo nouus pontifex deligatur. Qd̃ vero secundo loco reuerẽd⁹ pater dicit Cyprianũ loqui de quolibꝫ episcopo non de Romano Pontifice plurimũ miror cũ intelligentia dictoꝝ ex causis dicendi sit accipienda. et Cypri: in locis per me adductis eos increpet qui a Cornelio defecerunt. Qui certe Roman⁹ fuit pontifex. Ob id sciat Reuerendus pater me non nudis verbis satiari. vt sophistas pascere solemus. que ex Cypriano pro se affert opponendo arbitror cumulatius efficiet. Nam ꝙ Cyprianus Cornelium fratrem appellat et apostolos fratres fuisse nemo nescit. attamen Petrus sicut et eius successor Cornelius caput fuit apostoloꝝ apex et vertex. iuxta beati Dionysij ca: 3. vel. 7. de diui: nominib⁹ sententiam. De electione et concilio Niceno et a Cypriano conscripta. nec ꝓmouent nec impediunt negotiũ. et multo minus August: lib: 2. ca. 2. de baptis: paruuloꝝ debebat adduci post Cyprianum. Nam Augusti: arrogantiã et temeritatem eorum qui per ambitionẽ et superbiam ad ecclesiasticas prelaturas se ingerũt reprehendit. ꝙ non debeant se constituere nec alios cogere ad se constituendũ. Cum quisq̃ prelatus exspectare debeat vt vocetur sicut Aaron.

¶ Tertio aliam Cypriani sententiam ex. 2. Epistola ad Cornelium diluturus respondit. Unitatẽ quidem sacerdotalem in occidentali ecclesia a Romana exortam. non in orientali. obticuit. hic Reuerendus pater qd̃ Cyprianus precedenter Romanam ecclesiam appellauit Petri cathedram atq̃ ecclesiam prĩa

cipalem Sed quid sua solutio possit medullā verboꝝ inspicienti est manifesta-
rium Nam Reuerendus pater more grāmatico ortum vnitatis sacerdotalis
intelligit quo ad auspiciū et initium . cum profecto Cyprianus voluerit expli-
care ortum cōmissionis . subordinatiōis seu influxus. vt ab vno Petro. velut
a capite. in ceteros omnes iurisdictio sit deriuata. alioquin non dabit vnum
sacerdotem nec hierosolymis . Taceo ꝙ eum non releuat glossula adiecta de
occidentali ecclesia. cum beatus Hieronymus ab initio sue epistole ob id ori-
entalem ecclesiam ex oriente scribens schismaticā dicat . que indiscissam domi
tunicam et desuper contextam minutatī per frusta discerpit. Christi vineam
inquit vulpes exterminant. denotans scʒ Hierony: ꝙ sponsa in canticis cōque
rebatur. capite nobis vulpeculas que demoliunt vineam. Taceat ergo que-
so Reuerendꝰ pater et nobis non insultet cum grecis et orientalibus qui a Ro:
deficientes ecclesia. a fide quoqꝫ Christiana facti sunt exules. Consectarium
est quo pacto accipienda sit illatio . Est radix ergo domina. Non enim de ra-
dice loquimur initiȷ̄. vel temporis. sed de radice influxus et principalitatis.
¶ Quarto loco nititur reuerendus pater se euoluere ex verbis Hierony : et illa
vitare. Nam summo sacerdoti tribuit quidem et dari summā dignitatem. sed
hoc fiat iure humano. Sed cur tunc beatus Hieronymus Damasum pisca-
toris appellat successorem et cathedre Petri vult associari? Illud diuinum ci-
tans Matthei. 16. super illam petram fundatā ecclesiam scio. Qd ita reliquis
ecclesiȷs appropriari non potest. vt Bernhardus ratiocinatur et proch dolor
cum summa Christianoꝝ iniuria sumus experti portas inferorum preualuisse.
ecclesie hierosolymitane. Antiochene Alexandrine. addo quoqꝫ Boemice. qd
tamen de ecclesia que fundata est supra petram veritas incorrupta Christi nō
patitur . Sed verissimū est in ȷ̄s que sunt fidei. quod Hieronymus in eadem
epistola affirmat . Ubicumqꝫ fuerit corpus ibi congregabunt et aquile. pro-
fligato a mala sobole patrimonio. apud vos solos incorrupta patrum om̄ino
seruatur auctoritas. At hoc in principali adhuc euidenter probauimus non
iure humano primatū obtinere ecclesiā Ro: sed diuino . Prestat tamē diluere
que venerandus pater pro se ex Hierony: adduxit . Primo ad Euagrium vbi
episcopum Rome et Egubȷ̄ Constantinopoli et Regȷ̄ eiusdem meriti dicit ꝛ
sacerdotiȷ̄. hoc sciuimus anteqꝫ Theognis nasceretur. neqꝫ papatus est ordo
vltra Episcopatū. Nam sic et alio loco equales dicit fuisse apostolos. Ubi ta-
men primatum sancto Petro nō abstulit. Sed ꝙ reuerendus pater tantope-
re a me efflagitabat ne diuerticula quererem quod nunqꝫ facere sum solitus.
ipsum canonem legimus adducens . 93. dist: me adhoc ducit procardū ꝙ dn̄i
Canoniste et Theologi an Episcopatus ordo sit proprio charactere insignis
sacerdotio additus. de quo in presentia velut impertinente nihil decerno. Hoc
tamen dico apparere mihi saluo semper meliori iudicio. nō talem fuisse in pri-
mitiua ecclesia confusionē. vt Episcopus a sacerdote non separaret. cū duode-
cim Apostoli septuaginta duos excedant discipulos. In cuius rei testimoniū
beatum affero Dionysium Hieronymo antiquiorē et primitiue ecclesie hierar-
cham . qui lib: de ecclesie hierarch: inter sacros ordines episcopatum ponit. et
supremum hierarcham. et quo pacto is debeat cōsecrari. cui assentiēs episco-
pos ab ipso ecclesie initio cōmune sacerdotiū excelluisse opinor.
¶ Tertio . adduxit canonem conciliȷ̄ Affricani . 99. dist: can: 1. Ubi concilium
prohibet nec Romanum pontificem debere dici vniuersalē. et ꝙ Christus hoc
prohibuerit luce. 22. Reges gen: 22. Respondeo verum esse fastuosum vniuer-
salis episcopi nomen fuisse prohibitū. non ꝙ Romanus pontifex vnqꝫ a vero
Christiano habitus sit non primus et summus pontifex. sed quod episcopus
peculiariter . Romane ecclesie non sit proprius cuiusqꝫ ecclesie episcopus. sed

primus. q̄ alioquin debitus honor Episcopis inferioribus non tribueret. Verum nihil criminis inest. si quispiam Roma: pontificē vniuersalem dixerit pro primo. rectius vero dicetur non episcopus vniuersalis. sed vniuersalis ecclesie episcopus. veluti est Christi vicarius. Qd dominꝰ ambitiosam redarguit apostolorū contentionē. qualis inter seculares queritur. hoc primatū ecclesie Roma: non aufert. sed quod beatus Gregoriꝰ primus fecit. et agnouit se ideo Ecclesie catholice prelatum. vt seruum seruorum se esse agnosceret. in qua re sequentes Pontifices non conuitijs lacessere. sed orationibus. vt tales fiant. a deo impetrare studeamus.

Hora Secunda pomeridiana Quarta die Julij 1519.

Martinus Luttherus.

¶ Primam responsionē meam qua ex auctoritate Pauli prima ad Corint: 3. ostendi. ab apostolo prohibitū ne fideles sibi arrogarent vel Cephe. vel Paulum. vel Apollo. ad istum modū confutauit. d. d. egregius q̄ etsi Paulus ibidem Petri meminerit. non tamen falso Hierony: contra Iouinianū dicit. Vnꝰ eligitur q̄ capite constituto occasio schismatis tollatur clare appellat Petrū caput in Ecclesia constitutū. adiecit. sed hec missa faciamus. Respondeo non patior propter minorē auctoritatē inductam me diuelli a maiore. Nec tantus est Hieronymus vt propter eum Paulum deseram. Non ergo Paulus solum meminit ibi Petri. sicut conatur extenuare ista confutatio. sed cum plena auctoritate docet et prohibet. ne quis dicat se esse Petri. Unde et idem capitulū concludit. Omnia vr̄a siue Paulus. siue Cephe. siue mors siue vita. Vos aūt Christi. Christus aūt dei. Stat ergo ista responsio mea adhuc inuicta et nisi robustius confutata fuerit. oppono eam omnibus preteritis et futuris argumentis. d. doct: Verbum enim dei super omnia verba hominū est.

¶ Ad Hieronymū autem dico q̄ et ego missa facio ea. cum sit ambiguissimꝰ locus. vt bene sensit dn̄s Doctor. Secundā responsionē meam ad auctoritatē Johan: 5. vbi dixi Christum loqui de equalitate potentie paterne. iussit me. d. Doctor attentius legere beatum Bernhardū qui hanc auctoritatē inducit pro ecclesia militante sicut auditū est. Respondeo. Diuum Bernhardū veneror et eius sententiā non contemno. sed in cōtentione accipiendus est sensus genuinus et proprius scripture. qui stare in acie possit. a quo sancti patres nonnunq̄ locupletande orationis gratia digrediuntur et sine culpa. Nunc autem ex precedenti et sequenti textu clarum fit Christum loqui de equali omnipotentia sua cum patre. Propterea persequebant iudei Jhesum. quia faciebat hec in sabbato ergo magis querebant eum Judei interficere quia non solum soluebat sabbatum. sed et patrem suum dicebat deum equalem se faciens deo. Respondit itaq̄ Jhesus et dixit eis. Amen amen dico vobis. non potest filiꝰ a se facere quidq̄. nisi quod viderit patrem facientem. et sic clare patet quod Bernhardus alio sensu tractat hoc verbum Christi.

¶ Ad tertiam. videlicet plebeiā vt dixit et ridiculā ratiunculā. qua dixi. etiam sine papa ecclesiā habere caput suum. opposuit. q̄ nō esset digna enarrari coram tantis viris et in re tam seria. R̄ñdeo. sit plebeia et ridicula. modo sit inuicta: Nec dum video eam cōfutatam. non em̄ intelligo si ecclesia ad tres vel quattuor menses nō est acephala mortuo Papa. modo sint alij episcopi. quō etiam non sit acephala cum nullus sit Papa Nam qd. adduxit de Cardinalibus penes quos sit vis eligendi &c. R̄ñsionem meam confortat. cum hinc sequat̄ eo tp̄e quo nondū erant Cardinales vt tp̄e Hie: non potuisse esse papā.

¶ Ad quartā Cypriani auctoritatē vbi dixi eum loqui de quolibet Pontifice. obiecit q̄ ex textu p̄uincatur eum loquutū esse de Cornelio Romano pontifi: contra Nouatianos. R̄ñdeo. mea non refert nec eam ep̄l'am in memoria habeo. hoc aūt scio q̄ diuus Cyprian⁹ p̄ multas ep̄l'as in hoc totus est. vt asserat cuilibet ecclesie suū caput et suū Episcopū. p̄ suffragiū plebis et iudicium vicinorū episcoporū ordinari. Ideoq̄ȝ si est vt d.d. allegat cōtra Nouatianos de Cornelio dico. certum est eum loquutū de capite Romane ecclesie. non vniuersalis ecclesie. Item et illud cōfutauit q̄ Cyprianus Corneliū semp̄ cōpellat fratrem nunq̄ȝ aūt dominū. vt nunc episcopi faciunt ponentes relatiuum sine correlatiuo. Obiecit q̄ et Petrus ap̄l'os habuerit fratres et t̄n caput et vertex ap̄l'orum fuerit: iuxta Dionysiū. R̄ñdeo si poterit egre: d.d. probare q̄ Petrus vnq̄ȝ vnū ap̄l'oꝝ ordinauerit. immo vnum ex septuaginta discipulis. aut vllū illorum vnq̄ȝ miserit. cedo om̄ia ⁊ volo esse victus. si aūt ego p̄bauero. qd ne om̄es quidem ap̄l'i potuerint vnum ap̄l'oꝝ mittere vel ordinare. rogo concedat mihi Petro nihil fuisse potestatis sup̄ ceteros ap̄l'os. Quo sequit̄ multo minus potestatis esse episcopo successori Petro super episcopos successores ceteroꝝ ap̄l'orum. Nūc aūt clariss: text⁹ est Actuū primo. q̄ Matthias ap̄l'us. ab vniuerso cetu apostolorum et discipulorum ordinari non potuit. sed de celo. sicut et ceteri omnes electus et ordinatus est a Christo ita et capi. 13. Saulus et Barnabas segregante spiritusancto assumpti sint in opus. Error ergo est ap̄tissimus q̄ Petrus habuerit potestatem super apostolos. Hoc sane fateor ap̄l'm Petrum fuisse primū in numero ap̄l'oꝝ et ei deberi honoris prerogatiuā sed non potestatis. equaliter electi sunt et equalē potestatē acceperunt. ita et de Romano pontifi: sentio qd honoris prerogatiua. ceteris debeat afferri salua cuiusq̄ȝ equali potestate et non sicut Pelagius in frigidiss: suo decreto infert. vbi maior auctoritas. ibi maior potestas et manet ceteros: obsequendi necessitas.

S diui: noib:

¶ Ad quintā. vbi electionē episcopi ex Cypriano et Niceno cōcilio attuli egre: d.d. satis Rhetorice contempsit dicens q̄ nec p̄moueāt nec impediāt negotiū sed p̄ hoc non dissoluit̄ mea responsio. stat ergo adhuc decretū Nicenū. aut si non stat et contra ius diuinū statuerūt. non catholicū concilium. sed diabolicū conciliabulū appellandū erit. sic cum putaret August: non fuisse inducendū. et pulcherrima glossa sua Cyprianū p̄ Augustinū adductū ita interp̄tat⁹ est. q̄ Cyprianus ambitionē et sup̄biam eorum rep̄henderet qui seipsos ingererēt anteq̄ȝ vocarent̄. sicut Aaron. Hoc mera fiducia dixit. ceterū textus satis clarus est. q̄ nullus episcopus quitam sit episcopus se cōstituere debeat aliorū episcopoꝝ episcopū. Stat ergo adhuc mea responsio.

¶ Ad sextam Grauiter me rep̄hendit idem egre: d.d. q̄ in altera auctoritate. Cypriani obticuerim hoc vocabulū. Principalē eccl'iam. deinde velut grāmaticū me nasosuspendit. q̄ dixerim ortam esse vnitatē sacerdotalē ex Petri sede. Ideo nouus dialecticus vel ph̄us potius ortum hunc interpretat̄. cōmissiōis subordinatiōis. seu influxus. alioquin inquit. nec ex Hierosolymis dabit vnū sacerdotē. R̄ñdeo siue docuerim siue locutus fuerim hoc vocabulū principale idē est. nec em̄ pōt p̄cipalis vocari respectu orientalis ecclesie. vt satis dictū est.

¶ Deinde cõmentũ suum de ortu influxus. eadem facilitate cõtemno qua ipse
finxit ꝛ non est dificile mihi dare vnum sacerdotem ex Hierosolymis. scʒ ipsum
Christũ. aquo incepit. et hinc orta ꝛ profecta est ecclesia. iuxta illud Jsaie. z. de
sion exibit lex. et verbum dñi de Hierusalem. Jam quod addidit auctoritate
Hiero: orientalem ecclesiã fuisse schismaticã. et indiscissam dñi tunicã minuta-
tim discerpentẽ. Nescio sane quid velit. nec eñ potest dicere quod tota orienta-
lis ecclesia et semꝑ fuerit schismatica. Hinc nec negare potest. quod et latina
ecclesia sua habuit aliqñ schismata. et tñ mansit ecclesia. Proin nihil est quod
iubeat me tacere et non insultare ꝑ Grecã ecclesiam. q: deficientes a Ro: ec-
cle: facti sunt et a fide Christi exules. ego potius rogo d. d. Eckium. vt ꝓ Eccle-
siana modestia. quam iactat. parcat tot milibus sanctorũ. cum vsqʒ ad nostra
tempora durarit ecclesia greca. et sine dubio vsqʒ hodie durat ꝛ durabit Non
eñ Christus accepit mediũ terre Romane. sed omnes fines terre in possessio-
nem et hereditatem a patre psalmo. z.

¶ Ad septimã quod ex Hiero: de sũmo sacerdote opposuit. meã responsionẽ
dixit esse euasionẽ. ideo confirmaturus dictum suũ adiecit. Cur beatus Hiero:
Damasum piscatoris successorem dicat. et cathedre Petri vult associari: illud
diuinũ citãs. Matth: 16. Suꝑ illã petrã fundatã ecclesiam scio. qd ita reliquis
ecclesiis approꝑriari non põt. et deiñ complorauit hierosolymitane. Antiochene
Alexandrine. tandẽ et Boemice casum. ꝛ ꝙ eodẽ Hiero: teste apud solos Ro-
manos incorrupta patrũ seruaret auctoritas. Respondeo et rogo d. d. Egre-
giũ velit dicta pr̃m allegare secundũ conscientiã. ne pro theologis videamur
esse sophiste nam summũ sacerdotem eo loci Hieronym⁹ appellat episcopum
quẽlibet etiam. vt qui de numero reliquorũ sacerdotum sit eleuatus. ideo nihil
ꝑtinet proprie ad Ro: põtificem Deiñ illa auctoritas Matth: 16. nõ appropriat
Ro: ecclesie tm̃ qd expresse indicant verba Christi cũ dicit. Ecclesiã meã. que-
cumqʒ ergo est ecclesia. est edificata supra petrã et non solum Romana. Aut si
non cõuenit ceteris ecclesiis hoc verbum. Romana ecclesia erit sola. et ꝑcon-
sequens non prima. Quare vnitas ecclesie non ab vnitate primatus Romani.
sed longe melius iuxta apostolũ Ephe: 4. ab vnitate fidei. baptismatis. domi.
pendet. sicut et frequẽter Cyprianus in epistolis suis sentit. Nec mansit apud
Roma: solos incorrupta patrũ auctoritas. nisi forte eo tpe quo scripsit Hiero:
immo tradũt historie Liberiũ Roma: ponti: ꝯcessisse Arrianis. et illud Hiero:
in viris illust: scribit Qd Achacius cesariensis episcopus Arrianus Eusebii
Arriani discipulus auctoritate constantii imꝑatoris ordinauit felicem in Ro-
manum pontificem.

¶ Octauo. confutans auctoritatẽ Hiero: a me inductã ad Euagriũ. Dicit se
sciuisse oẽs eiusdẽ meriti. eiusdemqʒ sacerdotii oẽs episcopos fuisse ꝛ esse.
sed papatũ esse ordinem vltra Episcopatũ. sed non euicit responsionẽ meã. q:
Hierony: sublimitatẽ ꝛ inferioritatẽ episcopoꝝ non iuri diuino. sed cõsuetudini
et potẽtie diuitiaꝝ tribuit. Jdeo adhuc maneo cum Hieronymo.

¶ Ad nonũ. Suꝑ canonẽ. 99. dist. dicit sibi non apparere in ecclesia primitus
fuisse talem ꝯfusionẽ. vt epũs a sacerdote non separet. Rñdeo. Quid hoc ad me
pugnet cum Hiero: et canonib⁹. ꝙ aũt Dionysiũ inducit inter sacros ordines
Episcopatũ recensere. miror ꝙ non etiam inducit ex eodem auctore Romane
ecclesie monarchiã. cum habeat tantũ momenti ad Hierarchiã. vt sine hac si-
militudo triũphantis ecclesie consistere non posset. Decuit aũt ꝓfessorem scri-
bende hierarchie argumento suscepto p̄sertim in p̄stantiore eius parte satis-
facere. At Dionysius vsqʒ ad episcopũ solum deducit.

¶ Ad decimã ad Canonẽ. 99. dist. vbi respondi ꝓhibitum fuisse ne Ro: pont:
vniuersalis ecclesie episcopus appellaret. cõfutauit in hũc modũ. Non ꝙ Ro:
pontifex non sit primus et summ⁹. sed ꝙ episcopus peculiariter Roma: ecclesie

Non sit proprius cuiuslibet ecclesie epũs. Respondeo. quasi vlli mortaliũ possit tam stultus incidere affectus. vt vna p̲sona velit oĩbus ecclesiis et singulis p̄esse. vt tantã insaniã necesse fuerit p̱hibere. Tñ relinquẽs hãc cõfutationem: rectiorẽ dedit. scʒ non episcopũ vniuersalẽ. sed vniuersalis ecclesie episcopũ eũ Roma: pontificẽ dicendũ. Nisi p̲cerem et ego suspenderẽ et hanc solutionẽ. sed iudicent Judices et auditores.

¶ Ultimo ad auctoritatẽ Christi vbi dixit. vos aũt non sic. dixit ambitionem fuisse redargutã. sed non primatum. Respondeo hec est peticio principii. quasi iam obtinuerit esse scʒ principatũ. Deinde clarus est textus q̄ non tm̃ ambitionẽ. sed ipsam maioritatẽ sup̲ ceteros prohibuit.

Eckius.

¶ Ad defensiones solutionũ a reuerendo patre datarũ. Dico de primo. Non increpasse Paulũ eos qui dixerant se esse Petri q: habuissent intentionẽ principatus apl'orum. sed quia singularitatẽ aspiciebant p̲sonarum. Quod verba ipsa clare indicãt diuisionis et schismatis. Et quanq̃ merito Paulũ p̄ferat Hiero: pie tamẽ credendũ est Hiero: eo loco sententiã Pauli bene intellexisse. Nec locus est ambiguus ob id caput in ecclesia cõstitutũ. vt schismatis tolleret occasio. Qd̄ grãmatico satisfecit lectori quã disciplinã precipuã pre aliis p̲tibus phie. theologie subseruientẽ dixit in disputatione quadã reuerendus pater.

¶ Secundo Nemo negauit Christũ Johan: 5. equalitatẽ cũ patre affirmasse nisi Arrianos. neq̃ alio sensu inducit Bernhar: Sed q̄ reuerendus pater arbitrat sanctos patres sanctã induxisse scripturã locupletande orõnis gratia. respuimus qm̃ talem ostentationẽ de eis suspicari non licet.

¶ De tertio. de papa mortuo tunc ecclesiã esse acephalan Dico nunq̃ negatũ Christũ esse caput ecclesie iuxta etiã glossam Canti. 5. caput eius aurũ optim. Glossa caput. i. Christus Papa vero est eius vicarius. In cõsistorio aũt epũs et vicarius computant p̱ vna p̲sona. vnde appellare a vicario ad epm̃ nõ licʒ.

Marti: respondit Hiero: non fuisse Cardi:

¶ De Cardinalib' vero dixi q̄ nũc. hoc est iuxta ecclesiã iam institutã. electio ad cardinales venerit Nicolao quodã pontifice ordinante. tñ t̲p̲e Hiero: fuisse Cardinales credo. nisi Hierony: non fuerit presbyter cardinalis.

D. Martin' dixit citra Atlantem

¶ Quarto de Cypriano. Certe fieri nõ potest vt sancti martyris verba in Romane diocesis angustias coartet. Quia epũm maxim ex Numidia q̃ regio est Affrice vltra Atlantẽ. vt Ptolo: et Strabo auctores sunt ad Romã aduentarunt Qd̄ vero Cyprianus Corneliũ fratrẽ apellauit. arbitror collectoris fuisse non Cypriani mentẽ. Nam si sanctorum episcoporum epistolas legerimus. inueniemus clare ea tempestate vsitatiores fuisse conscriptiones illas laudabiles et magnificas q̃ʒ modo fiat Romano Pontifici. vt de Ambrosio. Augustino. Hilario ceterisq̃ liquet patribus. Nam mutuo se vocant beatissimus. sanctissimus. deo amabiliss: etc. Ad adiunctũ. Causatur q̄ querã diuerticula et ad rẽ non p̲tinentia. cum bona vinea libenter dicerem. Turpe est doctori etc. petit a me vt p̱bem Petrũ ordinasse aliquẽ apostolũ. sed hoc ad institutũ nostrũ est imp̲tinens. Non eñ querim' quis vnũ aut alterũ ordinauit. sed quis primatũ sup̲ alios a dñо Jhesu accepit. Subseq̃ns omĩno respuo. cũ huiusmodi fecit illationẽ Petrus nullum potuit ordinare apostolũ. quare nec successor Petri successorẽ alterius potuit ordinare. vel sup̲ eo habere potestatẽ. Nã assumptũ est verũ. illatũ est manifeste falsum. cum summ' pontifex modo potestatẽ habeat et ordinet alios epõs. Uerũ ratio enodandi nodũ erit ista. q̄ apostolat' officiũ fundamentũ ecclesie. plus dicit q̃ʒ esse episcopũ. Quare Leo decimus successor est Petri apostoli. non apl'us. Sed q̄ fatetur Petrũ bene fuisse primũ apostolũ numero et honoris p̄rogatiua et non potestatis. illud non satisfacit instituto. Primo q: Euangeliste numerum apostolorum non equaliter inceperunt. sicut Chrysostom' sup̲ Mattheo annotat et glossa videatur Matthe. 10.

Deinde quod de potestate et honoris prerogatiua variat. expresse est contra sanctū martyrē Cyprianū. qui in tractatu de simplici: prelatoꝝ contra Nouacianū loquens de diaboli astucia. increpat eos qui velut iusticie ministri asserūt noctem ꝓ die. interitū pro salute. desperationē sub obtutu spei ꝑfidiam sub p̄textu fidei. et infra et cū huius apostolis oībus post resurrectionē suam parem tribuat potestatē et dicat. Sicut me misit pater ꝛc̄. tamē vt vnitatē manifestaret. vnitatis eiusdē originem ab vno incipientē. auctoritate sua disposuit. hoc erant vtiqꝫ et ceteri discipuli qđ Petrus. pari consortio prediti et honoris et potestatis. hoc ponderandū. Sed exordiū ab vnitate ꝓficiscit̄ vt ecclesia vna esse monstret̄. et infra. Hanc vnitatē qui non tenet legem dei non tenet. non tenet p̄ris et filij fidem. vitam non tenet et salutē. Hec notatu digniss: Cypriani verba. qui inter ꝑrogatiuā honoris et potestatis apostolos non variat.

¶ Ad quintū de electiōe. Dico vt prius. nichil nos disputare de modo eligēdi. sed de qualitate aut potius quātitate ipsius electi. quare conciliū Nicenū non fuit conciliabulū. Sed que factū et conuersationē respiciūt pro tp̄is. ꝑsonarū et locorū. qualitate mutari possunt vt in multis canonib: videmus.

¶ Ad sextū q̄ obseruand⁹. d. d. vti dialecticū opponit me finxisse distinctionē de duplici ortu. iam audiuimus Cyprianū et loquat̄ ꝓ Ecclo. cui non tm̄ suppetit ingeniū vt noua fingat. sed vetera sanctoꝝ dicta pro virili explanat. Dum vero oīm dat michi sacerdotē Christū primo Cypriani attentionē nō assequit̄ nec Hiero: qm̄ Petrū primū apostoloꝝ constitutū volunt. vnde reliquoꝝ sacerdotū potestas defluat Non quidē interius ꝯferendo quod Christi est velut capitis. sed potestatē Ecclesiasticā cōmunicando.

¶ Septimo. q̄ desyderat Ecclanā modestiam Grecos et orientales pro damnandis iudicantē. R̄ndeo Grecos longo tp̄e nō solum fuisse schismaticos. sed hereticissimos. vt tot erroꝝ cumulus et ꝑuicax obstinatia testatur Clementi: de sum: trini: vt de spū sancto de confessione. de trium Euangelistaꝝ falsitate. et innumeris alijs. quāuis sepe fictam fecerint Roma: ecclesie obedientiā. vt in concilio Florentino Eugenij quarti tp̄ib: factū est. Quare si pauci Christiani apud nos multoꝝ sententia. saluari debent. quāto magis paucissimi aut nulli in Turcia saluantur? nisi Religiosi aliqui et eis adherentes qui Romanam tenent obedientiam.

¶ De octauo. Rogat reuerend⁹ pater vt auctores allegē scd̄m ꝯsciam. in quo nihil hesitet. Vellem q̄ eos adducere possem etiā scd̄m scientiā. At Hiero: agnoscere Damasum velut summū pontifice. nulli potest esse dubiū. Sic quoqꝫ ecclesiā vl̄em esse fundatā supra petram nemo ambigat. Sed petrā illum esse Petrū et eius successores alio tempore probabo.

¶ Sugillat tamē non nihil Hierony: cum dixisset apud vos solos incorrupta prima oīno seruat̄ auctoritas. Quasi et Romani ponti: nō fuerint sine neuo Si ad tp̄us Hiero: refert. Liberius et Anastasius eum precesserūt. Hoc dico q̄ merito in mētib: fideliū est admirandū nullū Ro: ponti: quantū cuiqꝫ malū: vel errantē definiuisse iudicialiter et ex constituto. q̄ vnqꝫ meminerim qđ est ꝯ fidei Chr̄iane mandata cū huius facto ipso sepe errauerint. imo talia iudicia erronea. facere attentarūt. Ubi diuino quoqꝫ correpti sunt iudicio. vt de Leone Arriano aduersante Hilario. vt de Anastasio can: Anastasius. 20. dist.

¶ Ad nonū. de canone legim⁹. 93. distic: forte reuerend⁹ pater me non intellexit Nunqꝫ venit mihi in mentē papatū esse ordinē vltra ep̄atuꝫ. sed dignitatē. Qđ vero dicit mihi bellum esse cū Hiero: et canonib: dixi quid sentiam: prefero hoc loco Dionysij auctoritatē velut senioris. At cū rhetoricet reueren: pr̄ de Dionysio. Cur nō monarchā ecclesie descripsit. immo vltra ep̄atum nō ꝓgrediat̄. facile est qđ dicam. Dionysius em̄ sacramenta ecclesie ꝑstringit. papatū aūt cū ordinē esse negaueri. ep̄atus inter ordines oīm ꝯsensu supmū obtinebit locum.

¶ Decimo. qđ neminẽ tam insanũ existimat qui crediderit aliquem esse episco-pũ propriũ singulis ecclesijs. quid est quod ego ꝯqueror. nisi quod stultorum et qui singularitati student. infinitus est numerus. legat Reuerendus pater Alpharum de planctu ecclesie. Johannẽ de turre cremata in summa ecclesie Uuilhelmũ de Ocken in dialogo. et inueniet homines q̃nq̃ illius fuisse insa-nie. Qđ vero suspendere vult solutionem nr̃am de eo qđ dixi Papam vniuer-salis ecclesie pontificem melius q̃ꝫ vniuersalem episcopũ. feci hoc diui Bernh: auctoritate ⁊ summoꝝ pontificũ consuetudine ait eñ Bern: lib: z. de ꝯsidera: ad Euge: col. 7. Nempe signũ singularis pontificij Petri ⁊c. infra ita cũ q̃sq̃ ceteroꝝ suã hꝫ ecclesiã tibi vna cõmissa est. grandissima nauis. facta ex oĩbꝰ ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa.

¶ Ad decimũ. verbo Christi nõ satis factũ luce. zz. quasi sit cõmentũ meum at non sine auctore loquor adduco ei Richardũ Amarcanũ lib: 7. c. 3. de ques-tionib: Armenioꝝ. locũ istũ ita intelligentem. beati Leonis auctoritate. Et ꝗ hoc sit verũ. verba indicant et qui maior est inter vos ⁊c. Ergo p̃supponebat Christus aliquem esse maiorẽ. quis aũt esset maior nõ tunc indicauit. sed pos-terius. cum Petro diceret. de demone eos expetente. ⁊ quõ rogaret pro eo. vt ꝯuersus confirmaret fratres suos. vbi maioritatẽ eius declarauit.

Martinus Luttherus manc hora. 7. die Martis que erat. 5. Julij.

adhuc d.d. velit auctoritatẽ Pauli meli⁹ soluere similiter et illã ad Gala: deus
ꝑsonam homis ⁊c. vbi Paulus reijcit quidquid in petro et apostolis ꝑsonatũ
esse potest. seu qualificatũ vt dicunt. nondũ est tacta nedum soluta quibus vt
finiam disputationẽ addo et illud ꝙ Paulus. 1. ad Corin: 12. describens cor-
pus ecclesiasticũ. primo loco apostolos. scdo ꝓphetas. tertio Doctores ⁊ fere
postremo loco gubernatiões. quas d.d. administratiões vocat: recenset. Si ĝ
primatus Petri tanta res et tam necessaria esset iure diuino. insufficienter de-
scripsisset Paulus ecclesiam. vt qui principalissimũ qđ in ea est omisit. Insuꝑ
⁊ hoc adhuc stat ꝙ nec Petrus nec vniuersi apostoli Matthiã ordinare potu-
erunt actuum. 1. Nec ei administrationẽ dare. ideo Ro: pontifex plus sibi ar-
rogat administratiõis cõferende ꝑ totum orbem. quã in suo ꝓcessore apostolo
non inuenit. Similiter sentio de ordinatiõe Pauli et Barnabe act: 13. spũs. s.
non Petrus aũt ecclesia segregauit. ideo gloriatur nõ immerito se nihil acce-
pisse ab apostolis magnis. immo ad Corinth: scribens. dicit nihil minus se
fecisse ceteris apostolis. Sed et illa auctoritas adhuc Petrũ arctius stringit
qua scribit ad Gala: qui operatus est petro in apostolatũ circũcisionis. Operatus
est et mihi inter gentes. ⁊ infra. Dederũt mihi dextras ⁊ Barnabe societatis vt
nos in gentes. ipsi aũt in circũcisionẽ. tantũ vt pauperũ memores simus. Qua
auctoritate si vellem niti. non posset d.d. cogere aut vllus hominũ apostolatũ
Petri latiorẽ esse q; in Iudeos iure diuino et ꝑ hoc oẽs auctoritates quibus
nititur. pasce oues meas ⁊c. et tu es petrus ⁊c. referendas esse ad terminos sui
apostolatus. quẽ ad modũ Christus clare Johannis. 10. Oues gentium se-
cernit ab ouibus Isrł. dicens. habeo adhuc alias oues que non sunt ex hoc
ouili. et in fine qđ et d.d. heri tetigit Apocalyp. 21. describit Hierusalẽ noua
cum duodecim fundamẽtis preter illud fundamentũ capitale Christus. et tñ
ibi nihil differentie ponitur inter fundamẽta duodecim qđ oino faciendũ erat
si tantũ erat de primatu Petri sentiendũ. ad hoc idem valent plurime figure
in scripturis. vt duodecim boues. 3. reg: 4. maris enei. item duodecim Leun-
culi throni Salomonis. duodecim lapides Jordanis et similia. in quib⁹ oĩu-
b⁹ prorsus oĩmoda equalitas oim apostolorũ descripta est. Nec potest vlla
inequalitas in ꝯtrariũ ꝓbari iure diuino. Hec sint dicta pro ista cõclusiõe quã
ego vsq; hodie verissimã credo. immo certe scio. nec spero posse eam vnq; cõ-
uelli. Quare rogo d.d. egre: ex quo nullã adhuc posuit auctoritatẽ diuini iuris
pro sua sententia. saltem dissoluat aliquas clare et sine diuerticulis. alioqui:

non habebo eum pro recte sentiente de scripturis theologo. et reliquos. immo
refero ad iudiciũ non inuidie neque vulgi. sed ordinandorũ iudicũ. et cuiuslibet
prudentis lectoris candidiq; auditoris.

Eccius.

¶ Nescio quid reueren: pater velit q ab initio sermonis dicit me nihil r̃ndisse et
tamẽ in eius ꝑcursu solutiões meas heri datas inuictas ꝛ robustissimas nititur
infringere. an illa sibi constent ipse viderit.

¶ Deinde q auctoritate concilij Constantiẽsis: non vult se artari. viderit ipse:
videant Judices q̃ iuste fecerit. Nicenã Synodũ non respuo in ijs que sunt
fidei. atq; mores respiciũt. vt ordinatiões episcoporũ ꝓ qualitate temporũ ꝛ lo-
corum mutari possunt. Postulat ex me vt ius diuinũ ei afferam. qd etsi sepius
fecerim cõclusio tamen mea illud non habet. sed dũtaxat q reuerendus pater
in resolutorio dixit Ro: ecclesiã ante tpa Syluestri non fuisse alijs superiorem.
qd in cõclusione mea nego. tamẽ fateor primatũ Ro: pontificis esse de iure di-
uino sc̃dm allegata p me. Deinde reprobatur⁹ solutionẽ dicit distinctionẽ meã
humano arbitrio inuentã quasi nõ liceat in theologia distinguere. sicut Arri⁹
p illud Pater maior me est. qd diluens Athanasius distinguẽdo Pater maior
me est secundũ humanitatẽ. sed nõ secundũ diuinitatẽ. q sacras scripturas nõ
distinxit Arrius. eam nõ recepit. ꝛ ita in errore ptinaciter mansit. Sic in ptitia
eum qui elucidant sacram scripturã vitam eternã habebunt. Diuersos passus
scripture conferendo ne in sacris literis Ziretas admittat. distinctiones dande
sunt. ne litere nimis tenax occidat. sed magis a spiritu viuificet et quia Petrus
alijs preferter sepius in sacris scripturis, sepe eis equalis repitur. ad contra-
rietatẽ vitandã necessariũ est distinctionẽ ponere. sacre scripture conformẽ Sic
et Hierony: innuit et Cyprianus p me allegati. et epistola. 9. qui et equalitatẽ
apostolatus fatent. et tamẽ primatũ Petro tribuũt qd fieri non potest nisi ad
diuersa referas. placet mihi aplatum dicere offitiũ. ita tamen q etiã dicat ho-
norem. sunt eñi ista noĩa ꝛ honoris et oneris vt dixi. qd apostolus ad Ro: indi-
cat c. 10. quõ euangelizabũt nisi mittant? De administratiõe iterũ assentior
reueren: pri. illam sc; in tpalib: esse multo inferiorem q̃ illa in spũalib: Deum
optimũ rogem⁹ vt episcopi nostri illud agnoscãt. et spũalia non p vicarios ꝛ
tpalia per seipsos administrẽt Denotaui g administrationẽ regiminis in spũa-
libus ptãtiue. nec obstat q reuerendus pater dicit sic se posse fingere Johan-
cancellariũ. Marcũ sigilliferũ ꝛc. qñ vt August: ait liberis verbis vtunt phi-
nobis vero ad certam regulã loqui fas est ideo talia oportet afferre que fun-
damentũ recipiant ex sacra scrip. sicut primũ membrũ apostolatus in aposto-
lorũ equalitate. alterũ membrũ regiminis in Petri primatu. Unde fateor ro-
bustissi: esse auctoritatẽ Pauli. sed que mihi nec in vna litera aduerset. cõtemp-
sit reueren: pater simile p me adductũ de schismatib: in ꝓuincia ꝑside carente.
qñ iam ita sit in regnis fideliũ Hispanie Gallie. Anglie. Ungarie. que sunt sine
capite ꝛ tamen stat pax q cõcordia. inter illa miror quõ reuerend⁹ pater tan-
tarũ cediũ. bellorũ. preliorũ. iam fuerit oblitus que non potest ignorare. Dicere
nolo tam diuturnũ dissidiũ ꝛ ppetuum odium inter Gallos et anglos. Odiũ
etiam inueteratũ inter Gallos ꝛ Hispanos. qui toties pro regno Neapolita-
no cum maxima Christiani sanguinis effusione bella gesserũt. ꝛ vtinã tandem
pax esset stabilis et pmanens. Unam fidem. vnum dominũ Christũ agnosco
cum apostolo. sed Ro: pontificẽ vt Christi veneror vicarium. Stat ergo prior
solutio inuicta ꝛ valida meo saltem exili iuditio. de quo doctiores iudicent.

¶ Preterea obseruand⁹ pater dicit verba Pauli p me non tacta Deus perso-
nam hoĩs non accipit et sic minus soluta. forte obaudiuit. qñ tam ex Ambro:
q̃ Hierony: adduxi eorundẽ verborũ sententiã. Johãnes eñi ꝛ Petrus ideo te-

Quia omnes
sumus ceci
dixit Ecc⁹.

fuerant ⁊ analphabetici in lege. Paulus cōtra doctus fuit ꝓficiens sup̄ mul-
tos coetaneos suos. vt dese testatur. noluit ḡ Paul⁹ reputare quales fuissent
Petrus et Johannes. quia ꝑsonā hoīs deus non accipit. Ita eñ elegit pis-
catorē sicut doctū scribam. sed ꝑ hoc primatus nō tollit. sed acceptio ꝑsonarū
deo non imputat. etiā si vnum alteri ꝑelegerit. vt de Cornelio Petrus fatebat
in veritate cōperi q2 nō est accep: ꝑso: ap: deū veniam⁹ ad inducta ꝑ re: prem.
¶ Apostolū citat prima ad Corin: 12. qui corpus mysticū describens referat
apl'os. ꝓphetas. doctores ⁊ nouissime administrationē. dico egregie quidem
apl'm descripsisse. sed primatū ibi nec negasse nec astruxisse. Inualidū est ergo
argumentū hic Paulus huiusmodi primat⁹ non meminit. ḡ primatus nō est
in ecclesia. tum ꝙ pueri sciunt locū ab auctoritate negatiue nō valere. tū ꝙ etiā
in sacra scrip: vno loco non expressum. iuxta Augustini doctrinā lib: de doct:
Chris: ex alio loco accipi debet. sicut nos fecimus. pariformiter rūdemus ad
illud Apocalyp: 21. fateor. 12. fuit fundamenta. sint illa etiā figurata ꝑ duo-
decim boues ꝑ. 12. leuit: ꝑ. 12. lap: Jordanis. sed in ijs numerus duodenarius
apl'orum asserit. primatus ob hoc non negat. Ego aūt eū locū ob hoc induxi
ꝙ oporteat passus sacre scripture ꝯcordes ostendere. ⁊ cum apl'us vnū funda-
mentū Christū posuisset ⁊ nemo aliud ponere posset. Petrū ꝑ hoc fundamentū
ecclesie negari non debere. q2 Johannes ⁊ ipse sanct⁹. duodecim posuerit fun-
damenta. ꝙ nisi distinctionē acceperis de funnamento fundamentoꝝ. i. princi-
pali ⁊ de fundamēto substituto seu secūdario Paulū et Johan: nō ꝯcordabis.
¶ Secūdo loco induxit Petrū non potuisse ordinare Matthiā. sic spiritū san-
segregasse Paulū ⁊ Barnabā. Rñdeo cum apostoli fuerint episcopi nō memi-
ni me repertisse in sacra scriptura ordinatos a Christo episcopos. cū in vltima
cena primū eos ordinauerit sacerdotes. quare ⁊ illud in Petrū referre possum
q̄ ad episcopatus ordinationē. attamē. q2 apl'atus officium a solo deo tributū
admitto. non mirū ꝙ diuinū postularūt presidiū. sortes eñ miserūt nō vulgari
more sed vt sacer Dionysius testat sors illa fuit spūs sancti visibilis apparitio.
Unde locus ille ꝓ primatu Petri facit. q2 primatū sibi cōcessum executus est.
In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrū ⁊c. Sicut ⁊ de Saphira et
Anania. sicut in excusatione apl'oꝝ ꝙ non essent musto repleti. sicut in rñsione
et defensione coram cōsilio Judeorū ⁊ alijs in acti: apl'oꝝ cōtentis. vbi regimē
superioritatis exercuit. Unde Matthiā credo apl'm a dño factū et a sancto Pe-
tro episcopū ordinatū. Sic ⁊ de Paulo dudū ꝯcessi ꝙ apl'atum a deo accepit.
abundanti⁹ eū laborasse alijs fateor. Sed ad terciū veniam⁹ qd videt magis
facere ad ꝓpositū inter alia ꝑ reue: patrē adducta. qui coopatus est Petro ad
Gala: 2. Et dico Paulū non ꝓmulgasse ibi ius diuinū. sed narrasse factū q̄m
et Petrus in acti: apl'oꝝ Corneliū gentilē iussus est in fide instruere. ⁊ gentib:
in Antiochia vbi presedit et similiter Rome. vbi tandē martyrio a Nerone gē-
tili coronatus est prefuit ⁊ docuit. simul cū Judeis ad fidem ꝯuersis et conuer-
tendis. Unde clare liquet Paulū factū tunc narrasse. Pretereo ꝙ sanc: Paul⁹
non meminit officij regiminis vel primatus ꝑsidentie. sed executiōis apl'atus:
secundū quem apostoli diuersas sortiebant ꝓuincias. in quo et Petrus alijs
apostolis equalis fuit secundū Anacletū can: in nouo scd'm Hiero: cōtra Jo-
uini: et sup ep'la ad Galatas scd'm Cypri: in Ep'la. 9. ad Corne: papam lib. 4.
Qua de re sacra scriptura intelligenda est cum effectu vt aduertamus quādo
de officio apostolatus loquat. et quādo de regimine potestatis seu presidentie
non refert ꝙ reue: pater adhuc negat me adduxisse ius diuinū pro primatu et
non dissoluisse auctoritates per eum inductas. q2 idem dicerem de eo. attamē
nullus ex sanctis patribus ita intellexit auctoritates per reuere: patrem in-
ductas ad negationē primatus Petri super alios. sicut ipse induxit. Contra
vero plurifariā sancti patres intellexerunt auctoritates per me inductas loqui

Non est ver(um) dixit Marti:

de primatu Petri. Unde circa illam pclusionē si aliquādo acerbius et durius quidq̄ʒ loquutus sum contra reueren: patrem. nollem arbitremini in psonam suam dictum. sed causa ipsa que vertit tam pregnans et necessaria mihi videbatur. vt verba aliqñ acriora essent vtenda. In reliquis pclusionib: Eccianā semp expiemini modestiā. vnde et ego istam pclusionem volo finire in psitia. q repetem s. Petrū primatū totius ecclesie a Christo tenuisse ex pmissiōe ei facta Matth: 16. sicut intelligit Hiero: Ambro: Cypri: ꝛ aliȷ̄. ex noiatione q primus noiatur Matth: 10. scd̄m glossam ibidē. Ex solutiōe tributi Matth: 17. vbi solꝰ ipse fuit equiparatꝰ Christo. scd̄m Aug: et Amb: Ex eo q Christus rogauit pro fide eius indefectibili. ꝛ iussit eum pfirmare fratres Lu: 22. scd̄m Chrysost et sanctū Leonem. q pastor ouium Christi cōstitutus est Johannis vlti: scd̄m Chrysost: et Grego: q Christus ait ad Petrū sequere me. non solum scʒ genere martyrȳ sed et ordine magisterȷ̄. scd̄m Theophilū: q solus iussus est Petrus venire sup mare ad Christū. vt sic mundus per mare designatus totus ei subiectus scd̄m Bernhar: de Consi: ad Eugen: et per alia supius adducta reputo conclusionē illam a tot s. patrib: ꝛ nouissime a concilio Constan: pbatam esse veram. nolo tamen inniti ppie prudentie paratus captiuare intellectū meum et in ȷ̄s et quibuscūq̄ʒ aliȷ̄s iudicio iudicū ordinandorū sedi apostolice et aliorum prudentum et bonorum virorum

Soli deo gloria.

Hora secunda Martinus.

¶ Cogimur adȷ̄cere coronidē q egre: d. d. diluēs obiecta mea simul plurima opposuit et rursus me rñdere coegit et quanq̄ʒ id voluissem preterire. tñ vt ordinandis iudicib: p omnia meam sententiā declarem paucis respondeo. Primū opponebat q Petrus prefabat electioni Matthie exhortās apl'os ꝛc. Credo aūt nec ipsi d. d. videri per hoc pbari primatū Petri si Petrus predicat. cum in supiorib: ipse mihi responderit aliud esse apl'atum et aliud administrationē regiminis. non recte ḡ dixit Petrū sic pdicando exercuisse administrationē regiminis: alioquin et Stephanus erit primus et papa. q et ipse predicauit et multa fecit in populo. Et q credit Matthiā apostolū esse episcopū ordinatū a Petro. sum contentꝰ vt credat quidquid volet. ego non credo nisi probet. Itē q Petrus exercuerit primatū in pcussione Ananie et Saphire potest dici sed nō pbatur. nam suscitauit mortuos q et aliȷ̄ apostoli fecerunt. Item q excusauit apostolos ne viderent esse ebriȷ̄. nec hoc indiciū est primatus. cum vt dixi egre: d. d. semp distinxerit primatū ab omib: opib: ꝛ administrationib: cōib: ceteris. Item q Petrus ambulauit sup mare et Bernhar: per mare interpretat mundū concedo. sed nihil ad primatū. cum et nos calcare debeamus mundū. Illud libens transseo de fidei indefectibilitate rogante Christo pmissa. pcedo eñ fidem Petri nunq̄ʒ cecidisse. et si ipse ceciderit a fide. Tūc eñ latro credidit fide Petri. qñ Petrus negauit. vt Aug: ait. longe aliud est fides q̄ʒ primatus. Item ꝛ illud q Petrus dedit staterem p Christo et se in quo equipatus dicit Christo. concedo. sed nihil ad primatū. imo contra primatū. nam mox sequit vt et Hierony: interpretat ceteros apostolos ideo offensos q Petrum suspicarentur fore maiorem. ceperunt disputare quis esset maior. Ideo Christus aduocato paruulo compescuit eorum ambitionem et sic sequentia textus fortius pugnant contra primatum quā precedentia pro primatu. Illud Johannis vltimo q soli Petro dictum est. Sequere me. interprete Theophilo. sit intelligendum non modo de genere martyrȳ sed ꝛ ordine magisterȷ̄. nego Theophilum. cum q Augustinus melius videatur sentire dicens sic. Sequere me temporalia mala perferendo. et si Augustinus non diceret. ipse textus.

Euangeliū cōuinceret. Exiit em̄ sermo inter discipulos ꝙ discipulus ille non moreret cum audissent Christū dicentē. si volo illum manere quid ad te tu me sequere. Ideo manifestissimū est ꝙ de genere martyriȷ̄ ⁊ passionis imitatio ista intelligenda sit. Quare ego rogo d.d. omittat noua adducere ⁊ presertim ea que nō faciunt ad rem. cum ⁊ ego possem inducere illud act: 8. vbi apostoli miserunt Petrū et Johannē tanꝗ̄ inferiore et act: 15. Jacobus sermonē Petri ⁊ confirmauit et mutauit. sed nolui hec et similia inducere. cum iam dudū cōcesserim primatū honoris Petro. solumꝗ̄ negauerim primatū potestatis sup ceteros apostolos. Hec est em̄ illa ꝑsona. imo et primatus honoris quā deus non respicit. vt supius induxi. non aūt illa ꝑsona piscatoris ⁊ paupertatis. vt Ambro: referente doctore exposuit. Hiero: em̄ melius de magnifica qualitate Paulum interpretat̄ qua pseudapl̄i ad Gala: tanꝗ̄ ab auctoritate Petri subuertere voluerunt. sum em̄ cōtentus optime ꝙ d.d. suā ꝓpositionē ꝑ auctoritates Hiero: Ambro: Bernhar: Leonis ꝯfirmauit. precipue sup hāc auctoritatē. Tu es petrus. modo mea sententia vt in precedentib: dictū est eisdem et maiorib: auctoritatib: ⁊ magis ad intentionē loquentibꝰ confirmatior habeatur. referens hec queꝗ̄ ad iudicium vt supra.

Eccius.

¶ Reuerendꝰ pater recludit hodie conclusa. ⁊ ea que velut accessoria ⁊ emblemata in cōclusione adiecit Coronidē. repcutit vt principalia ⁊ adeo metamorphosin curat. vt ignorē an in opponentē vl̄ r̄ndentem sit transformatꝰ. ad rem breuibꝰ. Nunꝗ̄ somniaui illam ꝯsequentiā Petrus predicauit g̊ fuit primus. Deiñ credulitatē meā de Matthia imꝓbat et tm̄ rationē meā nō diluit Matthias et ceteri apostoli fuerunt episcopi et non fuerunt ordinati a Christo nec seipsos ordinauerūt quare nō nisi a Petro fuerunt ordinati quē Christus pastorē constituit. quare mecū credat vel ad illud respondeat. De excusatione petri imponit mihi nunꝗ̄ cogitatū ꝙ primatū separauerim ab opibꝰ administratiōis aliorū apostolorum. nunꝗ̄ fuit mentis mee. immo allegaui b. Grego: alios episcopos vocatos in ꝑtem sollicitudinis. nō in plenitudinē ptātis. De Bern: super transitu Petri sup mare. dicit nihil facere ad primatū. de quo miror quō dicere possit si Bernh: legit. nā ex intentiōe Bernhar: voluit ꝓbare ex hoc primatū Eugenii sup alios. et totum mundū debere ei esse subiectū. non sic aliis episcopis vel apostolis. De statere ex litera sequenti vult elicere oppositū. qđ tamen non fecit. sed Christus murmur apl̄orum cōpescuit. At ego non meo capite. sed sanctorum patrū verba sacre scrip: accipio. nam ex hoc b. Ambrosius voluit denotatū Petrū reliquis supiorem futurū. qđ ⁊ August: in quest: Euāge: testatur expressissime. questio mihi non occurrit. quare nostro sensui non innitamur. sed sanctis prib: De fidei defectibilitate transiit pater adducens tm̄ illud Augustini ꝙ fides quā Petrus negauit latro in cruce seruauit. et ego de illo dicto transeo. Sciat. tm̄ reuerendꝰ pater ꝙ sanct: Cypri: verbis Christi innixꝰ voluit nullas hereses Rome vel in aliis ecclesiis exortas. sicut pridie dixi ꝙ in Ro: sede fuerunt ducenti 2.12. pape. et tamen ante eorum amotionē nullus definitiue ⁊ sententiā ferendo in fide errauerit. Ad Theophilū quē ꝓ suo nutu negat. siue alicuius vel auctoritatis vel rōnis inductu. miror ꝙ Ecclesiasticos pres ita contemnit. qui sophistis est admodum infensus. August: induxit qui Theophilo non aduersat̄ Chr̄m loquutū de genere martyrii. sed doceat vbi Augustinus ordinē magisterii negauerit. cum ibidem tracta. 124: de Petro fateatur eum fuisse abundantiore gratia vnum eundemꝗ̄ primū apostolū. Et in epistola. 162. in Ro: ecclesia inquit semꝑ apostolice cathedre viguit principatus. quare non me roget vt conclusionē nostrā quā reputo veram. non defendam. suaꝗ̄ adduxit de Petro misso in Samariā et per hoc primatū ab eo ablatum. quasi nesciamus aliquē mittere seipsum. vt filium dei a patre et a se

ipso missum non nouiter ista ventilari ceperūt. sed oīa dubiū fuerunt soluta per Alpharū. Johannē de turcre: et alios. ꝙ si Petrus Jacobo cessit Hierosolimis in ꝯcilio. et loci ⁊ senectutis rōnem hūs primatū petro nō aufert. sed vt videaꝛ aliquid facere tribuit primatū honoris Petro. forte velut ambitioso. cū ex me audierit Cyprianū. Hiero: ⁊ Anacletū. apostolos equalis fuisse honoris Ergo primatū honoris reuerend⁹ pater tribuit Petro quē sancti patres negant. contra primatū regiminis negat Petro. quē concors sanctoꝝ patrū sententia ⁊ conciliū Constantieñ Petro tribuit. Desinat ergo oro gloriari se ꝯtra tam sanctos patres. ꝯtra tam celebre cōcilium se maiorib⁹ auctoritatib⁹ nixū. ꝙ sepe ostenderim auctoritates ꝑ eum inductas. primatū non negare alicuius sancti patris sententia. Quare potius cū grecis sero sapientib: velut de Troianis dicitur tandē sapiat Roma: pontificem verum Christi vicariū. primum in orbe tenere locum. sicut greci ipsi impator patriarcha et primates hoc confessi sunt ⁊ obedientiā fecerunt Roma. ecclesie anno. 1439: 22. Nouembris. ⁊ sic fiat pax in dieb: nostris que omnia vt supra cōmitto iudicio eorum. quorū interest et intererit. soli deo gloria.

Martin:

¶ Non displicent oīa ferme que loquutus est egre: d. d. precipue illud Aug: ꝙ apostolice cathedre principatus viguit semꝑ in ecclesia Roma: si addidisset et vnum verbū scʒ principatus potestatis super oēs episcopos. et Bernhar: credo torquere textum de ambulante Petro super mare. cum sequentia manifeste fidei tribuant ambulationē illam. non primatui dicente Christo cū submergereꝛ Petr⁹ modice fidei quare dubitasti. ⁊ ꝙ cupit vt credam secū apl'os ceteros fuisse ordinatos episcopos a Petro apostolo. modo non placet obsequi. cum oēs fuerunt episcopi equaliter Petro. vt textus per. Petrū induct⁹ probat de Juda. Et episcopatū eius accipiat alter hec de isto.

Eccius.

¶ De episcopatu ꝙ etiā Judas fuerit episcopus iuxta illud psal: ⁊ episcopatū eius accipiat alter. dico episcopatū ibi vsurpari pro apl'atu et non pro ordine episcopali Nam apud plerosqꝫ dubiū est an Judas etiā fuerit sacerdos. sed hoc nihil ad rem. exijt eñ Judas buccella sumpta quare dum in cena Chrūs ordinauerit discipulos sacerdotes Judas non fuit episcopus consecratus. Cōmitto hec iudicanda vt alia.

De Purgatorio.

Contra nonam conclusionem argumentaꝛ Eccius.

¶ Non solū apud Theologistas sed etiā in sacrra scriptura. in sanctis pr̄ibus habeꝛ ꝙ vita hec presens sit status ⁊ termin⁹ merendi ⁊ demerendi. quare existentes in purgatorio amplius mereri nō posse ⁊ sic non maiorē grām accipe hoc ita esse ꝓbo ꝑ Jerim: 25. reddā eis scd̄m opa eoꝝ. et scd̄m facta manuū eoꝝ Ita etiā Paulus ait oēs nos manifestari oportet ante tribunal Chrī. vt referat vnusquisqꝫ ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonū siue malū. scientes ergo timorē dn̄i hoībus suademus. Addo Hierony: vt gradatim descendā eo loco apl'm intelligentē. hoc dicit inqꝫ ꝗdiu in mundo positi pegrinamur a dn̄o cōuersatiōe bona id agamus. vt ei in futuro placere possim⁹. nō vt quidā putāt ꝙ posteaqꝫ excesserimus e corpe ibi aliquid opantes ꝓmereamur. Idem fateꝛ glossa ordinaria. Frustra ḡ hō post corp⁹ sibi hoc ꝓmitit qđ hic compare neglexit. Ita etiā intellexit Ambro: solum facta corpis alibi ꝓmiari. Ex quib: liquet cū gr̄a augeaꝛ ex meritoꝝ r̄ndentia. et aīe in Purgatorio nō poterūt aliquid opari meritorie. ex allegatis nō poterit etiā in eis augeri gr̄a. Subscribit aptissime b. Aug: in Ench: c. 109. ⁊ 110. ⁊ repetit eadē v̄ba pr̄cipaliter q̄sti: 2. de. 8. dulcicij questi: post mľta. Quocirca ait hic oīe meritū compaꝛ q̄ possit post hanc vitā releuari quispiā vel grauari. nemo aūt se speret qđ hic neglexit. cū obierit apud deū ꝓmereri. Cessat ḡ post mortē meritoriū opis auctio. cessat et gratie auctio meritis respondens.

Martinus.

¶ Opposuit egre: d. d. duas diuine scriptu: auctoritates et quattuor sanctorū patrū Prima Hieremie. vbi deus dicit Reddam eis scd̄m opa eorū. miror satis egre: d. d. q̄ hec et simil. arbitret contra me pugnare. cum ego in Resolutorio meo multo plures adduxerim in hanc formā et exposuerim quō nihil contra me pugnent. Aut eque contra purga: pugnāt. cum em̄ diu: scriptura tota prorsus nihil habeat de purgatorio. sed om̄ia loquatur vel de inferno. vel celo. volo hoc hac vna responsione ad om̄es auctoritates respōdisse. q̄ non faciant ad ꝓpositum. sequenter et expōnes omniū patrū. nisi expresse meminerint purgatorij. nā credibile est q̄ quādo tractant scripturas sanctas. sensum etiā scripture sancte sequant. Ideoq̄ aliis rationib⁹ ꝛ auctoritatib: doceri oportet animas esse certas. et non augeri eas in charitate.

Eccius.

¶ Cum reuerend⁹ pater plures se allegasse dicat auctoritates in resolutorio ꝛ exposuisse. vidimus. vidim⁹ quoq̄ glossam suā ad textū nihil facere. qd̄ iam ostendem⁹. hoc quoq̄ non accipim⁹ in sacra scriptura nihil haberi de purga: qd̄ dictum quidē Grecis et Piccardis esset fauorabile. verū Chr̄iane fidei aduersum. vt recte meminit in resolutorio. sed ponam⁹ solutionē suā vnicam ad aciem qua dicit adducta nihil facere ad ꝓpositū q̄ꝫ cōcinne respondit. Aplus dicit vnumquēq̄ recepturū scd̄m q̄ in corpe gessit. dn̄s pater dicit hominē recipere etiam scd̄m qd̄ in purgatorio gessit Augusti: dicit. Om̄e meritū hic cōparari et dn̄s pater contradicit. etiā in purgatorio meritū compari. Hierony: dicit postq̄ꝫ e corpe excesserim⁹ nihil nos ꝓmereri apud deum. d. pater contra dicit postq̄ꝫ e corpe excesserimus adhuc in purgatorio nos promereri Ita de Ambrosio iudicent iam illustriss: dn̄ationes. excellentie et prestantie vestre an ꝑ me inducta nihil faciant ad ꝓpositū que directe nihil dictis pr̄m ꝯriant. peto ergo q̄ vere soluat vel ostendat. quō ad ꝓpositum nihil faciat nec meret quō et ego plures sum ei adducturus auctoritates. vt manifestarium sit hoc non esse theologistarū. sed verorum theologorū.

Martinus.

¶ Ego qui credo fortiter. immo ausim dicere scio purgatoriū esse facile ꝑsuadeor in scripturis de eo fieri mentionē quēadmodū illud Matthei inducit Greg: in dial: Nō remittit neq̄ in hoc seculo nec in futuro. volens pctā quedā remitti in purgatorio admitto et illud Machabeo: z. Scta est et salubris cogitatio ꝓ defunctis exorare ꝛc. Sed hoc volo q̄ in vniuersa scriptura non habeatur memoria purgatorij. que posset stare in ꝯtentiōe et ꝯuincere. nam et liber Machabeoꝝ cū non sit in canone. ꝓ fidelib: potens est. ꝯtra ꝑtinaces nihil facit et dictū Grego: facillime elidit. q̄ neq̄ hic neq̄ in futuro pctm̄ remittat. i. nunq̄ꝫ. ideo nolo mihi suspitiōez fieri q̄ fauerē Bohemis et grecis. hoc ꝓ primo.

¶ Ad replicā: d. d. dicā nihil aliud q̄ꝫ qd̄ iam prius dixi. idem em̄ repetit. ideo ꝛ

¶ Dixi em̄ in sacris lr̄is nihil haberi de purga: ideo nō posse eas. (idē r̄ideo. neq̄ expositiōes earū ad negotiū purgatorij aptari. Reddit aūt aut bonū bonis. aut malū malis post mortē. Medij sunt qui in purgatorio sunt. de quib: dicte auctoritates nō loquunt. quib⁹ neq̄ redditū est bonum neq̄ malum. et sic purgatoriū per medium auctoritatū semper transijt.

Eccius.

¶ Qd̄ se excusat. credere se ꝛ scire purgatoriū esse bene accipio et prius noui: sed q̄ negat in sacra scrip: purgatoriū ꝓbari. hoc tanq̄ꝫ falsum ꝛ grecanicū respuo. in ꝓposito manēs. quanq̄ꝫ nec illud nec alia multo maiora ꝯtrā ꝓteruos et ꝑtinaces cōuinci possint. vt de Arrio et aliis pr̄ib: At q̄ ꝓpterea illud dicat nō reperiri in scriptura q: cōtra ꝑtinacē cōuinci non possit. est oīno captiosum.

et religioni nostre aduersum. ¶ De libris Machabeoꝝ: quos dicit facere p fi-
delib⁹ sed non esse in canone. et hoc inq̄ falsum est. Quis em̄ apud hebreos in
canone nō fuerint. tm̄ ecclesia recepit eos in canonē vt pr̄ dn̄i pr̄is August: lib:
de ciui: dei testat̄ lib: 8. ꝛ sanctus Ipho: in suis decretis ꝯstitutionē inserit qua
ecclesia libros illos in canonē recepit. Qd̄ in suo ꝓposito persistere vult reueren:
pater allegata ꝑ me nō facere ad ꝓpositū que tm̄ de directo ei ꝯtriant. Prīo em̄
ꝙ dicit auctoritates illas respicere celū vl̄ infernū nō iuuat. q: de directo faciūt
mentionē de statu merendi ꝛ demerendi. ꝛ hunc statum diffiniūt morte termi-
nari. Contra reue: pater nullo sancto doctore innixus audet aniab: a corpore
existentib: terminū merendi ꝓrogare. et merita purgatorij in celo remunerari.
et apl̄ica clamat sententia solū remunerari opa que hō in corpe gessit. quare
dicta in resolutiōe sua ꝑpendi sed tanq̄ insufficientia acceptare non potui. vt
illas contrarietates prius aperiat.

Martinus.

¶ Primū ꝙ egre: d. d. dicit non ideo aliquid negandū esse de scriptura. q: ꝑti-
naces ꝯuinci nō possint. optīe ꝛ verissime dicit. sed loquor ego de his ꝑtinacib:
qui nos nr̄a auctoritate et ꝓprio iaculo ꝯfodere possunt. Euidens em̄ est librū
Macha: ꝑtinere ad vetus testa: qn̄ ꝗ sanctus Hiero: cano: hebreū ꝯscripserit ꝛ
eos solos libros valere in ꝯtentiōe qui de canone sunt definiat sitq̄ in hac sua
sentētia receptus. facile nr̄o telo verberabimur nisi fidelib: ꝑsuadeamus.
¶ Scd̄o ꝓbat librū Mach: esse receptū in canonē. ꝯtendit ad equiuocationē. ꝛ
facile ꝯcordabimur Scio ꝙ eccl̄ia recipit hunc librū et hoc dixi. sed non potest
eccl̄ia plus tribuere auctoritatꝫ aut firmitatis libro q̄ ꝑ seipsum habeat sicut
et ceteroꝝ patrū opuscula aꝓbat et recipit. sed non ideo ꝯfirmat aut meliora
reddit. transeo ergo ista que in multis dicunt̄ canon et canon.
¶ Tertio dicit auctoritates inductas directe facere mentionē de statu merēdi
ꝛ eundē morte terminari. rn̄deo sicut prius q: nihil de purgatorio meminerūt.
sed tm̄ de celo ꝛ inferno. ideo moriēs ad celū nō meret̄ moriens ad infernū non
meretur. et sic terminat̄ vtriusq̄ status merendi. alioquin possit eisdem aucto-
ritatibus euidentissime probari purgatorium.
¶ Quarto dicit me nullo auctore inniti ꝛ ꝓrogare tīm merēdi Itē merita pur-
gatorij remunerata asserere. fateor. hoc em̄ feci vt disputarē ꝛ audirē meliora q̄
ego nouerim. Ego em̄ nihil de purgatorio noui nisi aīas ibi pati iuuandas
opib⁹ et orōib: nr̄is. ꝑatus hūiliter doceri si que plura de ipso possunt tradi.
Quare apl̄us ꝯtra me induct⁹ ꝙ solū opa in corpe gesta remunerent̄ relatiue
ad purga: accept⁹ est a dn̄o d. quomō iam dixi nō posse accipi. sed solū ad celū
vl̄ infernū. ista relatio si obseruet̄ ptꝫ ꝙ nō pugnet ꝯ me aut demr̄abit purga:

Nona Julij Eccius.

¶ Primo cū d. pr̄ dicit auctoritates iductas nō intelligi de purgatorio placet
q̄ ad hoc q: meritū solū in hac vita ꝗ purgatoriū excludūt in hac vita. Deinde
certū est Augusti. in Enchi: loqui etiā de purgatorio q: ibidē ꝓbat aīas suf-
fragijs viuoꝝ releuari. Et Hiero: increpat eos qui putant aīas exutas me-
reri. qui purgatoriū asserit Esaie vlti: Qd̄ vero dicit ꝯclusionē suā esse disputa-
tionē. q̄si nō hn̄s de ea magnā fiduciā. miror plurimū. cū iam post annū illam
vētilauerit ꝛ magnifico titulo disputationē inscripserit ꝯ nouos ꝛ veteres erro-
res. sn̄am quoq̄ recētioꝝ theologoꝝ nec stulto virisil̄em affirmat. ac ꝯtempti
eos theologistas nūcupat. ꝙ vero diuinat̄ canonis equocatiōeꝫ. nō patior. q̄m
Augusti. in illo li. 18. de ci: dei. eundē tīm maxīe in pūcto aduersatiuo nō potuit
equiuocare. dicendo ꝙ nō fuerit in canone apud hebreos. sed apud ecclesiam.
Deinde exploratū est. cū plura essent Euāgelia scripta auctoritate eccl̄ie quat-
tuor in cano: recepta. ꝛ sic libros Macha: receptos testatur ꝓlogus. tamē ab
ecclesia inter diuinoꝝ voluminū annotant̄ historias. Sed melius ad rem.

¶ Quia se fundat in hoc ꝙ purgatoriū non sit in sacris literis expressum. cōtra quod est consilij Florentini decretū. qd̄ et greci abnegato errore assumpserūt. Deinde plures loci sacre scri ꝑ vt illud. Transiuim⁹ per aquā ꝛ ignem et per s duxisti nos in refrigeriū. Illud Ecclesiastes. 4. de carcere et cathenis egredit ad regnum. Illud Matth: 5. dixit dn̄s. Esto consentiens ꝛc̄. ne in carcerē mit tarls. amen dico tibi non exies inde. donec reddas nouissimū quadrantē. Ubi per carcerem intelligit locum purgatorij. ex quo homo non liberat̄ nisi plene satisfecerit. sicut interpretat̄ beatus Grego: in loco rn̄dente sup Lucam. Ratio tamen Grego: quā reassumit beat⁹ Bernhar: ser: 66. sup Canticis est valida. ꝙ Chr̄us innuat aliqua peccata remitti in futuro seculo. sed aptissimus textus est prima ad Corin: 3. Si cuius opus arserit detrimentū patiet̄. ipse aūt salu⁹ erit. sic tamen quasi ꝑ ignem. Et dies domini declarabit. qꝛ in igne reuelabitur Et vniuscuiusqꝫ opus quale sit ignis ꝓbabit. ꝛ ibi de stipula. feno ꝛc̄. vbi btūs Ambro: dicit apostolū expresse loquutū de Purgatorio. Idem testatur gloss: interlinlaris glossa quoqꝫ ordinaria. subscribit beatus Hiero: lib: 2. contra Iouinia: beatus quoqꝫ Grego: de purgatorio accipit qd̄ ꝛ beat⁹ Bernhard⁹ super Canticis facit. ꝛ ne quis obijciat mihi Augusti: in encheri: c. 67. qui ꝛ de igne presentis seculi verba illa posse intelligi ait. legat eundē cōpletius ibidem et quest: 2. de. 8. Dulcicij questio: ꝛ reperiet August: illa verba apostoli sicut sunt manifestissima accipere quoqꝫ de purgatorio. Quare nedū in libris Ma chabeorꝫ. qd̄ vtiqꝫ ecclesie sufficeret. sed ꝛ in alijs scripturis purgatoriū asserit nisi Gregorius. Ambro: Augusti: Hiero: Bernhar: sint de numero theologis tarꝫ. nescio alioquin quō reuerend⁹ pater possit fateri se scire esse purgatoriū. cum litere sacre scriptura valide velit inniti. ꝛ cū clarissi: sint scripture testimo nia pro neotericis theologis. ipse nec vnum locum in scriptura assignare po terit vbi merita vl̄ gratiā in purgandis augeri asserat̄. cū contra sapiens dicat Ecclesiastes. 11. et si ceciderit lignū ad Austrū aut Aquilonē. ad locū vbi ceci derit ibi erit Glossa ordina: i. locum quē hic tibi ꝑparaueris tunc habebis. qꝛ in domo patris mei. ait Chr̄us. mansiones multe sunt. certa mansio morienti deputat̄. vltra quā suis meritis in purgatorio ascendere nequit. Sic damas: lib: 2. c. 4. testatur. Scire aūt oportet ꝙ hoc est in homib⁹. mors. qd̄ in ange lis casus. ꝛ declarat hoc quo ad terminū merendi. Sic sapiens Ecclesiastes. 9. Quidquid potest manus tua instanter oꝑare. sicut ad illum sensum allegauit deuotus ille ꝛ dign⁹ Ecclesie minister. Johannes Capistran⁹. Ita hoc apl̄us docuit ad Gal: 6. Nolite errare de⁹ nō irridet̄. q̄ em̄ hō seminauerit. hec ꝛ metet quoniā qui semināt in carne sua de carne metent corruptionē. bonum aūt facis entes non deficiamus. ergo tempus habentes oꝑemur bonū ad oīes. glossa qd̄ homo seminauerit scꝫ pn̄tis vite labore. Non ergo in purgatorio seminant̄ merita. sed in pn̄ti vita qd̄ ꝛ Chrysosto: cōfirmat ꝑ illud Johānis. 9. me oꝑari oportet oꝑa ei⁹ qui misit me. donec est dies. venit em̄ nox qn̄ nemo oꝑari pōt. Dies ait Chrysosto: est p̄sens vita Ideo August: hortat̄ nos debere oꝑari dū viuamus ne per noctem ꝑueniamur. Accedat testis etiam b. Ambro: volens apostolum loqui de tp̄e pn̄tis vite nobis concesse: vt iuste cōuersemur. Quare egregius psaltes ait psal: 103. Exiuit homo ad opus suum ꝛ ad oꝑationem suam vsqꝫ ad vesperā. Postremo. expressa est illa Augusti: sententia preter su perius allegata. vbi tamē purgatorij meminit. sententia est eius cap: 3. de fide ad Petrū. tempus adquirendi vitam eternam in ista tm̄ vita deus hominib⁹ dedit. Hiero: quoqꝫ lib: 3. sup illud ad Gala: 6. Unusquisqꝫ onus suum porta bit. ostendit quō homies meritis suis iuuent̄ in hac vita. sed vocati ante tribu nal quod fit in morte. tūc nec Job. nec Noe. nec Daniel possint stare pro quos qꝫ. sed vnusquisqꝫ portabit onus suum. nam vt pulchre b. Bernhar: docet. Quēuisqꝫ hoīs morte ꝑticulare fiet de eo iudiciū. qd̄ fieri non posset si adhuc

terminũ haberet merita sua in purgatorio cumulãdi. et gratiã augendi. q: vt ꝓ Proph: Zachari: inquit adequabit gratiã gratie. gratiã glorie reddet in pro portione ad gratiã fidei. ꝙ si etiã testimonia illa nõ essent ita clara. que tñ sunt aptissima. hoc vnũ deberet reuerendũ patrẽ in ꝓposito absterrere. ꝙ theolog⁹ absq; theologico fundamento ꝓ suo arbitrio non existens iudex. nec iudicis assessor animab: exeuntib: terminũ merendi vult ꝓlongare. quare quo ad istã ꝑticulam concludendũ videtur animas in purgatorio satis pati et purgari a delictis. sed maiorem gratiã non mereri.

¶ De s. do principali quo negat aĩas in purgatorio esse certas de salute. hoc iterum arbitror nulla sacre scripture auctoritate fundatum. in presentia tamẽ ꝙ sint certe de salute adduco illud Apoca: 5. Uidi in dextra sedentis sup̃ thronũ ꝛc. Et nemo inuent⁹ est dignus aperire librũ nec in celo nec in terra nec subtus terram. In inferno indubitate nulla est dignitas librũ apiendi. quare de purgatorio loquit. in quo etiã sunt aliq̃ sancti viri miraculis coruscantes. sicut de sancto Paschasio testat b. Grego: 4. dialo: ꝛ historia de sancto Seuerino Coloniensi episcopo. natione tamẽ Sueuo: Illud idem asserit ꝛ infra ꝛ om̃es cantabant in celo. in terra et subtus terram. Sed de salute quasi desperantes non cantant. quare eo ipso ꝙ sacra anima tantũ ibi esse asserit animas certas de salute affirmat. Preterea in can: misse. vbi pro defunctis in purgatorio oratur, ita dicimus. Memento dñe famuloꝝ tuoꝝ qui nos p̃cesserunt cum signo fidei ꝛ dormiũt in somno pacis ꝛc. Ipsis ꝛ om̃ib: in Christo quiescentib: Si ergo iuxta sacratissimũ misse canonẽ aĩe quiescũt in Christo. quõ possunt esse in tali turbatione ꝛ horrore quasi desperatiõis. sicut declarat reuerẽdus pr̃ in suo resolutorio conclu: 14. vsq; ad 20. non em̃ video quõ in tali horrore tremore. turbatione. et quasi desperatione. que om̃ia maximã dicunt inquietudi: anime purgande possint dici dormire in somno pacis. ꝙ predicta omnia paci aduersent. Sed tunc a veris Christianis recte censebunt in pace quiescere dũ secure exspectant terminũ sue purgatiõis. hec sunt ꝑtim que me mouerunt. et hodie mouẽt ad dissentiendũ re: p̃ris parat⁹ tñ stare iudicio ꝛ informatiõi alioꝝ.

Martinus.

¶ Tria p ordinem Egre: d. d. copiosissime contra me ꝓsequut⁹ est. Primũ canonẽ scripture cõprehendere libros Machabeoꝝ. deinde purgatoriũ probari etiã aliis locis scripture. tertio conatus ostendere animas esse certas de salute sua. Respondeo. de primis duobus nulla est inter me et dñationem suam cõtrouersia. ideo non erat necesse tot auctoritates colligere ad eam rem quam forte costantius affirmoq; ipse. vt qui me scire ꝓfessus sim esse purgatorium. sed hic vertitur scopus an posset probari aĩas in purgatorio mereri ꝛ gratiam in eis augeri. tamen transeamus per ordinem.

¶ Primo dixit auctoritatib: heri adductis statui meritũ solum in hac vita. ꝫ excludi in futura vita. qđ ipse intelligit purgatoriũ. ꝛ sic aptat auctoritates ad purgatoriũ. ego aũt concedo de futura vita vel inferni vel celi. Adduxit etiam August: in enchi: loquentẽ de purga: ꝛ Hierony: increpantem eos qui exutas animas mereri asserant. vtrũq; concedo. me etiam reprehendit ꝙ dixerim me disputare hanc ꝓpositionẽ quasi non habens fiduciam de ea. qui magnifico titulo scripserim ꝯtra nouos ꝛ veteres errores me disputaturũ. sententiã recentiorũ nec stulto virisibem affirmarim ac ꝯtemptim eos thologistas noiarim. dico sicut heri dixi me adhuc nihil scire de negotio aĩarum ꝛ purgatorii ꝛ hoc appellem errorem. qđ quidã audent asserere qđ ignorant. ꝛ opiniones patrum vt beati Thome Bonauen: et similiũ quas ipsi nõ asseruerũt. ipsi tanq; certos articulos fidei pronunciant. hos ego appello theologistas et non theologos. Opiniões tractari debẽt in scholis. in popolũ p̃dicari ṽba ꝛ opa dei. Psal. 8. Celi enarrãt gl'iam dei ꝛc. Non ergo ego damno opiniones optimoꝝ p̃rm.

sed resisto fabulis illis qui ex opinionibꝰ hominū nobis conflāt articulos fidei. qđ non est boni theologi officiū. Qđ canonē ego equiuocauerim contra Aug: lib:18.c.26.coegit me diuus Hiero: Item Euseb: in histo: eccle: recensēs ꝛ antiquoꝝ auctoritates. ideo stat equocatio. cū aliter August: aliter Hiero. de antiquorib: de canone sentiunt et ꝑ ꝯsequens nullū robur argumēti in ꝯtentiōe relictū est. an prologus Hieronymi inter diuina volumina libros Machabe: enumeret non memini Transeo illud ꝙ quattuor Euang: auctoritate ecclesie recepta sunt. hec eñ erit alia materia. Post hoc dicit cōtra ꝯcilium Floren: esse ꝙ purgatoriū non sit in scriptura expressum Rñdeo conciliū nō potest facere de scriptura esse qđ non est de scriptura natura sua. sicut nec eccl'ia potuit facere Euangelia. etiam si approbauit Euāgelia. Quare videamꝰ auctoritates. Primo illā Psal:65. Transiuimꝰ ꝑ ignem ꝛ aquā. Rñdeo non valet ad purgatoriū. loquit de ꝑsecutionib: sanctoꝝ sicut in multꝫ alijs locis psal:16. Igne me examinasti. Itē.25. Ure renes meos et cor meū ꝛ.1. Petri.1. Modicū si nūc oportet cōtristari in varijs tentationib: vt ꝓbatio fidei vestre multo sit p̄ciosior auro qđ ꝑ ignem ꝓbatur. Et breuiter tropus est iste vulgatissimus scripture. Per ignem et aquā intelligi tribulationes. ideo nimis heret in literis et syllabis. qđ mihi imponit. d.d. qui ignem ꝓ purgatorio accipit. Item et illud eccle: ꝙ aliquis de carcere ꝛ cathenis. egredit ad regnū. Satis est clarus textꝰ de vanitate huius mundi disputantis. ꝙ casu vertente is qui nunc seruus est fit rex. ꝛ qui rex est fit seruus. his et similibꝰ auctoritatib: si cōtra negātes pugnaremus nihil nisi ludibriū de nobis ꝛ eccl'ia aduersarijs faceremꝰ. quāq̄ ego libentissime oīa hec admitto et si qua sunt similia. Tale et illud est Matth:5. Esto consentiens aduersa: tuo ne tradat te tortori ꝛc. Ubi ꝑ carcerem dicit intelligi ꝑ Ambrosiū locum purgatorij. libenter admitto. sed q: alij patres in diuersum exposuerūt. presertim Augusti: de inferno et nunq̄ egressuro exponit. fit auctoritas dubia. fidelibus suadens resistens non ꝯuincens. Ut id taceā ꝙ textus ꝯsequentia ne patiatur quidē de purgatorio intelligi. dicit eñ de ꝯsentiente aduersario et dissentiente. volens dissentientē damnabiliter ꝛ cōtra Chri preceptū peccare. que ꝑtinent ad infernū non ad purpatoriū. Rationē Grego: ꝯsentiente Bernhardo. dicit esse validam ꝙ deus remittit aliqua pctā in futuro. Rñdeo verū est apud fideles. sed inualida apud resistentes. Post hec dicit esse apertiss: textū p̄ma Corin:3. si cuius. ipse saluabit. sic tamē quasi ꝑ ignem et Ambro: et Hiero: glossa ordina: ꝛ interliniarē. Grego: Bernhar: intellexisse apostolū de purgatorio. licet Augusti: alicubi de ꝑītis seculi. igne eadē verba posse intelligi dicat. Rñdeo adeo non est aptiss: hic textus vt ego hodie fatear cum mlta excusserim. me adhuc nescire germanū sensum Pauli. ita variantib: interp̄tibus. quanq̄ ꝓ me libens admittā de purgatorio. verum cum ap'lus aptissime dicat Opꝰ vniuscuiusq̄ ꝑ ignem ꝓbari. in quo igne dicit reuelandā diem dñi. que declaret viniꝰcuiusq̄ opus. vt sunt apta verba. meo tenui iudicio videtur loqui de igne ꝯflagratiōis et extremi iudicij. Aut vt August: tropologice de igne ꝑsecutionis tꝑalis. qua maxime ꝓbatur fides et fidei doctrina. et quecūq̄ super hec edificant. Quare adhuc nihil habet ex sacris literis manifestum de purgato: qđ in contentione valeat. Non ergo beatissi: patres de nūero theologistarū habeo. q: purgatoriū cū eis confiteor. nec ipsi opiniones et ignorantias suas de statu animarū pro articulis sanxerūt sicut faciunt theologiste. Miratur dñs doct: quomodo possim scire esse purgatoriū. ꝛ ego nec vnū locum habeā ꝓ me in script: cū hec vt dicit clariss: scripture testimonia ꝓ neotericis theologis facere putet. Respondeo non est necesse confiteri qua via nouerim purgatoriū vel quecūq̄. Deinde hec testimonia clariss: pro purga-

torio sunt adducta non pro statu animarū in purgato: Jam illa auctoritas Ecclesi:11. in quocūq; loco ceciderit lignū siue ad Austrū siue ad Aquilonē ibi erit. vbi glossa ordina: intelligit locum quē hic tibi preparaueris. habebis. nescio quo ingenio ad ꝓpositum ducatur Si enī per locum preparatū ⁊ humidū intelligit purgatoriū. manendū erit ineternū in purgatorio. si aūt itelligit ꝙ si hic preparaueris. i. merueris tunc non facit ad auctoritatē Ecclesi: Qui nihil de merito loquit. sed de morte homis. Transeo illud ꝙ Christus dicit. In domo patris sui esse multas mansi; et ꝙ certa mansio morienti deputatur vltra quam ascendere nequit. totum pro me est. Scio ꝙ vnicuiq; mansio deputatur post mortē. sed non statim ꝑuenit ad mansionē post mortem. nisi mansionem iterum ꝓ purga: accipiat. et sic morientes ab eterno regno excludit. Item et illud Damas: Hoc homib⁹ mors qd āgelis casus. Respōdeo si ergo post mortem ceciderit in purgatoriū sequit ꝙ ineternū purgabit. aut oportet Damas: sicut ⁊ oīa precedentia intelligi de duab⁹ vltimis mansionib⁹ damnationis et beatitudinis et non de purgatorio. Ita et illa Ecclesi:9. quodcūq; poterit man⁹ tua instanter operare q: nec ratio nec sensus apud inferos est quo tu ꝓperas. Si de purgatorio intelligit. iterum purgatoriū erit infernus. Ergo solum de inferno citra memoriā purgatorij loquit. Johannē Capistra: libenter admitto. sed extra cōtentionem. Jam ꝙ apostolū Gala:6. dicit contra nostrā sententiā loqui que hō seminauerit in carne hec metet et illud Johannis .8. Venit nox qñ nemo poterit operari qd Ambro: de presentis tpis vita. exponit quō meremur. clarū est ꝙ nihil facit ad rem. apostolus enī non de purgatorio. sed de extremo iudicio loquit ⁊ Christus ꝑ noctem salua tamē reuerētia Chrysosto: intelligit infidelitatē. vt clarum est ex proximo textu quā diu ego in mūdo sum tamdiu lux sum mūdi volens ꝙ extra fidē Christi nemo possit bene opari. tamē Chrysosto: admitto. q: respicit ad extremū iudiciū. Auctoritas. psal: 103. Exibit homo ad opus suum vsq; ad vesperā permittit trahi figuratiuo sensu ad vitam ⁊ mortem homis. sed genuino sensu et qui pugnet in cōtentione loquitur de admirabili dispositione dei. ꝙ hoīem ita disposuerit ꝙ homo exeat ad vesperam diei naturalis ad oꝑationes suas et August. recte sentit cap. 3. de fide ad Petrū temp⁹ adquerendi vitam eternam esse datum hominibus tamen in ista vita. quia vt dixi semꝑ ad futuram vitam respiciunt nō ad purgatoriū. Et Hiero: sup Gala. 6. Vnusquisq; portabit onus suum ⁊c. et bene ostendit ꝙ homines meritis suis iuuent in hac vita. sed vocati ante tribunal. quod fit in morte tunc nec Job nec Daniel possunt stare pro quoq;. Respondeo qd auctoritas est robustissima contra egregiū d. q: si verum est hoīem in morte vocari ante tribunal. et tunc nec Job nec Daniel possunt stare. frustra orat ecclesia pro mortuis. et sic negatur purgatoriū. Quare de tribunali nouissimo loquit Hierony: post finitū purgatoriū. Bernhardū etiā induxit ꝙ in homis morte agatur particulare iudiciū. qd non fieret si haberet terminū adhuc merendi. Respondeo quidquid sit de ꝑticulari iudicio cōsequentia non valet. Transeo auctoritatē Zacharie adequabit grām gratie. q: tropologico et bono sensu exponitur. sed non proprio. In fine huius articuli dicit etiam si non essent tam clara hec testimonia. hoc tamen deberet me absterrere theologū ꝙ sic absq; fundamento ꝓ meo arbitrio cum nec iudex. nec assessor fuerim et tamen animabus exeuntibus terminū prorogarim merendi. Idem retorqueo in ipsum d. d. cum nec ipse iudex nec assessor fuerit et tamen animabus certum statum iuxta opiniones suas definiat absq; fundamento. presertim cum id nolit esse opinionem duntaxat (quod libentissime tolerarem) sed certam scientiam.

Hora scḋa continua: disputatio ꝑ eundem. d. Martinū qui dixit se declaraturum recte et candide de scripturis sentire.

¶ Et quia mea sententia nō satis intellecta videtur egre: d. doctori quantum possum aptius me expono. ꝙ scripture ⁊ sancti patres antiqui in suis sententijs respiciunt futurā vitam. qua vel saluant̄ vel dānantur anime. nihil de purgatorio interim cogitantes. ideo multe ille auctoritates que abnegant statū merendi post hanc vitam. non ꝑtinent ad purgatoriū. qḋ si adhuc non intelligitur. fingat̄ purgatoriū nullū esse. sicut non fuit eius cogitatio in mentibus eorum. tunc adhuc stabunt ⁊ vere erunt omnes auctoritates inducte. ꝙ ante mortem est vita merendi. Deinde non sic de meritis loquor animarū in purga: ꝙ aliquid operentur. sed ꝙ recipiant gratiā ampliorē. cum apud omnes constet culpam nō remitti. etiam venialem sine augmento gratie. ⁊ in purgatorio culpas remitti scribat diuus Gregor: in dialogorū. 4. Et recitat̄ dist: 25. c. qualis. Sic tamē hoc assero: vt ꝓ opinione habeam. immo vt fatear ꝓ ignorantia. Soli deo credo cognitū esse statum aīarū in purgatorio.

¶ Ad terciū principale de scientia salutis earū. vbi induxit primo Apocalyp: quintum cap: ꝙ nemo inuentus est nec in celo nec in terra nec subtus terram. qui dignus esset apire librū. volens ꝑ subtus terrā intelligere purgatoriū. vt in quo et aliqñ s. viri fuerunt. sicut Paschasius ⁊ Seuerinus. Dico ꝙ hec glossa auctoritatē nō habet. ideo eadē facilitate cōtemnit̄ qua probat̄. Fateor quidē sanctos in purgatorio fuisse. immo nullū in purgatorio esse nisi sanctū. Posset ergo contentiosus dicere subtus terram esse idem qḋ infernus. vel quodlibet aliud. vt qḋ nec demones. nec hoīes. nec angeli possint apire librum. sicut dicit̄ trina rex machina colere deum. Et apud apl'm tam celestia ꝗ̄ terrestria ꝗ̄ inferna genu flectere. Siquidē et demones ꝯtremiscunt. immo vt in eodem libro modus est. Subtus terrā. ꝑcat etiā mortuus. vt dicit in alio capitulo. Terra dedit mortuos suos ⁊ infernus dedit mor: suos. Qḋ aūt sequenter inducit oēs. cantabant in celo ⁊ in terra et subtus terram. desperantes autem non cantare posse. Respondeo nō dixi aīas desperare vnq̄. sed qñ vna eccl'ie sententia eadem est pena inferorū et purgatorij. dixi eas similes esse desperatis. quō legūtur ⁊ in hac vita quidā tentati fuisse desperatiōe vt in psalterio in multis locis Ne auertas faciem tuā a me. ⁊ assimulabor descendentib⁹ in lacum. Deinde cantare dño non semꝑ est letari et gaudere. imo canticū nonū. est canticū crucis. hoc est laudare ⁊ portare deū in medijs tribulationib: atq̄ adeo in morte. Quod tertio adduxit can: misse vbi ꝓ defunctis orantes dicimus. Dormiunt in somno pacis et quiescūt in Christo. Non videt vt dicit quō possint dici dormire in somno pacis si sint in tali turbatiōe. tremore et inquitudīe maxia ideo interpretans hanc quietem pacis. dicit ꝙ exspectāt secure terminū sue purgationis. Rñdeo non satisfacit michi hec glossa. et idem ꝑ idem ꝓbatur. nā esse eos inquietos ꝓbat id qḋ sequit̄ in canone. Ipsis dñe ⁊ oībus in Christo quīescentib: locum refrigerij lucis et pacis indulge. et illud qḋ omnes oramus. Requiē eternam dona eis dñe. Item dona eis pacem qḋ non potest intelligi dona eis exspectare secure terminū sue purgationis qḋ d. d. interpretatus est esse pacem. Rectius ḡ meo iudicio requiescunt in pace quo ad corpus. Dormire em̄ in sacris literis in pace. significat quiescere in sepulchro. ⁊ sic patet. qḋ egre: d. d. non ꝓbauit scientiam salutis eorū. immo quodāmodo tollit penas purgatorij dum eis tribuit pacem.

Eccius.

¶ Quia nobis ꝯstitutū est arctum temp⁹ hanc materiā hodie finiendi. vt pro qualitate materie solutiones nihili refutare non possim. ⁊ alia puncta purga

ꝙꝝ attingere paucula quedā afferā. vt facile agnoscat vitasse reueren: patrē materie nostre medullā ⁊ diuerticula quesiuisse. Unde primo cum August: induxissem Omē meritū hic compaꝛ. et ꝙ nemo speret qꝺ hic neglexit cum obierit apud deum ꝓmereri. similiter et Hierony: dicit se vtrūq̄ concedere. sed que tunc est ista obstinatia. si Augustinū concedit Omē meritum hic compari. vt dicat gratiā in aīab: etiam in purgatorio augeri neq̄ valet in pn̄tia collyriū suum ad omēs auctoritates. quas dicit non loqui de purgatorio. Nam beat⁹ August: illud idem dixit cum de animab: in purga: tractaret ⁊ in Enchi: et in libro de cura ꝓ mortuis agenda c. i. Nam post mortem non possumus agere. qꝺ prodest. sed recipere qꝺ egimus. In hanc eñi inciderat August: difficultatē. quō suffragia mortuis ꝓdesse possunt. qꝛ nihil mererent̄. recurrit ad hoc vt in vita meruerint qꝺ eis post mortem ꝓdesset. quare frustra nitebat̄ me instruere de sensu suo. quē satꝫ bene accepi. nec ꝑsuasiuncula sua quidq̄ momenti habꝫ apud Christianū. qꝛ venialia nō remittant̄ sine augmento grē. probet hoc Re: pater. nulla auctoritate hoc est fulcitum. imo est falsum. cum pctm̄ veniale dei offensam non faciat ex dei misericordia. non opus est noua gratia in eius deletione. sed sufficit ꝙ aliquis pro eo satis patiat̄. Qꝺ vero secūdo loco excusat se de errore. qꝛ nō video vnā literam adductā ꝑ dn̄m patrē ꝓ sua noua doctrina. ideo merito debet reputari suspecta. cum recentiorū theologorū sententia tot sacre scrip: ⁊ sanctoꝝ patrū nitat̄ auctoritatib: nec hoc excusat ꝙ aliquib: imponit facere opiniones Thome. vel Scoti sicut articulos fidei. de quo mihi non constat. Ego non Thomā vel Scotū sed clariss: ecclesie lumina. cū sacra scriptura adduxi. viderit ipse quos Theologistas incuset. Tertio ad August: dicit de libris Machabe: fortiorē opponendo beatū Hiero: At Hiero: nullibi negat libros Machabeo: apud ecclesiam esse de canone biblie. quin in prologo hoc ꝯstāter asserit. fuisse annotatū inter diuinoꝝ voluminū historias. quare opusculis sanctoꝝ prm̄ in can: Romana. 15. dis: non debuit equiparari. cum vero ei opposuissem de concilio Floren: respondet conciliū nō posse facere aliquid esse de scriptura qꝺ non sit. hoc quidē verū. sed quid hoc est consiliū tam laudabile tanta temeritate ꝯtaminare. vt hoc absurdum decernat. Cum vero doctiss: fuerint in eo concilio viri malo credere concilio. ꝙ a spū sancto regitur quā dn̄o Luthero. non ꝙ consiliū faciat aliquid de scriptura qꝺ non sit. sed ꝙ credā consiliū melius habere sensum ⁊ intelligentiā scripturarū decernēdo hoc esse de scriptura qꝺ in scriptura reꝑitur. Euanida est sua excusatio posse reꝑiri semꝑ expositionē. ita ꝙ textus allegatus non valeat in ꝯtentione cōtra ꝑtinaces. nam illud esset oim̄ hereticoꝝ latibulū. qui semꝑ aliquē expositionis fucū possent afferre. quib: ꝯtenderent catholicas veritates in scriptura sacra nō esse expressas. Ita hodie adhuc perfidi Arrij duraret heresis ꝙ homousia ex sacris literis tam expresse ꝓbari non posset. quin in ꝯtentione ꝑtinax qualicūq̄ fuco non euaderet. Similiter bene nouimus ecclesiā non posse facere Euangelia. tamen ecclesia facit vt relictis Nicodemi: Bartolo: Thome ⁊ alioꝝ Euangelijs quattuor duntaxat indubitatā fidem adhibeamus. in quo ecclesie iudicio standū est in Euangelioꝝ acceptatiōe. ita ⁊ in sacraꝝ scripturaꝝ intelligentia. et expositione. Porro assumens auctoritates ꝑ me inductas ab initio voluit preter necessitatē hoc factū. qꝛ ⁊ ipse crederet purga: esse. non meminit ꝙ ex tot auctoritatib⁹ terminū merendi in presenti vita statuentib⁹ voluit se euoluere. qꝛ purgatoriū ex sacris literis non ꝓbaretur. qꝺ dictū ne Picardi et alij schismatici pro se arriperent. qui non sciunt purga: esse. sicut d. pater. merito fuerat a me confutandū. dimissis aliquib: duos saltē cōspiciamus locos. Matthei. 5. Noluit ꝑ carcerem intelligi purgatoriū. qꝛ et August: qꝺ minime me latebat ꝑ carcerem infernū intelligit. Addo vltra dn̄m patrē Chrysost: intelligere presentem vitam. sed rectiorē esse Ambrosij sententiā. vel saltem non ꝯtemnendā.

qui p carcerem purga:intelligit. verba Christi hoc indicant debere illum sol-
uere vsq ad nouissimũ dodrantẽ. sed in inferno nulla est solutio. sicut nulla est
redemptio. Neq fucus additus ad Ambrosij expositionẽ refellere potest. q in
carcerẽ trudendus peccauerit mortaliter Quoniã et ꝓpter peccata venialia et
ꝓpter peccata mortalia tñ contrita. in purgatorio puniunt qđ ex Machabeis
accipim⁹ dum inquit. Sancta et salubris est ergo cogitatio ꝓ defunctis exo-
rare vt a peccatis soluant. hij em̃ qui occisi fuerant et pro quib: Judas Macha:
oblatiões fecit. peccauerãt mortaliter ꝓpter spolia idolorũ q̃uis credant peni-
tuisse in ipsa cede. iuxta glossam ordi: ibidem. et illud psal: Cũ occideret eos
querebãt eum. ¶ Quarto dum aptissimum Pauli apostoli locum prima ad
Corin: 3. adduxissem quẽ August: Ambro: Hiero: Grego: Bernha: Isidorus
cum glossa odina: intelligũt de igne purgatorij fatetur reuerend⁹ pater se ger-
manũ sensum huius loci non habere. ideo cõtemptis tot patrib⁹ nouã attulit
sententiã. apostolũ loqui de igne conflagrationis. q: apostolus meminerit diei
dñi. et q vniuscuiusq op⁹ ignis probabit. Ego qui semp audiui antiquoribus:
maxime sanctis credi debere. sanctorũ patrũ exosculor sententiã. et nouam illã
glossam. et verba dñi Luttheri non accipio. nisi ꝓbet sacre scrip: auctoritate.
Nec iuuant ea que ponderat in presentia. que et sancti patres bene legerunt.
Quãuis em̃ peculiariter dies iudicij extremi dies dñi dicatur. vt Bernh: quoq
meminit. tñ in cuiusq hominis morte cum iudiciũ fit dies dñi dici potest. neq
tam exactã et captiosam accipiat distributionẽ vt sophiste facere solent in vo-
cula vni⁹ cuiusq. Sed de his accipiat qui stipulã lignum et fenum supedifica-
rũt. sicut et August: complicat distributionẽ Johannis primo. Illuiat omnẽ
hominẽ veni: in hunc mun: Unde inuicta est apostolica sententia eos qui sup
fundamentũ edificant lignum. fenũ. stipulã saluos fieri. sed p ignem purgati-
onis. vt sic nullũ malum maneat impunitũ. Ad illud Ecclesiastes de casu ligni
respõdet. Si loquat de purga: sic ꝓbari perpetuo animã manere in purgato:
Dico optime sensisse glossam p lignum intelligi hoiem. hinc et Ezechielis. 31 ra-
tiõnalem creaturã ꝟcat. Omne lignum paradisi etc. et p casum mortẽ. Nec tamẽ
sequi ideo ppetuo remanere in purgatorio. sed vt egregie exponit beatus Hie:
per Austrũ bonum. per Aquilonẽ malũ et damnationẽ ꝟcare. quare sapiens
non loca illa intellexit. sed statum q in casu vel est bonus. et ita pseuerabit sine
augmento gratie ob peccatorũ deletionem. si est malus pdurabit malignus.
De mansione apud Johannẽ dixit statim post mortem certam anie deputatã
mansionẽ. quõ g erit certa si fiat accessio maioris gratie. Nam tunc necessario
accedet altior mansio. consectariũ quoq esset eũ qui ad purgatoriũ descẽderet
cum plurib⁹ venialib⁹ melius habere q̃ descendentẽ cum paucis. vt morientẽ
cum nullis. q: maior fieret ei gratie accessio ad plurium venialiũ deletionem.
Addo q noxiũ et damnabile esset orare ꝓ mortuis. et plus ꝓdesset eis si in pe-
nis purga: pdurarent ꝓpter maioris gratie accessionẽ. sicuti alicubi scripsit re-
uerend⁹ pater. Aniam alienis suffragijs liberatam minus beari q̃ si per se in
purgatorio satis pateretur. Quod est non solum contra sacram scripturam.
Sancta g et salubris cogitatio etc. sed et contra obseruantiã et pietatẽ totius
ecclesie quã mortuis impartiri debemus. vt b: August: pulcerrime lib: de cura
ꝓ mor: agenda et li: Enchiri: explanat. ¶ Ad Damasce: porro respondit eũ nõ
loqui de purga: q̃m sic perpetuo durarent in purga: et ego sentio nec Damas-
cenũ nec alias auctoritates sonare de purgatorio. q̃m alioquin mihi obessent.
et dño patri ꝓdessent. at cum de presenti loquant vita in qua terminũ ponant
merendi et demerendi non potest porrigi tempus merendi vltra terminũ con-
stitutũ. scz mortẽ. quare non aliam accipio expositionẽ q̃ auctor ipse velit qua

de termino merendi in loco allegato loquitur. Ita et de aliis dicere possum, neq̃ simili obiurgatione increpari possum. sicut reuerend⁹ pr̃. qđ auctoritate sanctorum patrũ et sacre scripture cursum ⁊ merendi terminũ cum morte finiam. ipse aũt nulla fulcitus sacre scripture auctoritate. eis terminũ porrigit et prorogat contra August: ⁊ contra Hiero: quãuis sue sit modestie vt hanc dicat sententiã suam. esse opinionẽ sed tunc nõ debuit oppositũ vocare errorẽ. De auctoritate Hiero: conatus est eam in me retorquere. nec Noe nec Job nec Daniel stare pro quoq̃ post mortẽ. quia ibi de extremo loquat̃ iudicio. qđ tamen ex litera non conuincit. Non solum eñ in extremo iudicio. sed statim etiam post mortem vnusquisq̃ onus suum portabit. Postremo ad aliam accedens particulã. Respõdit ad illud Apocalyp: q̄ p̄ subterrã intelligat̃ infernus. At tunc sequens de cantico stare nequit. q: demones et damnati nõ cantant. sed blasphemant et eiulant. Quare p̄ Sub terrã necessario purgatoriũ et non inferos intelligere potest. quãuis non negem in sacra scriptu: etiam demonũ fieri mẽtionẽ in inferis in apostolo celestia terrestria. sed hoc nihil ad Rhombũ. Apportauit aũt glossam super illo verbo cantat. q̄ sit crucem portare ⁊ in tribulationib: deum laudare. quã glossam vt a dño patre hoc loco fictam. ea facilitate cõtemno. immo Johannes non patitur sic se exponi q: inquit cantabunt in celo. in terra. modo in celo non portant crucem. nec in tribulationib: laudãt deum. qm̃ abstergit deus sic omnem lachrymã ab oculis eorũ iam non est vllus labor et dolor ⁊c̃. Qđ si etiam daretur expositio sua et esset vera. sicut tamen litere repugnat. adhuc hoc ꝓpositum non rumperet. nam laudantes deum in tribula: post mortẽ certissimũ haberent future beatitudinis signũ. cum damnati contra ꝯsummato odio dei in ꝑpetuam prorũpunt creatoris blasphemiã. Quare anime purgande de salute secure cantant et deum laudant terminum purgationis exspectantes. Cũ vero induxissem can: misse. quo eos dormire in somno pacis asserit̃. non patitur illationẽ meam. si in somno pacis. ergo sunt secure de salute. et nõ in horrore. tremore. pauore et quasi desperatiõe. Rõnem duplicem adduxi. Primo q: sequat̃. vt eis locum refrigerĳ lucis et pacis indulgeas. Secundo q: frequẽter oramus Requiẽ eternã dona eis dñe. et dona eis pacem. Ideo aliam glossam dedit. q̄ dormiant somnũ pacis sc3 quo ad corp⁹ non contentor. nec obiectione nec noua sua glossa. que nullam habet apparẽtiam. nullum quoq̃ fundamentũ. Nam dicit can: memento eorum qui dor: et infra. ⁊ omnib: in Christo quiescentib⁹. Non dicit in sepulchro quiescen: Porro quid refert ad aniam corpus habere pacem. vel minus. siue a mari iactetur. siue a feris laceret̃. quẽadmodũ d. August: testatur. Et quis hoim patit̃ corp⁹ exanime ⁊ exangue dormire in pace? Unde distinctiões in neotericis theologis non libenter admittit. ⁊ tamen egregie hic de pace distinguit corporis ⁊ anime Quare verior amplectanda est sententia. animas purgandas ⁊ dormire in pace ⁊ quiescere in Christo. Unde quies illa ⁊ pax turbationẽ anime horrorem. ⁊ quasi desperationẽ excludit. cum inquietissime sunt anime que hac turbatione mentis agitantur vt quasi desperent. Ad inducta vero non impendio respondemus. Orare nos et obsecrare deum. vt det eis pacem. nõ pacem quã modo habent securitatis. sc3 de salute. sed pacem eternam. qm̃ pax est vt Bernhar: testatur et a culpa et a miseria. Det ergo Deus animabus in purgatorio pacem a penis. sicut contulit eis gratiam contra peccata. Quare adhuc vera et inconcussa est veritas. animas in purgatorio non quasi desperare de salute.

¶ Contra solutiones replicat egre: d.d. ex August: dicente Omne meritū hic
comparatur. atq̃ agente de purgatorio q̄ post mortem solū recipiam⁹ q̄d egi-
mus. R̄ndeo breuissime ergo nō est purgatoriū. aut purgatoriū erit q̄d recipit
pro vita p̄terita. quare patet August: non posse de purgatorio intelligi. nō eni
hoc egerunt in vita p̄terita vt purga: reciperent. quāq̃ et hec auctoritas mihi
patrocinet q̄ meritū quo merent iuuari hic meruerūt. ego aūt fateor intelligere
me nō posse quō iuuent anie in purga: ⁊ liberent absq̃ vllo munere gratie per
solam ablationem penarū. intelligat qui potest.

¶ Deinde dicit hoc falsum esse venialia non remitti sine augmento gratie.

¶ Quādo q̄ vult: d.d. q̄ venialia possunt remitti absq̃ augmento gratie non
cōcedo donec probet. immo est contra exp̄ssum textū ad Ro: 7. Galatas. 5.
Ubi apostolus dicit. Uenundat⁹ sum sub peccato. quis liberabit me de morte
corpis huius: r̄ndet. Gratia dei p̄ Jesum Christū. Certū est aūt apostolū non
fuisse in peccatis mortalib: Cetera relinquo future disputatiōi inter egre: d.d.
Andreā ⁊ Johannē Ecciū. Et hoc erroneū est q̄ veniale pctm̄ deum nō offen-
dat. cum displiceat deo omne inmundū. et reprobet eum qui minima soluerit.
Matth. 5. nec p̄bauit d.d. sufficere q̄ satis patiantur.

¶ Scdo criminat q̄ nec vnam literam ꝓ mea sententia induxerim. cum ipse ꝓ
recentioꝝ sententia tot scripture ⁊ patrum induxerit auctoritates. Respondeo
Eo magis mihi suspecta eius sententia. quo plures induxit. q: per capillos et
obtorto collo adduxit. sicut in p̄cedentib: satis dixi. Min⁹ peccat qui dubitat
in cogitationib: suis q̄ qui dubia sua verbis diuinis nititur statuere.

¶ Dicit etiam nō constare sibi qui ꝓ articulis fidei opiniones Thome vel ali-
orum statuerint q: ecclesie lumina cū scriptura adduxerit. monet q̄ vt videam
quos appellam theologistas. dixi hodie ⁊ iterum dico. p̄mitto opiniones esse
opiniones. neminiq̃ hoc vitio verto. sed trahere repugnantē scripturā in alie-
num sensum pro ꝯfirmandis opinionib: et in hoc pertinaciter stare. hoc dico
theologistarū esse officium.

¶ Ad aliud de canone libroꝝ vbi nixus Hiero: et conciliȳ Floren: auctoritate.
mauult credere concilio q̄d a spū sancto regitur. q̄ mihi et gratias ago. Pie
eni sapit nunq̃ volui mihi credi. sed respondeo breuiter. conciliet ipse primum
Hiero: sibi qui in ꝓlogo galeato Machabeoꝝ libros ⁊ nōnullos alios mani-
feste inter apocrypha recenset qua auctoritate fit vt mihi liber Machabeoꝝ sit
gratus ⁊ p̄batus. sed cōtentiosis pateat ad repulsam. Satis hodie de ꝯcilio
dixi. immo vt ipse met d.d. dicit. conciliū non errat. si aūt errat non est cōciliū.
et vt meo sensu loquar. credo conciliū et eccl'iam nunq̃ errare in his que sunt
fidei. in ceteris non est necesse non errare.

¶ Q̄d vero exclamat latibulū hoc esse hereticorū. qui hac fiducia quaslibet ex-
positiones auctoritatū refutarent. vel reciperent. R̄ndeo. quare hoc non sunt
conquesti sanct⁹ August: Hiero: aliiq̃ victoriosissimi hereticoꝝ triūphatores.
sed donatis ambiguis locis studuerunt certis ⁊ apertis locis pugnare hoc
faciam⁹ ⁊ de animab: in purgatorio. Ad rem Ac auctoritatū solutiōes dixit a
me cōtemptos esse Augustinū Ambro: Bern: Hiero: Grego: Jsido: cū glo:
ordi: hoc ꝓ modestia immo molestia Ecciana dixit. nimis cupidus mouende
inuidie. Dixi hodie non esse cōtemptos a me ⁊ iterū dico. q̄ aūt meam glossam
non accipit. non curo probet aūt ipse ⁊ suam. cum textus sit clarus de die dn̄i
et igne in q̄ reuelabit dies dn̄i. q̄d et si potest trahi ad purga: vt dixi. et sic sen-
tentiam d. doctoris non reprobaui Purgatoriū scz esse. non tamen potest hac
intelligentia opilari os contentiosum.

¶ Jtem ⁊ illud Matthe. 5. de carcere non ꝯtempsi pro Ambrosiȳ sententia. q̄d
addit d.d. verba Christi indicare: debere solui vsq̃ ad nouissimū quadrantem

ideo de inferno intelligi non debere. Rñdeo hoc satis eluitur ꝑ diuū Hiero: qui aduersus Heluidiū hanc dictionē donec recte exponit. vt non cogatur fcare qđ Ambro: cum d.d. hic ponit. nam et sic Matth.i. scribitur de Joseph. nec cognouit eam donec peperit filium suū. ⁊ tñ non sequit̃. qđ post partum cognouerit eā. ita hic nō sequit̃ ꝙ sit exiturus post solutionē. sed soluet ⁊ nō exibit.

¶ Qđ aūt cōfutauit ꝙ non peccauerit mortaliter dissentiens aduersario. atq; ꝙ et mortalia non sint contrita et venialia purgant̃ in purga: dico ꝙ hic textꝰ non loquit̃ de contritis mortalibꝰ nam contritū mortale. iam nō est mortale. et penitens iam non est dissentiens aduersario suo. Ergo de dissentiente ⁊ sic ꝑmanente loquit̃ Christus. Transeo illud de casu ligni apud Ecclesiasten. vbi Hiero: dicit intelligere ꝑ Austrū statum bonum. ⁊ ꝑ Aquilonē statū malum. concedo vtrūq; et nihil ad purgatoriū.

¶ De mansione apud Johannē certa vbi arguitur in hūc modū. quō fiet certa si fiat accessio gratie cui debeat̃ altior mansio: potest idem argui de quolibet fideli post baptismū. cui est certa mansio ab eterno p̄destinata. Deinde in purgatorio existentes sic ordinati sunt. vt hoc modo ad certā mansionē veniant. Illud etiam humanū argumentū nihil concludit ꝙ sequeret̃ descendentē cum pluribꝰ peccatis melius habiturū esse q̄ eum qui cū paucis. Si hec ratio bona est. timēdū est ne meretrix melior fiat q̄ beata virgo. quasi nō sint differētes gradus animarū in purga: cum ipse hodie sanctos velut pre ceteris p̄stantiores in purgatorio asseruerit. Deinde Syluestrinū argumentū inducit. ꝙ prodesset eis si ꝑdurarent in penis. nā sic ⁊ martyribꝰ expediret vsq; in diem iudicij mori et pati quasi ignoret d.d. ad certam mensurā penas esse animabꝰ cōstitutas. nō ergo damnabile est orare pro mortuis. sicut nec damnabile fuit quod apostolus ꝓ se orauit et orari petijt. cum tamē cresceret virtus eius in infirmitate. Ita quilibet fidelis pro qualibet necessitate cuiuslibet fidelis debet orare debet adiuuare. nō obstāte ꝙ ille ꝑ necessitatē istā magꝭ ac magꝭ mereat̃. ꝑ idē volo solutū ꝙ contra obseruantiā ecclesie ⁊ pietatem sit ꝙ dixi animā alienis suffragijs liberatā minꝰ beari q̄ si ꝑ se satis patiatur in purgatorio. hoc velut corollariū sumpsit ex dictis meis vbi ego sensi animabus esse succurrendū quantūlibet ꝑfectius genꝰ meriti esset iusticie diuine omibꝰ modis satisfacere.

¶ Damascenū transeo cum termio meriti ⁊ remitto ad precedentia.

¶ Item iterum me carpit ꝙ nullo fulcitꝰ testimonio prorogo terminū meriti. ipse aūt nitatur multis et neget. Rñdeo nullis nititur ⁊ ipse nisi violenter intellectis. vt satis dictum est.

¶ Capere etiam me in verbis meis volens dicit me appellasse sententiā meā opinionē. ergo male oppositū appellauerim errorē. dico sicut prius. Non solum opinionē sed ⁊ ignorantiā appello meam sententiā. errorē appellaui non ꝯtriam opinionē sed ꝙ opinionē ꝓ veritate statuunt.

¶ Deinde auctoritatē de Noe Job ⁊ Daniel dicit non valere tm̄ pro extremo iudicio nec possim hoc cōuincere ex litera. relinquo hoc iudicio melius sentientis. Cū textus manifeste habeat ꝙ pro hoie ad tribunal qđ in morte fit rapto. nec Job nec Dani: orent. qđ omio de iudicio extremo intelligi oportet. aut saltem non de purgatorio qꝛ ꝓ mortuis in purgatorio orant Noe Job Daniel et oēs eccl'ie.

¶ Ad auctoritatē Apocalyp: recte dicit ꝙ demones in inferno non laudent. sed blasphemant deum.

¶ Reliqua exclusus tꝑe doctor Martinꝰ vult signare in scheda et ostēdere dño d. ⁊ dñis notarijs. obtulit aūt sequenti loco infra scripta. ¶ Qđ demones in inferno non laudant sed blasphemant deum scio. sed ꝙ ideo subtus terrā significet purgatoriū in quo cantent anime. non sequit̃. primū ꝙ sunt in tribulationibꝰ ⁊ penis. nec dum absterserit deꝰ omnē lacrymā ab oculis eorum. d.d. aūt negat cantare esse in tribulationibꝰ laudare deum. Ideo cōtra seipsum loquit̃

dum subtꝰ terrã in purgatorio laudẽ ponit simul et penas in quib: nõ laudet.
nego aũt et ego ꝙ anime ideo cantent q: habent certissimũ signũ beatitudinis
hoc em̃ signũ certissimũ fuit ꝓbandum. Deinde ego sub terram non dixi ꝑcare
solum infernũ. sed et alia quecũqꝫ sub terra sunt. in quib: om̃ib: laus dei abun-
dat. Om̃ia em̃ sunt plena gloria ꝛ laude dei. qui laudabilis est in om̃ib: opib:
suis. alioquin oportet d. doctorẽ non solũ purgatoriũ ꝑ subtus terram intelli-
gere. sed etiam aliquod quartũ ꝑ subtus mare cum eodẽ Apocalypsis. 5. etiã
subtus mare recitet et om̃ia que in eo sunt. rectius ergo creaturas omnes hoc
quaternario intelligimus ꝑcatas. q̃ꝫ ea que dñs Eccius imaginat.

¶ Qđ aũt in tribulationib: laudare deum sit cantare probo non esse a me fictũ.
vt d. d. dicit q: Ro: 5. dicit gloriamur in tribulationib. ꝛ. Psal: 41. In die mã-
dauit dñs misericordiã suam ꝛ nocte (.i. tribulatione.) canticũ eiꝰ. ꝛ Jacobi. 5.
tristat aliquis oret equo animo et psallat. Itẽ benedicã dñm in om̃i tpe. Om̃i
inquit tpe etiam aduerso. Contra vituperat ille de quo Psal: Confitebit tibi
cum benefeceris ei. Fateor aũt hoc me nõ dixisse de damnatis subtus terram.
sed vt excluderẽ sententiã d. doctoris volentis ꝙ cantare sit tantũ de beatitu-
dinis securitate in purgatorio.

¶ De canone misse non est contentꝰ ꝙ dormire in pace ad corpus retuli q: dicit
canon: In Christo quiescentib: non in sepulchro quiescentib: Porro quid re-
ferat ad animã corpus in mari aut aere versari ac non quiescere? Item quis
(.inquit.) corpꝰ exanie dicat dormire in pace? Rñdeo nihil ista argutia valet.
nam quiescentes in sepulchro aut vbilibet scđm corpus iactati vere quiescunt
in Christo. hoc est vt Apocalyp: 14. requiescãt a laborib: suis. videlicet ꝙ se-
parata aĩa a corꝑe iam nõ laborat in corꝑe in varijs huius mũdi molestijs.
alioquin quõ Christi corpus in sepulchro negabit dormire in pace. ꝛ quiescere
in deo. cum in tot locis de eo sic loquat scriptura. ꝛ cantet ecclesia. In pace in
idipsum dormiã ꝛ requiescã. ꝛ Psal. 15. ꝛ caro mea requiescet in spe. Itẽ Apo-
calyp: 14. beati qui moriunt in dño. Item Stephanꝰ actuũ. 8. obdormiuit in
dño. qđ sine dubio de corꝑali morte tropo scripture dicitur. Si Eccio nõ dor-
mit corpꝰ exanie. sinat queso illud dormire suscitaturo deo ꝛ scrip: auctoritati

¶ In fine dicit orari a nobis pro pace. non quã habent. sed quã habere a mi-
seria penarũ contingat purgatis Respõdeo hoc est peticio principij q: pax illa
securitatis quã habeant nondũ est ꝓbata. relinquit ergo ꝙ in pena sunt. et vt
ab hac soluant et pacem habeant oremus.

¶ Hec om̃ia sic volo dixisse vt ostendã me ignarũ esse eorum que in purgatorio
agat deus. nimis eos audere qui huiꝰ ignorantie impatientes. potius fingere
volunt sua q̃ꝫ cõfiteri se ignorare. mea ꝓbare nõ possum. sed nec illi sua. quare
recte mea conclusio id tm̃ voluit esse nec scripturis nec rõnibus ꝓbatum aĩas
certas esse saltem om̃es de salute sua. ꝛ gratiam in eis non augeri sufficit ꝙ scis-
mus eas pati ꝛ nos debere eis succurrere. Cetera deo relinquenda soli.

¶ Acta sunt hec. 10. Julij presentibus ꝛc.

Eccius ꝑ schedã rñdit. 11. Julij.

¶ Solutiones reuerẽdi patris apparent mihi insufficientes potissimũ ꝙ Aug:
dicat nõ loqui de purgatorio cum maxime id agat. scꝫ de purga: Neqꝫ negã-
dum est aĩas defunctoꝝ pietate suorũ viuentiũ releuari. cum ꝓ illis sacrifi-
cium mediatoris offertur. vel Elemosyne in ecclesia fiunt. sed hec eis prosunt.
qui cũ viuerent vt hec sibi postea ꝓdesse possint meruerũt. Est em̃ viuendi mo-
dus nec tam bonus vt non requirat ista post mortẽ. nec tam malus vt ei non
ꝓsint post mortem. Quocirca hic om̃e meritũ compatur quo possit post hanc
vitam releuari quispiam vel grauari. I nunc Luthere et dic Augustinũ hic non
de purgatorio loquutum.

¶ Preterea non ꝓbat ad deletionē peccati venialis requiri augmentū gratie. fateor augmentū gratie tollere aliquando venialia. sed etiā veniale tollit̄ satis- passione. vnde apostolus allegat⁹ Ro:7. Nō loquit̄ de veniali peccato. porro si loqueret̄ satispassionē non excluderet. at de ei⁹ ꝯsensu velut impertinente nihil dico in p̄ntia. Veniale fateor offendit sed venialiter. q: hominē in odio dei non constituit. nec inimicū dei facit. ꝙ alioquin cū gratia staret ideo in purgatorio habent quidē peccata venialia citra inimiciciā dei.

¶ At ꝙ causat̄ me torquere auctoritates p capillos ad ꝓpositum. disperceam si tota disputatiōe vel vnam adduxerit auctoritatē tam ptinentem. sicut ego hic adduxi. Sed hoc iudicent iudices non Lutherus.

¶ Indignat̄ cur non ⁊ Augusti: ⁊ Hiero: causati sint hoc latibulū hereticorū qd̄ dixi. Bone deus si non vbiqꝫ clamet Augusti: ⁊ Hiero: cōtra Pelagianos Cyprianus ⁊ Ambro: contra Arrianos ⁊ Nouationos. eos ꝓ arbitrio inter- pretari sacram scripturā. ¶ Petit ꝙ ꝓbem meam sententiā. cum suam ꝓbare non possit. meam vero ꝓbatam iudicū relinquo iudicio.

¶ De donec alia est ratio Hieronymi ad Helpidium q: aliunde probatur ex scriptura Mariam semp mansisse virginē. igitur. donec ibidem non dicit con- summationē. quod hic non potest facere.

¶ Porro de rōnibus meis gratia breuitatis non moror. Sed ꝙ dicit me certū fecisse ex dictis suis ꝙ anime suffragijs viuentiū liberate minus beentur. male mihi imponit. nec em̄ mihi somnia fingo. repetitur em̄ in dilutiōe adnotationū mearū noluisse Paschalē sua sibi minui premia. ideo maluisse ardere. sed missa hec facio ⁊ Iudicib: cōmitto. ¶ Porro non nego quin in tribulationib: quis laudet deum. sed hoc loco accipi non potest ꝙ ⁊ in celo cantare eos dicit ⁊ ab illis absterserit deus omnem lachryman ꝛc. Unde liquet lectori quō sententiam meam inuertat. Unde anime in purgatorio cantant secundū Iohannē deo. ⁊ quero causam. explicet nisi certitudinis glorie. quare falsissime ꝯminiscit̄ ꝙ cō- tra me ipsum loquar. Unde non nego bonos gloriari in tribulationib: ⁊ can- tare sed negaui illam glossam quā ipe finxit ꝙ cantare sit in tribulationib: deū laudare. alioquin angeli non canerent deo et beati.

¶ Quod errorem patentissimū defendere conatur scʒ animas dormire somno pacis scʒ quo ad corpus ꝛc. qm̄ anima separata a corpore non laborat in cor- pore varijs molestijs. vide vafriciem qui cum soluendo ad corpus retulisset in sepulchro quiescentes. Iam se transfert ad quietem anime a laboribus corpis sed heus bone vir. Est hoc quiescere a laborib: q: videlicet non in corpore mo- lestias patiatur tamē incompabiliter maiores molestias sentiat extra corpus. In aīa quid iuuat si quiesco a febre. et infestior calculo?

¶ De Christi quiete aliud est. resurrectionē absqꝫ corruptione exspectante. bt̄i ergo qui moriunt̄ in dn̄o. sed quis dicturus est corpus beatum nisi per redun- dantiā aīe in corpus. Sic de beato Stephano qui in dn̄o obdormiuit.

¶ Demū inquit me petere principiū. sunt in pace ⁊ tamen eis petimus pacem. et quia ridiculū est referre pacem habitam ad corpus. sequit̄ illam esse in aīa scientia securitatis. Qd̄ ait se sua ꝓbare non posse. reputo verissimū. cōtra alij sua ꝓbant q̄uis pertinax et ceruicosus etiam demonstrationib: non adquies- cat. quin semper contenderet nō esse demonstrationē. velut Grego: Arimineñ: et Petrus Aliaceñ: Aristoteli faciunt in rationibus de primo motore in. 7. ⁊ 8. Physicorum. quare cum cōmuni concludo sententia ⁊ in purgatorio gratiam non augeri. et eas certas esse de salute.

De indulgentijs.

Die vndecima Julij que fuit dies Lune.

Eccius.

¶ Inprimis anteq̃ descendam in hanc disputationē indulgentiarū, ꝓtestor nō esse mentis mee: aut ꝓpositum velle hac mea disputatiōe cōtrauenire mandatis summi pontificis quibus mandat in Decreto incipiente Cum postq̃. non debere defendi vel ꝑdicari ꝯtrium certis pūctis de indulgentijs sub pena excōicationis. sed magis esse intentiōis mee defendere veritatem in eodem Decreto approbatas. Quo sic prefato accedo ad inpugnandā conclusionē vndecimā Dicere indulgentias esse vtiles Christianis est verum et pium. nec indulgentie sunt viciū boni op̄is. quare nō videt bene dictum ꝙ hoc affirmantes insaniāt. hoc ꝓbatur. Quia ecclesia in ijs que sunt fidei non errat ⁊ que respiciunt animarum salutem. immo vt s. Cyprianus ait. Deus non ꝑmittit maiorē ꝑtem cleri errare sed in concilijs gn̄alib: ⁊ ꝑ vniuersitatē cleri iam a trecentis annis indulgentie reputate sunt vtiles ⁊ pie Christianis. Qd̄ patuit in cōcilio wienensi vbi approbate sunt date ꝑ Urbanū. 4. ꝓ venerabilis Eucharistie veneratiōe. nam consiliū hanc addidit rationē motiuā vt Christi fideles essent magis parati ad obsequia venerationis ⁊ honoris sacramento impendenda. Sic Innocen: 3. in concilio generali vbi vtilissimā constitutionē Om̄is vtriusq̃ a tota ecclesia receptam edidit. de indulgentijs quoq̃ disposuit hospitaliorum dicens. Iniūgimus vobis in remissionē pctōrum quaten⁹ de bonis vobis collatis grata eis subsidia charitatis erogetis. vt ꝑ subuentionē vestram ipsorum inopie ꝯsulatur ⁊ vos preponat ⁊ alia que dn̄o inspirante feceritis ad eterna possitis gaudia ꝑuenire. In eodem quoq̃ Concilio limitata fuit inferiorum ꝑlatorū indulgentias dandi potestas. que in Lugdunēn consilio deinde fuit approbata. Sed si indulgentie essent vicium boni op̄is et Christianis inutiles. quid opus esset collationē vicij op̄is minuere in inferiori prelato ⁊ ꝯferre in plenitudinē potestatis? Accedit ꝙ laudabile Constantiense consiliū. qd̄ et inter errores damnauit indulgentiarum cōtemptū. contulit indulgēn: om̄ib: in Concilio existentib: ⁊ feria sexta ieiunantib: Qd̄ fuisset bona op̄a tantorum patrum inquinare et inficere. et Gerson quē reuerend⁹ pater illustrē theologū appellat. sicut fuit veri ⁊ honesti studiosissim⁹. is decidit indulgentiarum ꝯcessionē nō esse pudendā seu ꝯtemnendam. sed deuote amplectendā in fide spe ⁊ charit: dn̄i nostri Jhesu Christi qui talem potestatē clauiū ecclesiasticarum dedit hoibus. Constat em̄ ꝙ fructuosior est ⁊ deo acceptabilior op̄atio talibus indulgentijs innitens q̃ altera et ceteris paribus non innitens hec Gerson Sic ⁊ alij sancti et optime existimatiōis viri ꝑpe datarum indulgen: voluerūt que a beato Grego: quoq̃ date sunt ante nongentos annos ⁊ Paschasio ante sex centos annos. Unde sola tanti p̄ris auctoritas debet quēlibet Christianū mouere vt credat indulgentias esse vtiles Christianis. Quis non ignorē ꝙ wilhelm⁹ Altisidorensis referat non defuisse qui etiam viuente btō Grego: sancto patri in indulgentijs ꝯdixerint. Porro hoc addam. Si indulgentie sunt vicium boni op̄is hoc potissimū meo arbitratu ex eo suspicari possem ꝙ sunt satisfactorie. sed ꝑ opus satisfactoriū non min⁹ meremur q̃ si nō esset satisfactoriū. alioquin ꝑstaret nos nulla facere op̄a satisfactoria. ne merita nr̄a ꝓ isto statu minueremus. Sed in benedictionib: seminantes de benedictionib: quoq̃ metemus. Sed hic audiā reueren: patrem. Accedat tantus totius Christianitatis cōsensus in Jubileis ꝑ summos pon: celebratis ꝑ Bonifaciū: Clemen: 6. Urbanū. 6. Nicolaū. 5 integerrimū ⁊ doctissimū pon: Sixtū. 4. et qd̄ cōmuni consensu Christianissimorū regū ⁊ principū ꝓ passagijs ⁊ cruciatis. Summ⁹ ponti: plenissimas sepe dedit indulgen: Cū

ergo fides ecclesie sit indefectibilis, pro qua Christus rogauit vt non deficeret. Luce. 22. et pollicitus est se nobiscũ esse omnibus diebus vsq; ad consummationẽ seculi Matth. 28. Non est admittendũ ecclesiã cum animarũ pernicie tanto tpe errasse et q: decreta Summorum pon: ab omnib: cõmunionẽ ecclesie sancte habẽtibus sunt acceptanda. vt ait Grego: can: preceptis. 12. dist: Item can: omnia decretalia. 24. quest: 1. cum multis cõcordantibus et pontifex modernus sub pena excõicatiõis late sententie definiuit indulgentias esse vtiles ad penã pctis debitã ijs qui charitate iungente membra sunt Christi delendam. Et quod huiusmodi remissio ex merito Christi et sanctorum auctoritate summi ponti: quasi cõpenset. His omnibus psuasum volo Christiano fideli Indulgen: non esse viciũ boni opis. nec dicere indulgen: Christiano esse vtiles esse insanire. quod nihil aliud est quam dicere totũ clerum in eccl'ia tanto tpe insaniuisse.

Martinus.

¶ Duodecim argumentis impugnat egre: d. d. conclusionẽ meam vndecimã. Ad que pluusq; rñdeam. Primo diluam illud quod insaniã esse dixi haberi indulgentias bonas Christiano. esseq; eas viciũ boni opis. Dico ergo qñ propheta Psal: 39. audet insanias falsas appellare et Psal: 118. iniquorum fabulationes ipsas traditiões hoim que de se nõ erant male nisi quod malam fiduciam aduersus iusticiã dei prestabãt insipientib: quanto magis insania est indulgentias que neq; precepte neq; cõsulte sunt neq; necessarie ad salutem. imo remissiões sunt bonorũ multorum opm haberi pro bono Chrianorum? Cum omne bonũ nrm et necessariũ ad salutem cõprehensum sit in preceptis et consilijs. immo amplius dico. quãdo saluberrima dei lex teste Ezechiele et apostolo Paulo Ro: 7. non est bona homini. immo occasio peccati. sola aũt gratia bonũ est Christiano. quanto magis indulgentie que nedum cum gratie sed nec cum legis vllius bonitate vllo modo compari possint? cum sint nihil et priuatio quedã bonorum operũ. haberi debent pro bono Non quod noxias aut pniciosas arbitrer vt dicemus. qñ ergo egre: d. d. dicit. Primo ecclesiã in ijs que sunt fidei non errare nec in ijs que respiciunt aniarũ salutem. recte dicit sed tales non sunt indulgentie vt (dictũ est

¶ Qd aũt Cyprianus dicit deum non pmittere quod maior pars cleri erret viderit ipse quid dixerit. Certum est qd tpe Arriane pfidie maior pars et elequentiorum episcoporum et doctiorum virorum errauit in tanto articulo fidei. adeo vt nullus catholicus epũs ferme resideret in cathedra sua.

¶ Qd dicit in concilijs gñalibus et trecentis annis habitas indulgen: vtiles et pias Christianis. et in concilio wienensi approbatas. quas Urbanus. 4. pro reuerentia venerabilis Eucharistie in fidelibus excitanda largitus est. Rñdeo nunq; negaui esse vtiles indulg: sed non Chrianis. hoc est feruide agentibus Christũ secundũ nomẽ suum amantib: et querentib: ijs enim ingrata est remissio operũ. grata vero impositio operũ. Secundo dico quod in ijs rebus nõ est respiciendo psona vllius siue Concilij siue pape. sed quid dicat. psertim qñ hic error de indulgen: vt in re nõ necessaria non est periculosus ceteris tñ parib: hoc est si sciãt eas esse nõ necessarias nec in eas confidant.

¶ Ad scdm de Concilio gñali et Innocen: 3. qui iniũxit pro dispotiõe hospitaliorũ vt in remissionẽ pctõrum cõferrent grata subsidia &c. Dico me adhuc nõ intelligere hoc verbũ pape. cũ remissio pctõrum mihi videat esse aliud quam indulgentias atq; si esset idem dico sicut prius.

¶ Ad terciũ de Lugduneñ. Cõcilio in quo approbata dicit et limitacio ptãtis cõferendi indulgen: inferiorum platorũ. Admitto totũ. quod aũt sequit Si essent inutiles non fuisse necessariũ collationẽ vicũ opis minuere in inferiorib: prelatis. Dico indulgentias esse vocatas a me vicium opis scdm qd impugnatus sum a d. d. cõclusiõe mea. 42. in Resolutorio. vbi sic dixi. Nõ quod venie sint male et noxie sed quod abusus peruersus nocet. dũ tale opus nõ facerent nisi venie essent. Sic enim

finis opis huiusmodi fit ipsa venia. et clarissimũ est ꝙ raro hoies contribuerent nisi indulgentie ꝓmitterent. Ideo semꝑ ibi est periculũ saltem viciosi opis.

¶ Quarto induxit laudab: Constañ conciliũ qđ inter errores ceteros dãnauit contemptũ indulgentiaꝝ. Rñdeo nunq̃ ego contempsi aut ꝯtemnendas esse docui nisi contempt⁹ intelligaẗ hoc modo ꝙ incõꝑabiliter meliora possumus eisdem expensis facere quib: indulgẽtie redimunẗ. vel q̃ sunt indulgentie ipse. quare prerogatiua melioris nõ est contempt⁹ deterioris Sicut aurũ non est contemptus ligni aut feni ⁊ si prestanti⁹. ꝑ idem ad quintũ vbi Gersonem inducit indulg: concessionem non esse paruipendendã. Addo in suo genere. seu sicut ipse dixit ceteris parib: Nec credo hanc sententiã d.d. satis placere. ꝙ indulgeñ sint suscipiende in fide spe et chari: cum tenuerit satisfactionẽ impleri ⁊ remitti posse etiã ijs qui sunt extra gratiã. Admitterẽ ꝙ fructuosior sit oꝑatio innitens indulgentijs q̃ altera non innitens ceteris parib: mõ cetera illa paria recte cõparentur. Sicut non nego meliorem esse posse vnam orõem dñicam Laici q̃ omes horas canonicas vnius sacerdotis.

¶ Sexto inducit beatũ Grego: ante nongentos annos. Pascasiũ ante. cccccc annos dedisse indulgeñ: quãuis recitante wilhelmo Altisidiorensi aliqui contradixerint sancto Grego: Rñdeo. Nondũ habeo fide dignam historiã de indulgeñ: Gregorianis. tamen quidquid sit nõ ideo sequiẗ indulgẽtias esse aliud q̃ indulgentias. hoc est remissiones bonorũ operũ quas nemo bonas poterit appellare Christianis quantũlibet sancta Concilia vel quãlibet sancti eas dederint vel approbarint ideo d.d. non solum contra me agat solis noib: auctoritatũ. sed ⁊ ipsius rei veritate.

¶ Septio suspicaẗ eas esse ideo boni opis viciũ q: sunt satisfactorie. Dico ꝙ nõ sunt satisfactorie sed remissiones satisfactionis. nec habende vt opus satisfactoriũ. ideo male hoc argumento ꝯꝑantur opib: satisfactorijs quasi ideo merita nostra minuanẗ si indulgentie relinquanẗ. imo ꝯ̃rium verius est merita augenẗ dum indulgentie relinquũtur.

¶ Octauo dicit consensu fideliũ receptum annũ Jubileũ Bonifacij. 8. Cle: 6. Six: ⁊c. Rñdeo quis scit si consensus fideliũ eum receperit. nec est Bonifacius tante opinionis vt quidquid gesserit. statim ꝓ re bene gesta habendũ sit. presertim in re non bona nec necassaria ad salutem. qui ⁊ alia monstra ꝑpetrauit que in rebus necessarijs malum exemplũ prebuerũt.

¶ Nono ꝙ dederũt Rho: ponti: consensu Chr̃ianissimoꝝ regum ⁊ principum indulgentias pro passagio. Dico sic̃ prius non est miraculũ ꝙ deus hec ꝯtemnat ⁊ sinat agi et agere que imꝑtinentia sunt ad salutẽ. qui in ħ suꝑ nos vigilat vt doceat vtilia. vt apostolus Titum. 3. dicit hoc est precepta sua ⁊ consilia.

¶ Decimo arguit fidem ecclesie esse indefectibilẽ ⁊ Christũ nobiscum. ideo ecclesiam non potuisse errare tanto tꝑe cũ animarũ ꝑnicie. Dico non tota ecclesia errauit. Deinde si etiã erraret in ijs reb⁹ nihili (semꝑ de Chr̃ianis loquor.) non est ꝑiculum salua fide. variari opiniones et errare in tꝑalibus non tollit ecclesiam Christi.

¶ Undecimo decreta Ro: pon: acceptãda esse ꝯtendit. Rñdeo sine dubio sunt acceptanda sed tamen cum iuditio vt habeẗ dist: zz. ca: Anastasio q: Romani pon: hoies fuerũt et hoies circũ se habuerũt. errare potuerũt. Deinde nullũ est decretũ qđ precipiat indulgẽtias redimere nec est vsq̃ hodie. qđ indulgentiarum valorem aperte declarauerit.

¶ Ultimo de moderni pontificis definitione esse videlicet vtiles indulgeñ. ⁊ de merito Christi et sanctoꝝ acceptas. Rñdeo nec ipse satis exprimit. nec probat vel vna syllaba que dicit. De qua re copiosius in actis meis Augusteñ: dixi. Nõ sequiẗ ꝙ totũ clerũ in ecclesia tanto tꝑe insaniuisse. cũ interim semꝑ fuerint quibus ⁊ displicuerint. qui ⁊ ꝯ̃dixerint saltẽ priuatim indulgentijs. vt testatur

vulgatissimū ꝓuerbiū Indulgentie sunt pie deceptiones.

Eccius.

¶ Accepi reuerendi patris sententiā in multis mitiorē et equabiliorē ꝙ̄ verba ꝯclusionū p̄tenderent. aut alia sua scripta mihi videbant̄ ꝑcare. neqꝫ mei est in-stituti indiscretas indulgentiaꝝ ꝓclamationes aut abusus defendere. sed ve-ritatē ⁊ quantū indulgētie rōnabiliter date possunt ꝓdesse tutari. et vt sim bre-uis. nō discutio de excusatiōe sue ꝯclusionis. at cum assumit indulgentias non p̄ceptas. nō necessarias esse. fatemur. sed in hoc toto meo exili iudicio apparet esse difficultas nostre dissensiōis principaliter q꞉ reuerēdus pater dicit indulg꞉ non esse nisi remissiōes bonoꝝ opm quā interpretationē apud nullū indulgen-tias vel dantē vel admittentē memini me repperisse. qm̄ sic indulgentie essent vere noxie. ꝑiculose. ⁊ dānabiles. Cum sic ꝯcilia ⁊ summi ponti꞉ remitterēt hec bona opa vt vel sic hō nō mereret̄ tantā beatitudinē. qᵭ est ꝯ̄ aiaꝝ salutē. vel hoīes decepti remissione bonoꝝ opm ad purga꞉ miterent̄ vt penas hic nō di-lutas. ibidem sustinerēt. qᵭ reuera dānabile est. vnde oim vl' dantiū vel admit-tentiū indulg꞉ vnus cōsensus est indulgentias non esse bonoꝝ opm remissiōes sed remissionē esse pene tpalis ꝓ peccato cōtrito adhuc debite ⁊ nō solute. Si-cuti Leo modernus papa expresse in p̄fato decreto definit qᵭ Sixtus. 4. ante eū expressissime fecit tpe Iubilei sui. Unde cōcordare non possum qᵭ reueren꞉ pr̄ in suis Resolutionib꞉ dicit indulgentias solū datas pigris. qᵭ etiā in sermone vulgari affirmat nō volentib꞉ implere canones penitentiales. ⁊ tn̄ in eodē reso-lutorio dicit canones peni꞉ pigrꝫ impositos. qᵭ viri alioquin strēnui om̄ez vitā penitentiā agerent. vnde infelicissime essent Indulgētie si essent bonorū operū remissiones. Solutur⁹ ad primū rn̄dit indulgen̄꞉ nō attinere ad aiaꝝ salutē. cū ꝓfecto maxime intersit salutis aiaꝝ. an salutē ꝓmoueāt vel impediant. Interest etiā fidei nostre an papa vt Christi vicarius penas pecato debitas facta recōpensatione p merita Christi ⁊ sanctoꝝ possit remittere et delere. De Cypriano obiecit mihi qᵭ occurrebat Cyprianū legenti ꝙ̄uis nō plene mihi ꝯstet an sicut in Grecia ita ⁊ in aliīs regiōib꞉ Eccle꞉ maior ps cleri fuerit infecta

¶ Deinde ad consilia rn̄dit indulgen̄꞉ non esse bonas Christiano. i. qui fide et chari꞉ Christū sequat̄. hoc certe dicta Cōciliorꝝ destruit ⁊ indulgentiaꝝ largi-tionē. q꞉ non nisi Chr̄i fidelib꞉ ⁊ ꝯtritis ⁊ ꝯfessis sub ꝯmuni forma ꝯcedunt̄. q̄re cōmuni sentētia indulgentie non sunt bone malis. q꞉ eas non consequunt̄ sed bonis et vere Christianis.

¶ Non accepto ꝙ. z. p. dictū Senece hic vsurpat. nō attendendū quis sed q̄d dicat̄. quoniā maxime in iīs que sunt fidei attendere oportet etiā quis dicat. ⁊ ꝯsiliū legittime congre꞉ est ab omni Chr̄iano audiendum.

¶ Dicit errorē non periculosum si hic de indulgentiīs erret̄. at mihi ꝯ̄riū videt̄ cum periculosi errores fuerūt iudicati qui sacris ordinib꞉ vr̄is fratrū mendican-tium ab initio detraxerunt.

¶ Ad Innocētiū in gn̄ali cōcilio ꝯstitutionē dicit se nō intelligere quō valeāt. vel indulgen̄꞉ sint remissio pctōrū. dico vt semꝑ nō dabo tam solenne ꝯsilium ⁊ legitimū potuisse errare. cū a spū s. nō derelinquat̄ ⁊ remissio pctōꝝ intelligē-da sit quo ad penā. q꞉ nomē pcti nō semꝑ ꝓ culpa. sed etiā ꝓ pena culpe debi-ta vsurpat̄. sicut apud Machabeos vt a peccatis soluant̄. qᵭ de culpa nequit intelligi mortali. sed de pena culpe debita. Et si indulgentie dicant̄ dari vt ab-soluant̄ a pena et culpa. eas ꝯsequentes nullus existimare debet indulgentias remittere culpā. sed q꞉ papa ꝯcedit vt a culpa mediante sacramēto penitentie a deputatis cōmissariīs absoluant̄. ⁊ deinde indulgentias. i. penarum remissi-ones consequantur.

¶ Qđ vero se excusat ꝙ dixit indulg: esse vicium boni opis q: et ipse voluerit ceteris paribus opus bonū cum indulgētijs esse melius ꝙ̃ sine indulgentijs. sed sicuti fieri soleat q: ita hoies idulgentias redimant vt bona opa illa sine indulgentijs non facerēt. ꝙ̃lis pleraq3 super illo dicto afferri possent ⁊ in simili quādo vicini ꝓpter amiciciā vicinoꝝ ꝯueniūt ad oblatiōes ⁊ offertoria plus ꝙ̃ intuitu mortuoꝝ. attamen mihi apparet meliori iudicio semper saluo hoc non esse vitium boni operis. Primū ex eo quia sacrum consiliū ꝑ indulgentias vult excitare homies ad bona opa. Secundo q: esto ꝙ tale quid faciant. vel exhibeant. ꝓpter indulgentias ꝯsequendas. tn̄ ista opa ex illo fine non inficiuntur. qm̄ finis iste indulgentiaꝝ non discrepat a fine vltimo. ita ꝙ penarum remissio ꝯgruenter in deū ordinat̄. alioquin ꝑscindendo subordinationē finiū paucissima vel nulla essent bona opa.

Hic ꝯtinuauit Ecchius hora secūda diei. 11. Julij. 1519.

¶ De cōtemptu indulgentiarū per Cōstantiense consilium improbatū dicit reuerendus pater se illas non ꝯtempsisse fateor ingenue. si eo semꝑ fuisset vsus moderamine sicut se hodie exposuit ⁊ forte eius interꝑtationi est standū. Et in ꝯscientia sine foro. tamen scriptus eius sermo vulgaris aliam exhibet intelligentiā laicis. sed hoc nihil ad me. Ad Gersonē respondit admittendo. tamen arbitrat̄ Gersonē mihi aduersari qui indulgentias tunc vtiles reputat qn̄ fide spe ⁊ charitate ꝑcipiunt̄ qđ ego alias tenuerim posse fieri satisfactionē in pctō mortali. dico ⁊ ipsum Christianissimū Cancellariū hoc tenere aliquem posse satisfacere de iniuncta penitentia in peccato mortali alioquin imprudentissime agerent confessionū auditores. durantem imponendo pn̄am. sed an quispiam indulgentias in peccato mortali consequatur nihil ad rem. ratio diuersitatis est obuia. qm̄ indulgentie non solent concedi nisi contritis ⁊ confessis. ideo nō mirum si peccatores harum non sunt capaces. q: indulgentie tm̄ valent quātum sonant. Subiunxit reue: pater orōem dn̄icam Laici tm̄ valere sicut horas canonicas clerici. si cetera sunt paria. illud non admitto.

¶ De btō Grego: dicit se nondū receptam vidisse historiā. at tam ꝯstantissima fama. sicut b. August: lib: de tri: de Alexandria inquit hoc negare non ꝑmittit negat aūt indulgentias esse satisfactorias. sed solū sint remissiones bonorum operū. In hoc credo principali nos dissentire ⁊ magnam ꝑtem cōtrouersie hic fundari. At prius memini indulgentias esse non remissiones bonorū operū. vt credit reuerendꝰ pater. sed remissiones penarū peccatis debitarū. Unde homo vere Christianus accipiēs indulgētias non minora sed plura facit bona opa ꝙ̃ si non consequeret̄ indulgentias. Sic aūt intelligo indulgentiis esse satisfactorias sicut papa Sixtus. Clemens. 8. papa modernus declararūt. non qđ ꝯsequutus indulgentias satisfaciat sed q: nullum malum manet impunitū. et nullū peccatū manet inultum(. can: sicut primi de peni: dist: prima.) Ita vicarius Christi dispensator eius thesauri vbi homo ꝓ poena peccati non reddit equiualēs ipse ex thesauro sibi cōmisso merito Christi. sufficientissimo illud recōpensat. ⁊ ꝓ eo satisfacit. Quare ꝯcessi in priorib: indulgentias de se nō delere culpā. sed penam ⁊ ꝙ sit talis remissio penarū in indulgentijs et non remissio bonoꝝ operū. patet ꝑ illud Esaie. Spūs dn̄i sup me eo ꝙ vnxerit me ad annūciandū mansuetis misit me vt mederer contritis ac predicarē captiuis indulgentiā ⁊ clausis aꝑtionem. Christus eadem verba de se assummēs pro verbo Indulgentias remissionis nomē accepit. Sic theophilus ait vt beatus Thoman renarrat. nā prius ab inferis anie oim tenebant̄ donec venit qui predicaret captiuis remissionē. Deinde cōtendit reueren: pater merita augeri relictis indulgentijs. hoc ego nō video. qm̄ vt dixi non redimentes vel relinquētes indulgentias aliqn̄ istam pecuniā in bonis conuiuijs volunt cōsumere. non merita augere. fateor ꝙ aliqn̄ posset quis facere maius opus meritoriū cū illa pecunia ꝙ̃ si redimeret indulg: casus non oportet speciuocari.

¶ De Jubileis celebratis non vult admittere accessisse consensum fidelium. et suspecta Bonifacij. 8. vita potest suspectū facere eiꝰ Jubileū. dico satis magnum esse populi cōsensum. ꝙ ex toto Christiano orbe in Jubileo Christi fideles confluūt. quō alias cōsensum fidelium ꝓbare possit non video. ꝙ consensu principū dixi pro passagio ⁊ cruciatis a summo ponti: indulgētias datas. Respondet parum cōficere si hic errauerint in re nihili. quasi nihil esset Christi fideles decipe et vnanimē Christianoꝝ principū et regum cōsensum in tam fallacem descendere fideliū deceptionē.

¶ Preterea nullū ait esse decretū expressum ⁊ clarū sup indulgentijs. Oppono ei declarationē Sixtinam et iam nouissime declarationē moderni pontificis. Ubi inquit Ro: ecclesiā quam relique tanq̄ matrē sequi tenent tradidisse Ro: pont: Petri clauigeri successorē ⁊ Jhesu Christi in terris vicariū potestate clauium quarū est aperire tollendo illius in Christo fidelibꝰ impedimenta culpā scꝫ et penam ꝓ peccatis actualib: deletam. culpam quidē mediante sacramēto penitentie. Penam vero tpalem ꝓ peccatis actualib: scdm diuinā iusticiā debitam. mediante ecclesiastica indulgentia posse ꝓ rōnabilib: causis eisdem Christi fidelib: qui charitate iungēte sunt membra Christi siue in hac vita siue in purgatorio indulgentias ex supabundantia meritorū Christi et sanctoꝝ et tam ꝓ viuis q̄ꝫ ꝓ defunctis apostolica auctoritate indulgentiā ꝯcedendo. thesaurū meritorū Christi et sanctoꝝ dispensare ⁊c. Ubi clare determinat cum sequentibꝰ indulgentias non esse remissiones bonoꝝ operū sed remissiones penarū. que fiat cōpensatione facta meritorū Christi. et ꝙ rōcinabar ecclesiā tot annis totam non errasse. Rūdit non totam ecclesiā errasse. q: semp interea fuerint quib: hoc negotiū fuerit suspectū hinc vulgatū illud. Indulgentie sunt pie deceptiones fideliū. Ad qđ dico. Qñ alicuius rei habenda est ratio non quod quisq̄ꝫ dicat sed qđ boni. docti. honesti. et optimi statuunt audiendū est. quot eñi fuerunt ꝓbatissi: et honestiss: viri per totum Christianū orbem in trecentis annis ⁊ horum aliqui in cathalogū sanctoꝝ relati non tamen indulgētias hoc pacto ꝓbauerūt. Etiā si abusus eis sicut in omi re displicuerit. Thomas sctūs est Bonauentura Albertus Carmelita. Bernhardinꝰ et alij magni viri. Ales Gerson Capistranus ⁊c. qui tamē indulgentiarū concessionē non reprobarūt. Quare nihil refert ꝙ Johanni wickleff ⁊ Ulrico Kalteisen in Anglia. dño Johanni de wessalia qui tamē hoc retractauit Maguntie. Bohemis indulgentiaꝝ ꝯcessiones non placuerunt. Quare cōcludamus indulgentias rōnabiliter datas. ad dei honorē et fidei exaltationē nō esse inutiles Chrī fidelibꝰ deuotis non ꝑsummentib: sed eas cum humilitate ⁊ gratiaꝝ actione accipientib: abusibus resectis ⁊ repulsis. vt sic potius de tanto munere deo gratias agamus q̄ꝫ vt illud supbe cōtemnamus semp in animo habentes optimā indulgentiā esse veram ꝯtritionem. Tamen omnino si hodie exposita sententia fuit mens reue: patris maluissem vt illud clare dixisset ⁊ simplicib: non dedisset occasionē aliud cogitandi q: nemo est oim auditorū. qui sensum hodie datū intellexerit in cōclusione vndecima Dicere indulgentias esse bonū Chrīano est insanire. Sunt eñi verissime operis boni vicium. At sum bene contentus de sua expositione quantum ad me attinet.

Martinus.

¶ Contra solutiones meas opponit egregi: d. d. primo indulgentias non esse remissiones bonorū operum nec se vidisse qui hoc assereret. Sequi etiā adhoc indulgentias esse vere ꝑiculosas noxias ⁊ damnabiles. esse potius eas vno cōsensu dantiū et admittentiū remissiones penarū ꝓ peccatis debitarū. Rūdeo satis admiror quid hec verba d. d. velint. cum sine dubio ꝑ penas pro peccatis debitas intelligant omnes labores satisfactiōis que tertia pars est penitentie. Inter quos certe sunt bona opera Elemosine. orōnes. ieiunia. vigilie et similia.

℄ Sexto, Libera me quæso ex his angustiis meis, Si uerbũ Christi potest intelligi de sacramentali pœnitentia, ꝑsertim tertia eius parte, idest satisfactiõe. Verbũ aũt Christi est ꝑceptũ immutabile, Quomõ fit, ut sacerdotalis potestas, sacramétalé satisfactioné mutet, dando indulgentias & remissiões satisfactionis? Nonne uides, uel aliã esse satisfactioné sacramentalé, quã Papa remittit, scꝫ Eccl'iasticã. uel si eadé est, nullas esse prorsus remissiões, & indulgentias esse meras illusiones, & simulatas remissiões? Nõ em̃ remittere põt homo, qđ deus ꝑcepit & ligauit.

¶ Septimo, Si satisfactio cōpræhendit̃ in pœnitētia secūdo & tertio modo, utraq; aūt est quæ a sacerdote iniungit̃, Rogo quō stabit hæc distinctio? Sacramentalis eñ satisfactio nō est nisi quæ a sacerdote imponit̃,& eadem est (te autore) quæ tertio modo accipitur. Iure mihi ueniam dabis, si hæc non capio. Aeneū eñ caput,& nasum ferreū habeo.i.indocile & nō capax tantæ tuæ Theologiæ ingenium, si ita placet.

¶ Tu nunc uide, quō uerbum Chri non solū posse, sed debere etiam ītelligi, de qualibet harū triū pœnitentiaꝶ, cōtendas.

¶ Tertiam falsitatem meā persecutus dicis. Tertia falsitas est ad hominē, id est, ad te. Qꝫ scilicet Chrus nō intendit loq̃ solū de interiore pœnitētia. Hoc eñ, in se qdē, ueꝶ est. Sed tibi, qui uis Christū his uerbis indicere Pœnitentiā in omni uita, de exteriori non pōt intelligi, quā oportet intercidere somno & gaudio, gaudēdo cū gaudentib9,& hmōi. unde tibi solū de īteriori pōt intelligi, non omi sed habituali, quia etiam interiorē actū lib.arb.dormiētes necessario ītercidim9. Hæc Syluester.

¶ Credo hæc tibi acuta & firma uideri. Placet aūt ꝙ dicis falsitatē esse ad hominē (id est ad faciē & apparentiā) reuera aūt ualidissimā ueritatē. De habituali pœnitētia, & omi uita agēda, supra satis dixi, quæ & si non fit omi uita, debet tamen fieri omi uita, ideo eñ peccam9. q̃q̃ ii qui sunt in gr̃a, nullo momēto sunt sine pœnitētia, tam exteriori / q̃ interiori, quia sc̃tificāt se ab omni inquinamento carnis & sp̃ūs, licet & carnificinā illā confictamq; hypocrisim non faciant.

¶ Id non satis admirari possum / ꝙ aperte negas pœnitētiā in gaudio agi posse, cum pœnitentia eo sit purior, quo fuerit hilarior & iucundior, hilarem datorē diligit deus. Sed Ap̃lum quæso rep̃hende qui Thessalonicēsib9 p̃cipit. Semper gaudete ī domio. Et Psal. Semper laus eius in ore meo. Dic rogo, ut aliquando etiā plorent, & maledicant ī dño. Igitur semper in domino gaudendū, semper in nobis plorandū. In deo habemus unde gaudeam9. In nobis, unde lugeam9. ideo fit gaudiū in luctu, & luctus in gaudio. gaudiū ī abscondito, luctus in cognito, Sed hæc non sunt Scholastica, ideo differo in aliud tempus.

¶ Qꝫ uero dicis. Vel ìn somno intercidere necessario actus pœnitentiæ. Agnosco egregiū Aristotelē in te ex Ethicis suis fa-

bulátẽ,ubi dicit.ꝙ miser & fœlix dimidio uitæ nihil differunt, uterq̧ eñ dormit nocte, id est, nihil agit, uel fœlicitatis,uł infœlicitatis. Quõ poterit tibi uera Theologia placere,cui placet tam insipiens Philosophus? Audi Apostolum Paulũ ad Ro. Qui manducat, dño manducat. qui non manducat, dño non manducat.Et iterum,Qui uiuit, dño uiuit.qui moritur,domino moritur.Sic & ad Corinthios,Non estis uestri, Empti enim estis precio magno.Hũc,rogo,liceat imitari,& dicere.Qui dormit,dño dormit.Qui uigilat,dño uigilat.Et alibi,siue comeditis,siue bibitis,oĩa ĩ noĩe domini nr̃i Ihesu Christi facite.domino autẽ dormire, credo,nõ negabis,esse dei uoluntati parere. uoluntati autẽ dei parere,optima certe pœnitentia, & a uitiis purgatio est.Puto etiam ꝙ dormiẽs uiuat, si uiuit,certe domino uiuit,ut hic dicit Apl̃us.Item quõ audes dicere, dormientem fidelẽ, esse uacuũ actibus bonis, qui tum maxime bonis actibus plenꝰ est,qñ deum in se quieto agere patitur,& sabbatũ domini celebrat? Sed sisto, nescio eñ an Thõistica Theologia hanc Theologiam unq̃ senserit.Paulia eñ est, nõ Peripatetica.

¶ Quartã falsitatẽ meã tandẽ hanc ponis. Q̃ꝫ pœnitentia interior nulla est,nisi foris operetur uarias carnis mortificationes(Sic enim ego posui) Immo, inquis, exterior pœnitentia nulla est sine interiori,interior aũt sola potest hominẽ saluare.

Sed hanc falsitatẽ meã tu ipse tollis & dicis, potest tamẽ hoc dictũ tuũ uerum,& a saluatore intentũ habere sensum ,scilicet, ꝙ omnis interior pœnitentia,operatur uarias carnis mortificatiões exterius,id est ꝓ loco & tempore &c.Gratias ago tandem quia me defendis.Hic ꝯcordamꝰ aliquã tũ,sed rursum repente dissentis d.Hic aũt sensus,tibi uidet̃ impossibilis. Hic ego, tibi uidet̃ impossibilis.mihi uero est nõ tm̃ possibilis,ꝟ & in eẽ semper:ut Peripatetice tecũ loq̃r:Quia oĩa iusti opera sunt pœnitẽtiæ,id ẽ mutatiões & renouatiões de die in diẽ.Hæc aũt nõ possibilia modo,sed necessaria quoq̧ sunt,nisi sis de nonagita nouẽ iustis,qui pœnitentia nõ indigent.aut sotius Pharisei, qui non est sicut cæteri hominũ.Nã nos cum Ecclesia congemimus assidue,Erraui sicut ouis quæ periit,quære seruũ tuum. & cũ publicano, uocẽ turturis sonamus,deus propitius esto mihi peccatori.Et cũ Iob,ueremur omnia opera nostra. Et dimitte nobis

debita nostra, cũ omnibus sanctis dicimus, non solũ uerbo, sed corde & opere. Semper enim in timore dei agimus, Timor autẽ principiũ est sapientiæ, idest mutatio de insipientia ad sapientiã, quæ est uerissima pœnitẽtia. Factis ostendit se nõ egere pœnitentia, ait Bern, qui non assidue ad pœnitentiam festinat. Tuã tamen sententiã nõ damno, qui nõ nouisti aliã quã sacramentalẽ illam, & nescio, quanto tempore dũtaxat durantem. Nos, nec continuam istam semper agi a nobis pro debito dolemus & confitemur, ideo & pœnitemus simul, & non pœnitemus satis. Hæc rogo uerbosissime a me tractata boni consulas, quia necessariũ fuit tibi ostẽdere, q̃ nihil meas positiones caperes, & q̃ frustra ex tam infirmis principiis totum hunc Dialogum deduxeris. Nihil uideo relictũ in dialogo, quod non ex his abunde confutatũ iã sit. Sed sponte mea latius tecũ agam.

Ad ꝑpositionẽ meã quartã, dicis, doctrinã hãc esse falsam, impossibilẽ, & erroneã, nisi pœna intelligat̃ ꝑ exteriore mortificatõe, ꝑ loco & tẽpore. Satis iam dictũ est, Exteriorẽ pœnitẽtiã esse debere assiduã, & si fieri nõ põt, quo ad act9 pœnitẽtiæ a te itellectos, fieri aũt põt, quo ad act9 a Chr̃o doctos, id est, quos Ecclesia remittere nõ possit. hi sunt renouatio mẽtis de die in diẽ.

Vera ergo pro tua opinione dicis, Sed nõ probas meã sententiã falsam & impossibilẽ. Illud uero nõ possum tolerare, quod dicis, improprie a me dici, odium sui, q̃tum ad uere pœnitẽtes attinet. Nullus enim imbutus gr̃a diuina (inquis) odit se, sicut nec proximũ, quem ad instar sui diligit.

Libens permitto, ut cũ tuis, de odio sui, propriissime loquaris. modo permittas mihi, ut cũ dño Ihesu Chr̃o improprie loquar, qñ dicit. Qui odit animã suã in hoc mũdo, in uitam æternam custodit eam. Et cum Apl̃o Ro. XV. Non debemus nobis placere. Et iteꝝ. Nõ qui seipsum cõmendat, ille ꝑbat9 est. Tu uero cum persuadeas, uere pœnitentes sese diligere, necessario cõcedes, ut & cõmẽdẽt sese tãq̃ uere diligibiles, bonos, iustos, sapientes, & sic sibi placeãt. id aũt nihil aliud est, q̃ cũ Pharisæo horrenda superbia, nõ pœnitere, sed irridere deum. Sic enim docetis infœlices discipulos Scholastici Theologi, superbire scilicet & perire. Seu latior est ista materia, q̃ nunc patiatur negotiũ tractare. Error enĩ & ignorantia dilectionis, longe lateq; ni-

mis multos peruasit, maxime doctiores.

Ego sic sapio, ꝙ homo Christianus seipsum nō diligat, nisi in deo. in seipso uero, non nisi odiat. hoc est, ꝙ cum ipse sit mendax & uanus, deus autē uerax, nihil eorum, quæ ipse cupit aut nouit, diligat. sed omnia, quæ sibi contraria sunt, quærat. Nihil autē est contrariū mēdacio & uanitati q̄ ueritas. ita fit, ut dum se odit, & sibi semper cōtraria amat, uerissime se diligat. non in seipso, sed in ueritate, quæ mendaci sibi est contraria. Sic sancti, crucē, mortem, stultitiā, ignominiā dilexerunt & cupierunt, quibus tamē ipsi/nō nisi perdebantur, quia seipsos in nihilū redegerunt, ut esset deus omnia in omnibus. Et hoc habēt uerba Christi, Qui perdiderit animā suā propter me, inueniet eam. Proinde, quando Christus dicit, proximum diligendum instar sui, meo iuditio, de peruerso & incuruo amore loquitur. quo homo quærit non nisi quæ sua sunt, qui amor non rectificatur, nisi omittat quærere quæ sua sunt, & ea quæ sunt alterius, quærat. Hæc sentētia est B. Pauli Epist. V. Nō quæ sua sunt cōsyderātes, sed quæ aliorū. Et. I. Corin. XIII. Charitas nō quærit, quæ sua sunt. His uerbis manifeste ꝓhibet amorem sui. Ideo sensus præcepti esse uidetur, Diliges proximū tuū sicut teipsum, id est, diliges te solū & peruerse. si aūt amorē eiusmōi in proximū tuū dirigeres, iam uere diligeres. quod ex eo patet, quia nō præcipit ut homo diligat se, quod utiq; fecisset, si bon⁹ esset amor sui. sed innuit amorem sui, & alio transfert, & ita rectificat. Et heu rem fontibus lachrymarū dignissimā, ꝙ hac amoris scientia, tam uacui sunt omnes ferme doctores scholastici, ut pro sancta Charitate, fœdissimā cupiditatē doceant. Nec altius incedunt, q̄ ille paganus qui dixit, Proximus esto tibi. quod tamen alius rursus gentilis Terentius damnauit.

Illud qđ ais, Nullus imbutus grā & uere pœnitēs odit se, uidetur inferre, ꝙ uacuus grā odiat se, quod tamē ē ꝯtra oēs Scripturas, quæ ubiq; detestātur eos, q seipsos amant, ut. II. Thimo. III. & illud, Oēs quæ sua sunt, q̄runt. Inde etiā apud tuos mgr̄os damnatur affectus cōmodi, Itē fruitio creaturæ, usus dei, & abusus rerum, Amor male accendens &c. Nisi illud Psal. X. te moueat quo dicitur. Qui diligit iniqtatem, odit aīam suā. licet in Hebr. sit, odit aīa ei⁹, scilicet dei. tamē permitto, ꝙ odit ani-

mā suam. Sed hoc facit pessime diligēdo animam suam: ut B. Aug. Iohis. XII. interpretatur: Amor ut pereat, odium ne pereat. Sed fortasse uoce tantummodo hic dissentimus, nisi ꝙ scio uoces has, raro pro ueritate intelligi.

¶ Contra Quintā ꝓpositionē meam / ubi dixi, per indulgētias nō remitti pœnas, nisi arbitrio sacerdotis uł Canonū impositas, Dicis, me circa factū Ecclīæ male sentire, & a Sāctis dissentire, ideo cōclusionem meam: tuo iudicio: hæreticam esse. Hic si te interrogem, qui sint illi sancti, & quod factum Ecclesiæ, Non uideo quid dicas, Nisi ꝙ Sanctum Thomā nomines, cum quo te remitto ad fundamentum meum primū & secundum. Nam ego non capio, quō in isto uerbo Christi, Quodcunq; solueris &c. Petro sit datū priuilegiū. Non eñ priuilegiū, sed lex generalis & irrefragabilis data est, nō Petro tantū, sed omnib⁹ prorsus sacerdotibus & toti ecclesiæ. Cur ergo tu cum Thoma tuo id soli Petro arrogas, & ita arrogas, ut priuilegiū appelles? Aut si Petrus potest huius uerbi uirtute soluere pœnas purgatorii, cur nō & quilibet sacerdos? Est iste modus interpretādi euāgelii? Secundo, ꝙ duo supposita facis, Primū, ꝙ ecclesia per indulgentias cōcedat liberationē unius animæ. Secundum, ꝙ ecclesia facit indulgentias simpliciter plenarias, ita ꝙ aĩa euolaret soluta a corpore &c. Respondeo, uide tu Re, P, ne supposita illa tua, sint apposita per te, & humanū diem. Redde rationē huius fidei & spei, utinā uera diceres. immo absit, ut uera dicas. q̄si in manu ecclesiæ sit, aĩas liberare, qñ & quō uoluerit.

Tertio, Doce me unū factum ecclesiæ, in quo dedit liberationem unius uel pluriū animarū, nisi Criptas forte S. Sebastiani & Laurentii ac Pudentianæ, aliaq; Romana loca mihi recitabis. Sed tu uide, quid ipsi uos Romani de his locis sentiatis. Deinde, quot fabulis saltem aucta sunt ista loca, utcunq; cœperint. Sed de iis latius in declarationibus meis. Interim ego fateor me usq; hodie, in hac re dubitare. Nec sum hæreticus, si negatiuā teneo, donec determinetur a concilio. Quarto Cle. de pe, & re. c, Abusionibus, manifeste dicit glosa in uerbo mendaciter, ideo nō extrahi animas per indulgētias, quia sunt iam iudicio dei subiectæ. Hunc interim textū decretalis: id est papæ: id est factum ecclīæ (ut tu dicis) sequar, cui cōsonat euāgelium,

Quodcũq; solueris super terram, non sub terra, non obstante quorundã uiolẽta adulanteq; glosa contraria. Nec uidi aliquã Bullã quæ aliter habeat, nisi ꝙ per modũ suffragii, animas redimi passim dicitur, de quo ubi supra. Sed tu, qui contra me disputas tanta alacritate, ut ipsa læticia tibi influat ueritatem. tanta fiducia quoq;, ut Satanã ip̃m non extimescas, eo maxime scilicet inuicto robore fretus, ꝙ de facto ecclesiæ non licet male sentire, Vnum id responde, cũ qua ecclesia, & tu, & Thomastri tui sentitis in facto ecclesiæ, de conceptione b, uirginis? Num cum uirtuali? num cum repræsentatiua? num cũ essentiali? nũ cum exule illa & a te proscripta, quæ est conciliũ generale? Si ergo licet tibi non modo non bene, sed contra sentire in facto ecclesiæ, quia opinioné tenes nondũ reprobatam, Cur ego nõ permittor a te dissentire in opinione, neq; determinata, neq; reprobata? præsertim cum tu nihil pro te habeas, nisi nudam S. Thomæ narrationem. Ego auté clarum textũ Cle. & aperta uerba Euangelii. Deinde Gersoné, qui multis annis posterior Thoma, dicit opiniones esse ad utramq; partem probabiles in hac re. Ad hæc, penes me sunt aliquot eruditi & acuti tractatꝰ quorũdam in Germania, qui etiã damnant tuã & S. Thomæ sentẽtiã.

Quinto, ꝙ ponis casum, si peccator teneatur ad pœnã a sacerdote iniũctam, ité a Canone iniunctam, item a deo iniunctam, tũc sequi ex mea propositione, talé percepta plenaria indulgentia non euolare, aut non liberari a purgatorio. Et ita de facto ecclesiæ male sentio, & hæreticum sapio.

Respondeo, Tu quoq; uide, ne de facto ecclesiæ tam bene sentias, ut factũ dei pessundes. Idcirco, pono tibi rursum casum, Si peccator sit plene & uere contritus, ideoq; facto dei omnes pœnæ sint ei remissæ, quid cõfert huic remissio plenaria? Si auté non est plene contritus, quid proficit ei remissio plenaria, cum maneat imperfecta ibi charitas iustitiæ, imperfectum odiũ peccati? Sed latius ista in decla. totus enim es Thomista, nihil probans, neq; allegans. De pœnis tantummodo multiplicas uerba, quas contemnit Charitas. de cõtritione, pene nihil dicis, quæ diligit pœnas. Sexto, Non credo usq; hodie per claues remitti pœnas a deo inflictas, & ratiões meas uidebis in declarationibus, nec tu unq̃ id poteris probare. sine probatiõe

autem tibi nihil prorsus credo. Et, ut animũ meum scias, Mihi uidetur id in grauissimum ecclesiæ ludibrium uergere, si ea doceamus, de quibus nullam prorsus ratiõné reddere possumus. Nec satis ibi esse credo etiã factũ ecclesiæ (quãq̃ hic nõ sit factũ ecclesiæ) quia tam Papa q̃ Conciliũ potest errare, ut habes Panormitanum egregie hæc tractantem li.i. de cõst.c, significasti. Ideo fundaméta tua, ubi distinxisti ecclesiã, in essentialé, repræsentatiuã, uirtualé, ut iacet in uerbis, nego, & pro nihilo habeo Tua enim sunt, id est, sine scriptura & autoritate ulla prolata. Ego ecclesiã uirtualiter nõ scio/nisi in Chr̃o, repræsentatiue/nõ nisi i Cõcilio. Alioqn, si qcqd facit ecclesia uirtualis, id est Papa, factũ eccl'iæ dicit', obsecro, quãta mõstrã Eccl'ia ꝓ bñ factis numerabimꝰ? Nõne Iulii secũdi, horrendas Chr̃iani sanguinis effusiões? Nõne Bonifacii octaui tyrãnides/in toto, orbe abhominabiles, & per omnes Chronicas pulsatas? De quo extat ꝓuerbiũ. Intrauit ut uulpes, regnauit ut leo, mortuꝰ est ut canis. Nõ eo nobis tandé persuadeas, ut sub nomine rep̃sentatiuæ & uirtualis Eccl'iæ, omnia illa iam diu intolerabilia portéta in Ecclesia, ꝓ factis sanctissimis Ecclesiæ colamus? Ne uerum facias quod nr̃i Germani de tuo Dialogo sentiunt, scilicet, te hoc Dialogo, nõ tam Martinũ refellere, q̃ Põtifici & Collegio Cardialium adulari uoluisse. Si aũt Papa est uirtualis Ecclesia, Cardiales rep̃sentatiua, collectio fideliũ essentialis, Quod uocabis Cõcilium generale Ecclesiæ? nõ est uirtualis, nõ rep̃sentatiua, nõ essentialis, Quid tum? fortasse accidentalis, nominalis, & uerbalis Ecclesia.

¶ Septimo, Nouam hanc Thomæ tui intelligentiã reiicio, qua illud uerbũ Christi, Quodcũq; solueris &c. sic intelligendũ proponis, ut Petrus soluere possit, etiam a deo inflictas pœnas.

Iterum quæro, Qua autoritate, qua industria, hanc intelligé tiam, ex istis uerbis trahes? Cur nõ B. Thomas tuus tecum relinquit eum sensum, qué Ecclesiastici patres, p̃sertim Chrisost. ad Hæbreos tenuerunt, ut iis uerbis nihil aliud Christus uoluerit, q̃ ꝙ ligationé & solutioné Petri, fideles non secus habeant, ac si Christus ipse ligaret & solueret, hoc est ratificauit ligationé & solutioné eius in terra. Quo non fit, ut aliquid Petrus soluat in cœlo uel extra terram. Aut cur non astruis etiam ligare posse Pe-

trum,& pœnas a deo īflictas infligere,cū ſit utraq; poteſtas una & æqualis ? Corrige ergo uerbū Chr̄i, & ita doce, Quodcūq; ego ligauero in cœlis, tu ſolue ſuper terram. Hanc enim tuam eſſe intelligentiā in uerbs Chr̄i, euidens ē. Sed q̄ abſurda & im-pia eadem ſit, credo uel palpare potes. Igitur facias quod fa-cis. Ex iſtis uerbis Chr̄i, nunq̄ aliud ꝓbabis, q̄, quicquid Petrus nō pōt ligare, id nec ſoluere pōt. q̄uis, quicquid ligauerit & ſol-uerit, tanq̄ deo ligante & ſoluente, obedire teneamur. Vt ſalua ſit unitas Eccleſiæ ſuæ, quam iis uerbis conſtituit.

Octauo, Inducis S. Thomā, ꝙ ſm meā opinionem Eccl̄ia hu-iuſmodi faciens indulgentias, magis damnificaret homines, q̄ iuuaret. quia abſoluēdo ab iniunctis pœnitētiis, remitteret ad grauiores, ideſt, purgatorias. Hæc S. Thomas.

¶ Reſpōdeo, ſiue hæc S. Thomas, ſiue ali⁹ dicat, nihil ad me. per fund. meū primū, ſecundū, & tertiū. Opinio eſt tantū, non-dum decreta ueritas. cui ſi interim ꝯtradixero, nō ero hæretic⁹.

¶ Secūdo, uellem a B. Thoma doceri, qua dialectica ſtet iſta ꝯſequentia. Eccleſia remittit ſolū iniunctas pœnitētias, ergo re-mittit ad grauiores, id eſt purgatorias. Vos Thomiſtæ graui-ter eſtis rep̄hendendi, qui ſancti huius uiri opiniōes, & ſæpi⁹ fal-ſas meditatiōes, nobis ꝓ articl'is fidei audetis ſtatuere. Et id uni-ce curatis, ut ſicut nihil p̄ter Thomā dignamini ueſtra lectione, ita nihil uultis in eo falſum uideri. in qua ſentētia iam diu ꝯtra omnes Vniuerſitates, & totum fere mundum contenditis.

¶ Tertio, fundamētū Thomæ falſum iudico, ſcilicet, ꝙ deus requirat pœnas a p̄ccōre. nec remittat, niſi requiſita ſatiſfactōe.

Cōtra, uerum eſt, ꝙ ſpiritū ꝯtribulatū & ꝯtritū nō deſpicit. Et qd' remittit, totū remittit, niſi forte flagella adhuc ꝓ ſuo arbi-trio īferat, quæ, nec Eccleſia, nec cœlum relaxare pōt. Ideo quan-do Eccl̄ia remittit iniūctas pœnitentias, nō ad grauiores remit-tit. Quia nō habet poteſtatē remittere ad alias pœnas, uł nō re-mittere. Sed de iis in ꝓbatiōibus meis. Inique itaq; mihi im-ponis, ꝙ detruncem priuilegiū eccleſiæ, & hæreſim ſapiat ea ꝓ-poſitio. Tu potius uide, an non in deum ſis impius, qui, ut pote-ſtatem Eccleſiæ uana adulatiōe extollas, in p̄iudiciū diuinæ po-teſtatis extollis, Id ei tribuens, quod ſolius dei eſt. Quare mihi ignoſce quæſo, ſi tam ſolicitus ſum ꝓ dei honore & poteſtate

defendenda, q̃ tu es pro Eccl'iæ potestate eleuãda. Et expectem⁹ uterq́ʒ in hac re sententiam & determiatioñe Eccl'iæ seu cõcilii.

Miror aũt, Cur hãc potestatẽ Eccl'iæ tõ appellare priuilegium delectet, nisi ꝙ titillare uideris eos, q magis de potestate dominante, q̃ de charitate seruiẽte gloriant'? Siquidem priuilegium, non ad cõmunitatis ministeriũ, sed ad ꝓprietatis cõmodũ pertinet. Et hanc gratiã debem⁹ Scholasticæ uestræ Theologiæ, qđ cõmune bonũ Eccl'iæ: potestatẽ clauiũ: nõ ministerium multorum, sed dominiũ feceritis paucoꝝ. Tyrannidẽ ethnicam, non seruitutem Christianã spectantes.

¶ Nono, Idem dico ad illud, ꝙ sequeret' animas magis damnificari, q̃ iuuari per indulgentias plenarias, quia remitterentur ad grauiores. Obsecro te, Quid Eccl'ia ad hoc facere põt, ꝙ aĩa uadit ad purgatoriũ? Ipsa absoluit eam a suis pœnis, nõ remittit ad purgatoriũ, facit quod potest. si hoc non sufficit, defect⁹ est aniæ migrantis, non Eccl'iæ absoluentis. non eñ potestas Ecclesiæ, sed fides purificat, saluat, liberat aĩam ab omnib⁹ malis. Quæ fides ab Ecclesia dari non potest.

¶ Decimo, illi damnificant aĩas, qui omittunt eis persuadere plenam fiduciã in Chr̃o, & ꝯtemptũ pœnarũ. Et non nisi magnitudĩe pœnaꝝ terrẽt, & pusillanimes faciũt. quatenus uirtutẽ potestatis magnificent, q̃ tanta mala possit tollere. Da animã imbutã charitate, Et erit dura sicut infernus æmulatio eius.

¶ Contra ꝯclusionẽ meam Sextã, Vbi dixi, Culpam nõ posse remitti potestate Clauis, nisi declarando uel approbãdo &c. Latissime resolui meipm̃ in hac materia, ut uidebis ĩ declarationib⁹, qa & ip̃e hãc ꝯclusionẽ alioꝝ sentẽtia, nõ mea, sic posui.

Tua autem ꝯfutatio prorsus nihil est. Dicis enim, ꝙ Attriti uirtute clauium: iuxta sanctoꝝ interp̃tationẽ, forte sancti Thomæ: fiunt ꝯtriti. Et ideo non modo Papa, sed quisq́ʒ sacerdos dimittit dispositiue & ministerialiter.

¶ Respõdeo, primũ, siue sãcti sint, siue p̃tõres, qui sic loquũtur, nihil moror. hoc scio, quod errãt. Error inq̃ est, ꝙ attritus fiat contritus uirtute Clauium. Quia: ut ait Ap'lus: Oportet accedentẽ credere. Fides aũt nõ solũ ꝯterit, sed etiam iustificat. Impossibile est enim, ꝙ digne accedat ad sacramentũ, nisi iam iustificatus & uere ꝯtritus. Vnde illud cõmentũ de attritione

satis late uagans / figmentū est,& nihil in rerꝫ natura,nisi simulationē forte uolueris eam intelligere, quæ magis indignū faciat sacramēto. Quid dicā? Etiā iste tu9 Dialogus ꝯfirmat sententiam meā, iam diu mecū moratam. Qꝫ uidelicet Theologia illa Scholastica, exulem nobis fecit, ueram & syncæram Theologiā. Nam uides,ꝙ perpetuo hoc Dialogo,nihil ago,nisi ꝙ resisto & redarguo Scholasticā Theologiam, id est falsam Scripturæ & sacramentorꝫ intelligentiam.

¶ Secūdo. Tu ipse cogeris dicere, quod oēs oīm facultatum dicunt,scilicet,a solo deo remitti culpam. Quō ergo uirtute clauium uenit ꝯtritio? quæ sola uirtute grãe dei uenire ab omnibus dicitur? Vide ne tua ꝯfutatio magis sit hæretica q̃ mea ꝓpositio,licet ꝯfutator forte nō sit hæreticus. Si autē sola grã dat ꝯtritionē, quid faciunt Ecc̃liæ Claues, si non declarant,uł approbant grãm, quæ eas iam ꝑuenit? immo nullus uenit ad sacramentū sine fictione, nisi grã eum mouente ad sacramētū.

Aut Respōde: Re,Pa: cur ante & nō post baptismū, q̃rit̃ baptisandus an credat? Cur absoluend9 q̃ritur an doleat digne de peccatis, anteq̃ absoluat̃? An noua iterū Theologia, materiam sacramēti pœnitentiæ non ꝯtritū, sed attritū pones? Ergo cōtritio nō est prima pars pœnitētiæ,ſ posterior ꝯfessiōe. Et tamē omnes dicunt,ꝙ Confessio sine ꝯtritione nulla sit. An forte postq̃ fuerit absolut9,id est sacramentū ꝯsecutus, & uirtute clauium contritus, tum demū incipiat repetere cōfessionē? Qꝫ si hæc Theologia uera est,meū fuerit ꝯsilium,ut quilibet peccator prius absoluatur, q̃ cōfiteri permittatur. Et ita oīa peruerso ordine (ita uult Scholastica Theologia) agam9, absoluēdo etiam qđ nescim9. deo grãs,immo ue nobis miseris, qui tantā fiduciam in creaturā ponimus, & Clauibus tantam uirtutē tribuimus. Sed nō permittit dolor & negotiū oēs errores in hoc sacramentū inuectas per traditiōes hominū / percensere,occasionem dedisse, meliora ualentibus, sufficit. Igitur nūc quatuor sunt partes pœnitentiæ scilicet, Attritio,cōfessio,ꝯtritio & satisfactio. adeo ꝓfecit Theologia, adiutorio Philosophiæ.

¶ Cōtra ꝯclusionē septimā,ubi dixi, Nulli remitti culpā nisi subiecto sacerdoti, quā cū ueram assereres,& tamen inculpatā dimittere nō uelles, eo me saltē uituperio fœdasti, ꝙ leprosum

appellasti, quia miscere aliquas ueritates falsitatibus. Gras ago, ꝙ aliqñ, licet cum opprobrio, ueracem me cõfiteris. Sed id admiror, quid acciderit uobis Thomistis, ut tam diuersum sentiatis. Hanc eñ meam ꝯclusionem Thomistæ, & tuæ sectæ fratres in Germania, miro zelo detestantur. An alium habeatis Thomam in Italia, & alium in Germania, ignoro. Nisi forte mihi suspitionem facere uultis, ꝙ nec Thomistæ Thomã, nec Thomas Thomistas intelligat.

¶ Ad Octauã dicis sicut ad septimã, id ẽ, esse uerã, sed mixtã aliis falsis, ideo me leprosum & maculosum. Dico & ego sicut ad precedentem. Conueniat primũ Thomistis inter se, & tunc pugnent ꝯtra me. q̃q̃ miror hãc ꝯclusionẽ te nõ reprobare, cum tam mltis persuasum sit, eam esse falsam.

¶ Ad nonam, ubi dixi, excipi articulũ mortis & necessitatis in decretis Papæ, Recte me dixisse sentis, sed nõ apte seu apposite. ꝙ illa exceptio intelligatur, nõ quo ad impositionẽ pœnitentiæ, sed quo ad reseruationẽ casuum. Primo, Manhus quid hic audio? supra me sunt quæ dicis, ideo non possum ad ea respõdere. Si Papa etiam in morte reseruat impositas pœnitẽtias, fateor me nõ intelligere, quomodo alias, q̃ iuxta Canones imponendas asseras. ꝑcedẽte eñ conclusiõe admisisti, morituris pœnitentias Canonicas non imponi. Hic rursum dicis, Papam nõ remittere pœnitentias, nisi forte intelligas (ut inferius) pœnitentias a sacerdote, uel a deo inflictas, nõ excipi articulo necessitatis. Sed de iis iam supradictũ est, ꝙ pœnas a deo inflictas non sit ecclesiæ, uel reseruare, uel relaxare. & sacerdotis impositio, mere est arbitraria. Verũ si ita sapis, figmẽta illa cõmunia sequeris, ꝙ, quia sacerdos incertus est de quãtitate pœnæ infligendæ, ideo morituro nõ potest omnia soluere, sed relinqt hoc Papæ. Primum, quis credat, ꝙ deꝰ a morituro requirat aliam q̃ mortis pœnam? quã solam sufficere dicunt, ad plenariã remissionẽ omniũ peccatorũ & pœnatum, si uolenter fuerit suscepta. quod uerissimũ est, quia preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Secundum, si ignorat sacerdos quantitatem infligendæ pœnæ, quis eam certam facit summo Pontifici? At inquis, huic dictum est, Quodcũq; solueris &c. Respondeo, nonne & quilibet sacerdos eiusdem uerbi

secuti fuerit, pax super eos &c. Rogo eousq; digneris adhrari Ro. Ecclesiæ, ut eā permittas discipulā esse fidei, quæ reguletur fide, nō regulet fidem. Sed forte hæc uerbi est cōtrouersia. Quia regulā fidei improprie locut⁹ uocas, ꝙ ad eam fidem, quam Ro. Ecclia ꝓfitetur, oīm fides debet ꝯformari. Et placet mirifice. Nā & ego grās ago Chřo, ꝙ hāc unā Eccliam in terris ita seruat, in genti (quod solū possit ꝓbare fidem nostrā esse uerā) miraculo, ut nunq̄ a uera fide, ullo suo decreto recesserit. nec tot Barathris pessimorū morū, diabolus tm̄ efficere potuit, ut penes hāc nō maneret ab origine, sua Canonicorū Bibliæ librorꝫ, & Ecclesiasticorꝫ patrū & interptum autoritas, & authoritatis syncæra professio. licet sint forte nimis multi, qui priuatim his libris prsus nullā habent fidē, nec eos curāt, aut legere, aut intelligere.

ℭ Tertio, illam cōsequentiā tu ipse quæso perpende, Animæ expetunt suffragia, ergo sciunt se esse saluandas. Fuisti ne tu ipē aliquādo in periculo, uel mortis, uel alterius necessitatis, ī quo nesciebas, an tibi esset pereundum, an emergendū? Si fuisti. Recordare quæso, q̄ anxie quæsieris auxilium & consiliū, eo maxime, qd' ignarus fuisti auxilii & ꝯsilii. Et (ut ille ait) Vna salus tibi fuit, nullā sperare salutem. Si nō fuisti. obsecro, uelis credere iis qui fuerūt. Vbi est ergo argumentū tuū, Petūt suffragia, ergo sciunt se saluādas. Quid si ꝯtrariū uerius sit, petunt suffragium, ergo ignorant se saluādas? Sic inq̄ potest fieri, ut a facie æternæ iræ horrētes, timeāt perire, & in lacū ire sempiternum. Et ne intrent, orare & suffragiū quærere. Hoc Ecclia uidet sentire qñ ꝑ eis orat, ne absorbeat eas Tartarus. Itē Libera eas de ore leonis. Ecce in ore leonis iam iam deglutientis, & in absorptione Tartari eas esse, Ecclesia protestatur. Sed latius ubi dixi.

ℭ Secūda (inquis) falsitas est, ꝙ qui purgātur timeāt, ꝑterq̄ filialiter, quia timor est de futuro malo. &c.

ℭ Respondeo, tuo te gladio peto. Temeritas est in iis, quæ nos ratio naturalis non docet, uelle aliquid diffinire nostra auctoritate. Elue hanc temeritatem tuam, qui sine autoritate tanta fiducia ꝓnuncias, non esse in purgatorio, nisi filialem timorem. Thomam enim non audio. Secundo, Video te eo errore laborare, quasi possit esse filialis timor ī uia tam purus, ut null⁹ cū eo mixtus sit timor seruilis pœnarū, quod iuxta Scrip. & Ec-

clesiasticos patres non est possibile, cum nulla uirtus perficiatur nisi in patria. Et hæc meæ positiōis causa est, ꝙ aniæ sunt imperfectæ charitatis, habētes mixtū timorē pœnaꝝ, id est seruilē. Aut doce me, quomodo de pœna doleant, si non timent eam, si non dissentiunt ab ea. nisi diffinitio doloris B. Aug. alia est in purgatorio, alia super terrā, qua dicit, dolor est dissensio animi ab iis rebus, quæ nolētibus nobis accidūt, dolent ergo. Sed hoc fit, quia nolunt, si nolunt, seruiliter timēt pœnam. Tu cape, ego nec fingere possum, ꝙ qs doleat de pœna quā nō tīeat, aut horreat. Tertio, Id uero q̄ acute dixisti? qa tīor sit de futuro malo. Animæ aūt sunt in p̄sentib9 malis. Si cogitare posses, uł gustasses uitæ futuræ unam guttulam, non ista diceres. Oīa sunt illic p̄terita, om̄ia p̄sentia, omnia futura. Breuiter, quia hæc sūt ignota tibi, Hoc est quod dico, quia pœna purgatorii est timor futuri mali, idest horror damnationis. Sicut supra exemplum dedi de iis, qui in periculo sunt constituti.

Quarto, ꝙ si solus iste horror satis esset pœnarū, impi9 esset deus, qui alias pœnas adderet. obsecro, creatorē tuū modestius nominare uelis misera creatura, nunquid ideo deus impi9 esset, quia nō secundū caput tuū, opinionibus Thomisticis differtū, ageret? Deinde, nec me intelligis. nō dixi hanc pœnā esse sufficientē, idest omnē quā patiuntur animæ, nec de aliis pœnis disputaui. Sed hanc solā animæ tantā esse, tam uehementē, ut sola possit uice purgatorii esse, cū in ea sit omnis pœna. immo aliæ pœnæ seorsum, nihil sunt ad istam, ut dixi in decla.

℄ Decimā sextā Conclusionē, ubi purgatorium dixi uideri prope desperationem, Tu contra, certam spem salutis in purgatorium ponis. Et hoc nō, nisi nuda Thomæ auctoritate, qđ remitto ad fundamentum meū secundum. Secundo, uehementer dubito, an scias quid sit certa spes, cum tua ipsius sententia sit, ꝙ homo nescit, an amore dignus sit. Tertio, Hanc cōclusionem ex supradictis apertā relinquo, ꝙ morituris & periculo pressis, licet nondū sit desperata, prope tamen, ac uelut similis est desperatæ, sal9. Oīs em̄ timor pars q̄dā ē desperatōis.

℄ In Decima septima, ubi ex consequenti animabus augeri necessario charitatē dixi, tu pulcherrīo Aristotele mihi occurris, ꝙ uno incōuenienti dato, plura mihi contingerent, scʒ, nō mi-

nus absurdũ esse, ꝙ timoré seruilé in animabus posui, q̃ charitatis augmentum. Deinde tu q̃optimas tuas côuenientias prosecutus cum B. Thoma ꝗ contrarium asseris. nihil allegans aliud : pro more tuo : nisi noua uocabula, scilicet, ꝙ animæ secũdũ Thomam, sunt uiatores secundũ quid, non simpliciter. Quis dixit tibi & Thomæ, esse eos uiatores secundũ quid, nõ simpliciter? An Aristoteles in Elenchis suis? quis temeritatem : ut tu uocas : tibi permisit, scrutandi eius, ad quod nulla suppetit nobis ratio, naturalis præsertim, cum non disputes, sed definias? An illa tua fortissima ratio, qua dicis, Alioquin, bonũ esset eis, diu esse ĩ purgatorio, ut perfectiores & cõsumatiores euaderẽt. Hoc argumentũ credo nõ posse fieri nisi a Thomista, tantũ habet acuminis. Nam ex eo etiam sequeretur, bonũ esse, ut null9 sanctorum moreretur, Et ut martyres usq; in diem iudicii, carceres & ungulas sustinerẽt. quia si charitas potest augeri in statu in quo sunt, bonum est, ut diu in illo maneant. hoc est, semper moriantur pro Christo, quo perfectiores euadãt. Hæc tu: ut dicis: nõ sequẽs uocum nouitates, sed uestigia sanctorum.

¶ Decimam octauam, ubi uidebas me petere auctoritatem scrip. uel ratiõis/ omittis, nisi ꝙ auctoritate sanctorum: pluraliter: idest sancti Thomæ, dicis fieri argumentum probabile. Concedo esse argumentũ probabile id est dubium & dialecticum, cui nõ sit necessariũ accedere fide. Et hac tua professione obstrictum uolo, ut quoties mihi diuum Thomã adducis, sine scrip. sine patribus, sine ecclesia, sine ratiõe loquentem, memor sis, te dialecticum nõ Theologum agere, idest, probabilia tantummodo tradere, nõ credibilia. Quid ergo? Hoc pacto iam omnino conuenimus in unum, & finis est disputandi, quia hoc quod affirmas tu, ego nego. uis ergo ut sistamus? nam deinceps, præter diuũ Thomã nihil ponis, nisi, ꝙ aliquãdo me conuitiis insectaris. ubiq; autem inuidiosum Pontifici me facere studes, sed transiliam breuiter.

¶ Decimã nonam præteriens, dicis idem, quod supra ad decimãquartã & ad decimãquitã dixisti, quo & ego te remitto.

¶ Contra uicesimã dicis, summũ Pontificẽ posse remittere pœnã tam impositam, quã nõ impositam, ut edocet diu9 Thomas. oppositum autẽ dicere, est hæreticum, & contra priuilegiũ

datum Petro. Reſpondeo, Nego, & ratio negandi dicta ſupra Con. quinta. Hæreticus autem ero, ſi poſtq̃ Eccleſia determinauerit, non tenuero.

℃ Ad Viceſimã primã, me cõuitio pũgis, ideo tranſeo.

℃ Ad Viceſimã ſecundam, ea dicis quæ ſupra Con. quita ſũt confutata. Nego eſſe factum & doctrinã Eccl'iæ, relaxari pœnas purgatorii per uiam indulgentiæ. q̃q̃ admiror, ꝙ hanc propoſitionem non approbaueris, qui ſuperius docuiſti & admiſiſti, Animas in purgatorio non ſoluere Canonicas pœnas, ut dicit mea hæc propoſitio.

℃ Ad uiceſimã tertiã, longo uerborũ tractu repetis id, quod ſupra tractatũ eſt, propoſitiõe VI. de attritione & cõtritione. qđ ibi dixi, hic dictũ puta. Nõ eſt enim fundamentũ Theologicũ ex attrito fieri ꝯtritum uirtute Clauium, ſed erroneũ. deinde attritio ſeu dolor ille imperfectus, non eſt idem quod uelle habere dolorem & grãm dei. Sed, uel eſt ſimulatio fallax, uel eſt initiũ gratiæ ueriſſimũ. Sicut B. Aug. ait, Deſyderiũ grãæ ẽ initium gratiæ. Et alibi. Velle eſſe iuſtũ, eſt magna pars iuſtitiæ. Immo Apl'i in eo gradu permanſerũt, Ro. VII. Velle mihi adiacet, perficere non inuenio. Non ergo attritionis, nec liberi arbitrii, ſed gratiæ eſt tale deſyderiũ, ante omnẽ uirtutem Clauium.

℃ Secundo facillime admitto, ꝙ dicis, Indulgentias conferri poſſe etiã imperfectiſſimis, nec hoc negat mea ꝓpoſitio, immo ego credo, ꝙ remiſſio pœnæ ſacerdotalis poteſt conferri indignis & non ꝯtritis. Senſus aũt meus eſt, ꝙ nulla omniũ omnino pœnarũ, tam a deo impoſitarũ, q̃ ab homĩe, niſi perfectiſſimis poteſt dari, immo nullis in hac uita. manet eñ pœna mortis, dolor cordis &c. Et nullum eſt dubium in hac propoſitiõe. Experientia teſte, & omnium ſententia.

℃ Ad Viceſimã quartã, Negas falli populũ, ſi modo attriti cõfiteantur &c. quod ut ſupra de attritione dictum eſt, reiicio.

℃ Secundo, ꝙ addis, alia opera bona nõ eſſe relinquẽda ꝓpter uenias, cum nullus pro certo ſciat, ſe uenias aſſecutũ. Item, quia et ſi illi ueniam non cõſequunť, pium tñ opus faciũt, quod eos ſalutem diſponit.

℃ Reſpõdeo, O miſerũ patrocinium ueniaꝝ, obſecro, ſi incertum eſt ꝯſequi nos uenias, quid facimus? quid doces? Apl'us

prohibet, ne in incertũ curram9. Hæc tua apd᷑ me uerissima sunt, immo apud omnes. Hinc est, quod ego tota fiducia suadeo hominib9, ut relictis ueniis, inuicem bene faciant. quia hic sunt certi, sese grãm dei ꝯseq. Illic uero incerti, an grãm hominis ꝯsequant᷑. Hic tandem dicis & sentis ad oĩa uota mea, immo plus q̃ uolui. Ego qui hæreticus, perfidus, errone9 accusor, nunq̃ tam uiliter de indulgentiis locutus sum, nec loqui uolo. Quid est quæso donum incertũ, nisi nullũ donum? Quare ergo tot pompis irritat᷑ uulg9, ad incertũ suũ bonũ, quod ad certissimũ bonũ sine pompa potuit induci? Hoc modo ꝑeius fallit᷑, nõ maior pars popl̃i, ꝟ tot9 popul9. Quid si ego ista dixissem?

¶ Secundo, Vbi nunc est potestas Papæ, ubi uirtus Clauiũ, si non nisi incertũ operant᷑? Iam Chr̃us nihil dedisse uidetur Ecclesiæ, qui nihil certum ei dedit. Eo scilicet peruenit res ecclesiæ studio scholasticæ Theologiæ, ut quæ donata sint nobis, nesciamus. & id profitemur nos nescire, cõtra Apostolũ. I. Corin. III. Sed uide meas decla. Credo me id effecisse, ut intelligi possit, quid claues, & quid non operentur, idq; non incerte, sed certe.

¶ Tertio. Altera lacinia frigidi hui9 patrocinii tui, miserarũ ueniarum est hæc, ꝙ & si illi uenias nõ consequantur, tamẽ piũ opus faciunt &c. Volo ꝑmere, quæ hic cogito. tu quæso uide quid dicas, & quid inde sequatur. Hoc dico interim, nõ potest populus ad pium opus induci, nisi spe incerta ueniarum? Dic hoc populo, & uide, si unum obulum pro tali ueritate consequaris. Quis enĩ ꝓ icerto, certũ laboret? Id᷑o necesse est ꝑcõib9 ueniaꝝ, hãc ueritatẽ nõ docere. et tñ nõ fallit᷑ maior pars popl̃i. Ad has impias fabl̃as peruenim9, dũ docem9 popl̃os, nõ in certissimã & nudissimã misericordiã dei, sed in ꝓprias iusticias icertissimas, immo nullas confidere.

¶ Quarto, sic ueniæ essent ꝓ mortuis solidiores q̃ pro uiuis, quia tua sententia ꝓsunt defunctis certissime, uiuis autẽ incerte. Et tamẽ ꝓ uiuis sunt principaliter & directe institutæ. ꝙ si directe non sunt nisi incertæ, quõ quæso certæ fiunt, qñ sunt indirectæ? fateor hæc etiam in Glo. li. V. c. quod aũt posita, Primo me mouerunt, ut de indulgentiis dubitarẽ. Et quõ nõ dubitarẽ, cũ dubitare iubear a tãtis ueniaꝝ tutorib9, doctorib9, ꝑcõib9?

¶ Quinto, Vide, ne popul9 piũ opus ꝓ ueniis facere doct9, nõ

faciat eo ipso, nisi malū opus. scilicet, si op9 huiusmōi alioq nō faceret, nisi uenias speraret. Hic patet, ꝙ nō deum pro fine, sed creaturā scilicet remissionem pœnæ, in opere suo habet. nisi uerum sit qđ aliqui dicūt, īdulgētias esse pias fraudes, ꝙ popul9 bonum opus facit ꝓpter deū, & spe placendi deo, prouocatus ad hoc per uenias.

¶ Ad uicesimā quintam, ea quæ dicis nihil curo, non enim sunt ad propositum. tu intelligis propositionē meam loqui de potestate iurisditionis, quā tamen negaui superius & inferius ī purgatoriū ualere. Ego loquor de potestate operandi, & quidē nō fuit mens mea, ut sic fallerent legētes, sed tunc sicut occurrebat, ita ponebam. Potestas itaq; hæc est, quia Papa generali intercessione orat pro defunctis cū tota Ecclesia. Episcopus speciali, ut in diebus comunibus. Curatus, in singulis feriis. Ergo est potestas orandi & intercedendi, de quo alias.

¶ Ad uicesimā sextam, dicis, ecclesiam habere potestatem ī purgatorium secundum sanctos (id est S. Thomā) & hoc per applicationem meritorum Christi. Respondeo ut supra, S. Thomam nego.

¶ Ad uicesimā septimam, ardens in defensionē tuoꝝ, dicis, nō hominē, sed merā ueritatem & catholicam prædicari ab iis qui animā eo instanti, quo plene factum est illud, gratia cuius plena uenia datur, puta, quando deiectus est aureus in peluim.

Respondeo, o suauissimā glosam, quis hæc ignorat, ꝙ anīa, quando satisfactū est pro ea, in instanti euolet? Nunquid hoc impugnaui? quis ista nō credit? Sed & hanc glosam tuam dederunt postea tui quoq; fratres Germaniæ. Secūdo, huc attende, & hic responde, ubi urgeris & nodus hæret, An sit hominē prædicari uel deum, dicere, ꝙ anima per indulgentias euolat. Hoc tu iam iterum, facto & doctrina ecclesiæ, id est opinione tua & sancti Thomæ probas, & non aliter. quāq̄ tu nō tam uiliter pendis animas, q̄ hi nostri. Siquidem tu aureū in peluim, nostri duodecim quatrinos satis esse dicunt. Tertio, quod si etiam uerū esset, per indulgentias redimi anīas, qua dialectica didicisti, eodem momento satisfactum pro anima, quo factū est id, gratia cuius donatur uenia? ita diuinatis de iis rebus abstrusissimis, ac si præsentes omnia uideretis. Nonne posset fieri

ut dum ille nummũ iactat, interim angelus (sicut Thobiæ fecit) offerat deo memoriam huius facti, & deinde animam uisitet, & aliqua mora intercedẽnte redimat, Aut aliud fieri, quod nos ignoramus. Quarto, aptissimã adducis similitudinem, ꝙ talis prædicator sit similis Coco, qui substantiales cibos, accidẽtalib⁹ saporib⁹ exacuit. Immo hoc dolem⁹, ꝙ Comestores illi, nimis accidentalibus & alienis uerbis adulterant uerbum dei. Deniq; iube, ut prædicatores illi hoc modo sua uerba intelligẽda doceant, & uidebis eos omni populo sibilum & fabulam fieri, nullus enim ita intellexit. Quare satis uideo, quantũ solicitauerint apud te, ut hanc eorum conscientiam, utcunq; excusares & leuares, sed frustra.

¶ Ad uicesimã octauam, me detractorem uocas, & eum qui ponit in cœlum os suũ, quia deus (inquis) concessit Papæ dare de suffragio pro uoluntate sua.

¶ Respõdeo, Nolo tecũ cõuitiis agere mi Pater. Scio ꝙ oĩa facili⁹ sustinemus, q̃ ueritatem. Tuis uerbis non põt offendi auaritia, qa nõ tãgis eã, sed tingis & pingis. Nã, ꝙ Papa possit dare suffragiũ, non nego. Sed ꝙ suffragiũ faciat aĩam euolare, hoc interim nego, donec tu aliud probaueris.

¶ Ad Vicesimã nonã, primũ somnia mea uocas. Deĩde ex S. Thoma de pœna uoluntaria longũ trahis sermonẽ, Et in fine dicis, contrariũ si quis asserat, stultus sit & ridiculus.

¶ Respondeo, sum optime contentus, ut tu sapias & rideas, usquequo uoles. Sim ego stultus & ridiculus.

¶ Secũdo, Ego quæstionẽ dumtaxat posui, Tu, sicut egregi⁹ Thomista (pro more uestro) nec nutum uestris opiniõibus cõtrariũ ferre potes. Nihil tamen prorsus probas.

¶ Tertio, Ista distictio B. Thomæ est falsissima: meo iudicio: scilicet, ꝙ aliqua pœna ẽ per quam bonũ acquirim⁹, ut quæ est ĩ hac uita. Alia aũt, per quã nullũ bonũ nobis accrescit, sicut est mors naturalis & pœna purgatorii, quia licet sine ea (ut ais) nõ peruenit̃ ad bonũ, tamen bonũ nõ per eam accrescit.

¶ Respõdeo, Ita loqueris sine iuditio, ac si necesse sit uerbũ B. Thomæ oraculũ haberi. Cur ergo Apostolus errat, quando dicit, omnia cooperantur in bonum sanctis? Sed forte, ut estis prompti ad distinctiones (id est scripturæ discerptiões) dices,

ꝙ omnia cooperātur scilicet huius uitæ, sic enim soletis elabi. Contra, Ro XV. Qui moritur, domino moritur. Et psal. Centesimo decimoquinto. Preciosa i cōspectu domini, mors sāctoꝝ eius. Doleo ego sanctū uirum eo prolapsum, ut neget per mortem, bonū accrescere, Cum sancti martyres, martyrio & morte, summū præmiū & aureolam obtinuerit. Igitur, siue hæc dicat angelicus, siue humanus doctor, insulsissimū errorem dici cum fiducia proclamo. Quarto, eodem sensu, probabiliter, nihil asserendo, dixi, Animas quoq; uolūtaria passione pœnarum purgatorii, perfici in charitate. quia necesse est, ut amēt & eligant pœnas, quas sentiunt deū eis infligere. Hæc em̄ uoluntas dei est, quā super oīa diligunt, aut certe diligere laborant.

¶ Ad tricesimam, repetis eandem tuā cantilenā, ꝙ animæ certæ sunt de gratia dei & salute &c. quibus supra respondi.

¶ Ad Tricesimā primam, dicis me superfluū dicere, eo ꝙ supra posuerim perfectissimas consequi uenias. Hic autem uere pœnitentes, qui tamen minus rari sunt.

Respondeo, Recte fecisses, si meas propositiones intactas reliquisses. Tu incedis ad Aquilonem, & illæ ad Austrū, adeo cōuenit tibi cum intelligentia earum. Tu audes egregie mi pater, perfectissimos discernere a uere pœnitentibus? Deinde, quod absurdius est, pœnitentes & attritos facis eosdem, nisi obicem ponant. Ista figmenta obicis & attritionis, supra quoq; reieci, & nūc reiicio. Humana sunt cōmēta nuper inuenta, sine auctoritate ulla & ratione. Neminē pœnitet uitæ suæ, nisi gratia fidei præuentum, ut tenet una sententia totius ecclesiæ. Quid mihi ergo de fictitia illa pœnitentia, quā tu attritionem fingis? nec est ullus tam perfectus in hac uita, qui nō egeat pœnitentia, ut supra dixi. Tu aūt pœnitentiā extra eccl'iam uideris ponere, iter attritos dumtaxat, quod est euidens error.

¶ Ad Tricesimā secundā, Vbi ego docui, ne ull9 fideret ī literas ueniarū, qppe cū dicat Scrip. Maledict9 q confidit in homine. Tu acutissime uolens unū malū uincere, gemino te perdis. Primū, fatuos eos asseris, qui sine operib9 bonis tutos se putāt.

Quid ergo supra dixisti, ꝙ attrit9 ꝯsequens sacramentū & indulgētias, euolaret, si moreretur? cum talis omnino sit sine bonis operib9? Deinde uideris admittere, ꝙ cum bonis operib9

possint esse tuti, hoc ſm te Chrianū ē, ſm Aug. & Paulū, Pelagianum est. Cū talia opera reuera nulla sint, quib⁹ tuti esse possimus. Sed nuda misericordia salui erimus, Vt Apl'us Tit. III. Nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed ſm misericordiā suam saluos nos fecit. Ita & alibi, sola fidei iustitia gloriatur.

Secundū, Qui uero ex spirituali cōmodo eiusmodi literarū cōcipiunt spem melius uiuendi & moriendi &c. recte sentiunt. & sic docētes, recte docent.

Respōdeo, Remissio pœnaꝝ tm̄ cōfert per lr̄as & īdulgētias, dignū ne ergo iudicas hanc, spūale cōmodū uocare? Quid aīa inde boni ꝯsequitur? Nihil prorsus, & tamē est spūale cōmodū. Ita luditis uerboꝝ & nominū licentia, donec oīa confuderitis.

Secūdo. quō spes melius uiuendi nascitur ex remissiōe pœnarū? i. uita ex morte? Mortua res est pœnaꝝ remissio, & ita mortua, ut etiā tuis Magistris testibus, melius sit satisfacere per se, q̄ satisfactionē remitti per indulgentias. Sed quid ego cū tuis nudis uerbis pugno? Spes uitæ melioris ex deo per gratiā ei⁹ uenit. Gratia aūt nō in remissionib⁹, sed in inflictionibus pœnaꝝ potissimū operatur. Vt ad Corint. Virtus in infirmitate perficitur.

¶ Ad Tricesimam tertiā, Vbi nihil habuisti quod diceres, id uoluisti conari, ut me Pontifici odiosissimum faceres, cuius me detractorē iniustū, falsum, erroneumq; deblatteras. Euidens signum est destituti a ueritate, furor, & indignatio.

Respondeo tibi semel ꝓ oīibus, Summi Pōtificis potestatē honoro, sicut decet. Vestras aūt, uel opiniones, uel adulationes ꝯtēno. ideo hui⁹ ꝯclusiōis meæ (hanc eīn nō disputo) ꝯtrariū, libera fronte hæresim ꝓnuncio. Nō est in manu hominis recōciliari hominē deo, nec Papa pōt grām dei iustificantē donare. ut tota sentit Ecclesia. Cuius contrariū, nullus fuit tam fœdus hæreticus qui doceret.

Secundo, ut tuis ꝑonibus utcūq; succurras, iterū fingis distinctionē, pro Thomistaꝝ laudabili more. d. Qui uero dicunt (ut refers) uere dicūt, modo recōciliatio illa intelligať improprie per amotionem reatus, qui animā a dei contemplatione clara secludebat.

Respondeo, miror, ꝙ nō eadem opera, reconciliationem illam intelligi doces, Alphabetum Græcū, uel Hebræū, aut ali-

quid aliud, quod non significatur literis & syllabis istis. si ista licentia improprie loquendi permittitur, quid me impugnas? cur nō aliquo sensu improprio, me uera dixisse fingis? cur non omniū hæresiū insanias uno sinu suscipimus, cum possint eorū uerba uera fieri, si improprie accipiantur? Vbi manet regula illa ꝙ doctori ecclesiæ omnis improprietas: quantum fieri potest: uitanda est? Et illud sapientis? Qui loquitur sophistice, odibilis est. Rogo dent mihi tui impropriistæ tecum ueniam, si uerba uestra non intelligimus ego & populus. Credimus enim uos uti uerbis pro intellectu, non pro illusione nostra. Nisi iterū rediit, quod B. Hierony. in Iohāne Hierosolymitano arguit, scilicet, ꝙ aliud loquūtur sacerdotes, aliud audiunt populi. Vos aūt dedita opera, ad improprietatem uertitis uerba, & hoc etiā ita defenditis, ut gloriam uelitis meruisse.

¶ Ad tricesimā quartam, dicis, ꝙ sit hæretica, quia negat ꝙ Papa possit omnem pœnam abolere.

Respondeo & ego per distinctionem, Hæresis accipitur, uno modo, prout est contra opiniones nudas Thomistarū, et sic est hæretica. Alio modo, prout est contra doctrinam fidei & ecclesiæ, & sic est catholica. Secundo, spero ꝙ mihi etiam non rogatus concedes, per indulgentias nō aboleri mortē, & mortis tot pericula, & infinitas passiōes huius uitæ. Istis aūt manētibus, obsecro, quid magni remittūt ueniæ, qn̄ relicta mortis pœna, satisfactiunculas tēporales remittūt? Sed ex Musca Elephantem facere placuit, utinam non amore Amorrei.

¶ Ad Tricesimā quintā, dicis, Nullum esse declamatorem reor, qui tam stulte docuerit.

Respondeo, Ego nō reor, sed scio. Extant em̄ libelli positionum, quib⁹ id non solū docent, sed ita defendunt, ut ꝯtrarium asserāt errorē. Idcirco iterū rogo dn̄m, ut Thomā Italicū & Germanicū sibi discordē, prio ꝯcordet, ut sciam utri pugnē, uel cedā. Sed iterū ad solitū refugiū uenis, id est, ad improprietatē forte. d. Si qui tn̄ docerent, ꝙ non ꝯtriti, nō uane indulgentias consequuntur (quia proderunt cōtritione, ex post facto accedēte) nō male docent, apud cōplures peritos. Ergo id Chr̄ianū est ꝑdicare? Cur ergo Scriptura nos hortat̃, ut q̄primū cōuerta-

mus & ꝯuertamur. Et nullā dat fiduciā futuræ pœnitentiæ, interim securæ sūt dilatæ? Sed omi hora uigilādū docet. Siue ualeāt indulgentiæ ī futurum, siue nō, nihil curo. Id curo, ꝙ ꝑ re leuissima, id est ueniis, rem illam grauissimā, & solā necessariā, id est cōtritionē tam uiliter æstimam⁹, tam frigide curam⁹, ut nō ad nos pertinere uideat̃, quo tēpore peccator eam obtīeat, modo ꝑsentes uenias redimat, quas cum sine periculo, nō solū differre, sed etiam nunq̃ redimere liceat. sedl̃o tamē agim⁹, nec differat. si id amore pecuniæ non fit, cur non tam sedulo agimus, ne ꝯtritiōem differat ꝓprietas hic ne obstat? omia tam acute ꝓ ueniarū gloria excogitant̃, et impius sum, qui pro gratia dei ul' stupide disputo.

¶ Ad Tricesimā sextam, dicis, ꝙ sit hæretica, deīde pœnitētiales Canōes euacuet, euertat, & tertiā partē pœnitētiæ satisfactionē, & oīa iura loquētia de pœnitentia, & purgatoriū. Adde q̄so & cœlum & terram, ut omnia cōphendas.

Respondeo, Spero dabis mihi uerū esse, quod per totā Ecclesiam dicit̃, scilicet posse cōtritionē homīs tantā esse, ut deleret oēm culpā & pœnam. Secundo dabis, ꝙ uoluntarie morientes omia soluūt, & satisfaciūt plenissime. His credo sine indulgentiis & lr̃is adesse remissionē plenariam, & tñ me in hoc non esse hæreticū, nisi apd' Thomistas forte. Secūdo, debitū ideo dixi etiam iis, qui tam perfecti non sunt, quia Papa minister est Ecclesiæ, quicqd pōt facere fidelib⁹ in salutē, debet sub necessitate salutis, etiā gratis. quod si non fecerit, deus supplebit: spero: per misericordiam suā, quod homo neglexit per incuriam suam.

¶ Ad Tricesimā septimā, Postq̃ dimissa disputatiōe, quā de participatiōe bonoꝶ Eccl'iæ cœperas, Dicis tādē hæreticū me eē si dicerē sufficere impleri iniūctam pœnitentiā a sacerdote sine impletiōe eius, quæ a deo imponitur, & sic euolare peccatorē non satisfacto prius deo. Sicut dixi, uester iste mos est, si mos uocari potest, tāta cholera æstuare, ut altera pene syllaba hæreticū dicatis. nil nisi hæreticū, hæreticū, hæreticū Thōistæ loq dicerēt, & tñ nihil ꝓrsus efficitis, nisi qd' ꝯtra ur̃as frigidissimas & nudissimas opiniones dictum aliqd esse probatis. Ideo mihi de uobis Isaias uidetur dicere. Concipietis ardorē, & parietis stipulam. Et illud Gentilis, Parturiūt montes, nascet̃ ridicul⁹ mus,

Primũ,ex ꝑdictis uidisti,quod de pœna quam deus infligit, omnib9 partibus a te diuersus sum,aliis nixus principiis. ideo totũ,quod ꝯtra me machiaris,frustra machiaris. nego pricipia tua,& te totum a planta pedis usq; ad uerticem,sicut habes fun damenta mea superius posita.

Secundũ,nolo ego docere uel doceri in Ecclia, quod requisitus,non possim defendere,nisi dicendo,Sanctus Thomas sic di xit. Chrianus sum, non Pythagoricus.

¶ Ad tricesimã octauam. Vtrobiq; damnabiliter me errare dicis,siue de culpa,siue pœna intelligam,quia Papa non declaratiue,sed ministerialiter & dispositiue, culpã & pœnã relaxat.

Respõdeo,Hæc supra cõfutata satis sunt, quia ante ministerium Papæ,& ante eius dispositionem, oportet remissam esse culpam,Nihil enim ualet tua fictitia attritio. Secundo, quo ad pœnam a deo inflictam,Papa nec dispositiue, nec ministerialiter se habet,ut remittatur.Hoc enim pertinet ad forũ dei, in quo Papa, præter intercessionem, nihil iuris habet, ut satis dictum est.nec contrarium est determinatum ab ecclesia.

¶ Ad tricesimã nonã, tandẽ plenus fiducia, premo peruersum doctorem,deinde detractorem uenialium (ne dicã) uenalium prædicatorũ & Pontificis,proclamas, deinde negas bo narum disciplinarum præceptis institutum.Oportet me tandẽ animũ meũ & lectoris mei instituere, ut sciam9 cũ Thomastris neminẽ posse loqui,nisi paratũ,altero uerbo cõuitium,crimẽ, blasphemiã,audire.Diligitis em̃ opinionis uestræ sensum plusq̃ onager suum fœtum. Audiamus ergo istã magnificã tuæ disputatiõis Bullam.Duo (inquis) ꝓcepta tenes falsa,quæ uenias euertunt.Vnum,ꝙ uera contritio aboleat omnẽ pœnam.Alterũ,ꝙ uera cõtritio pœnas ꝓligat semper.primũ impugnas, & id non nisi bene institutorũ Theologoꝝ paradigmate,scilicet, ubi offendens hominẽ,restituit̃ in amicitiã, non sine emenda. Ita deus,lege cõmuni,abolita culpa,uult peccatorũ emendam præstari &c. Primũ,si esses bene institut9 Theologus, ut gloriaris,scires iudiciũ diuinũ & humanũ,dissimillima & contraria esse. Et deum,si remittit,totũ remittere,quod homo,quia non est tam bonus q̃ de9,non facit.Deniq; sic Chrus docuit, Vt filii essemus patris,nõ reddentes, nec requirentes malũ pro malo,

ſed benefaciẽtes malis. Si filios oportet eſſe tales, q̃to magis ipſe pater talis eſt? Ideo lex iſta cõmunis, quam tu (pace tua dico) fingis, non habet locũ, niſi in opinionibus tuis. Nec unq̃ legis a deo peccatũ remiſſum/reſeruata pœna, pſertim ea, quã Papa remittere poſſit. legis autem ſemper contrariũ, ꝙ omnino pœnam & culpã remiſit, ſat habens uindictæ, ſi homo noua uita totus ei ſeruiat. Igitur legem illam cõmunem, qua utitur deus remittendo peccatum, Ille doctius & uerius tradit, qui dixit. Sacrificiũ deo ſpũs contribulatus, cor contritũ & humiliatum deus nõ deſpicies. Immo de induſtria præueniens, dãnat ueſtrã ſentẽtiã & legẽ, dicẽs. Quoniã ſi uoluiſſes ſacrificium dediſſem, holocauſtis nõ delectaberis. Ad idem eſt Iſa. I. pſal. XLIX. & Miche. VI. & multa alia loca ſcripturæ. ad ueſtrã ſentẽtiam autem nulla prorſus. Secundo, iterum inuidiam mihi conflare anhelas, quando me accuſas, ꝙ eneruem & euacuem uenias. Hoc : ſalua tua reuerentia : non uerũ dicis. Iſta enim eſt ſententia mea, ꝙ cum ſatiſfactio ſit : omniũ ſententia : melior, q̃ indulgentia. dico, ꝙ bona opera, quæ pertinent ad ſatiſfactionem, ſint præferenda ueniis. præſertim, cũ ueniæ ſint, nec præceptæ, nec conſultæ, ideoq; nec meritoriæ, nec utiles ad ſalutẽ. Quia ubi nõ præceptũ, ibi nec obedientia. ubi nõ obedientia, ibi nec meritũ. ubi nõ meritũ, nec ſal9. Sũt enĩ licẽtiæ ac permiſſiões q̃dam, ut olim libellus repudii, & nũc permiſſio litiũ & iurgioꝝ forenſium. Ideo dolere me confiteor, ꝙ has res leues, tanto boatu ardemus uulgo perſuadere. quod cũ ſine exhortatione pronũ ſit ad permiſſiões, ſummis uiribus perſuadendũ fuit ad meliora, ideſt, ipſam ſatiſfactionem. At hoc modo, cũ uideãt præcones ueniarũ, quæſtũ funditus periturũ, prudẽtiſſime hanc melioris perſuaſionem, nõ modo omittunt, ſed omni ſtudio cælant quoq;. Nec multũ prodeſt, quod dicitur : cauſa uerbi : uenias quidem non ualere ad meritũ ſeu ſalutem, ualere tamẽ ad celerem ſatiſfactionẽ & pœnarũ extinctionem. Sit ſane ita, ſed nihilominus redit id/quod prius dictum eſt, qđ adhuc melius ſit, etiã pœnas & ſatiſfactiones nõ extingui aut remitti, cũ in hoc, non niſi optima opera remittantur, ſcilicet oratio, ieiuniũ, eleemoſina : hæ enim ſunt partes ſatiſfactionis : quas remitti, ſi audes bonũ aſſerere. audebis etiam, id quod nihil

est, optimũ dicere. Igitur uenias quærant qui uolunt. sed exhortētur plus ad meliora, id est, ad ipsa optīa satisfactiōis opera. Sicut uirgini permittit Apl'us nubere, Hortat' aũt magis, ut uirgo maneat. Tales & tam discretos ueniaꝝ Buccinatores, qui separēt preciosum a uili si dederis, nihil est, quod dissentiamꝰ. paucos aũt dabis, aut aliquot ex ipsis, mendicos facies.

¶ Ad Quadragesimã, cũ S. Thoma (timui eñ, ne cũ S. Paulo uel Aug) cõfutare conaris, alteꝝ meum (ut dixisti) falsum præceptum, scilicet, ꝙ uera ꝯtritio, pœnas quærit & amat. Et distinguis duplices pœnas (sicut et supra fecisti) Primo, q̃ diu pœnas dare pro sceleribus, est alicuius boni allatiuũ (ut in p̃senti uita qñ meritorium est) uera ꝯtritio amat pœnas, ad merẽdũ & p̃cauendum a peccatis, sine tamen ꝯtemptu ueniarum.

¶ Respondeo, Gratias ago tibi q̃ maxĩas. Nunqd ego aliud uolui, q̃ qd' tu hic dicis? Cur ergo supra hoc p̃ceptũ falsũ asserebas? An idẽ apud te diuersis locis, & uerum & falsum est? Rogo si mihi nõ uis credere, crede aliqñ ueritati (ut Aug. ait) per os tuum loquenti tibi, fortassis ignoranti & inuito. Admitto optimã istam confutationem falsi p̃cepti mei, qua uerissimũ esse astruitur. Sequeris, Quia utrunꝗ melius est, q̃ alteꝝ &c. Magne deus, q̃ta est uis ueritatis, ut oĩm se fortissime tueatur, per os detrahentiũ sibi. Tu q bonis es disciplinis institutus Theologus, doce me quæso, quõ hæc duo simꝉ stare possint, amare & q̃rere pœnas & satisfactiones. simꝉ etiã remitti, & q̃rere indulgẽtias? Quia unum illoꝝ (ut ais) sine altero minus est, utrunꝗ autem melius est, idest, ut simꝉ satisfacias, & simul omittas satisfactionem. quod est aliud nihil, q̃ cum ratione (ut ille ait) insanire.
¶ Sequeris, Vbi uero pœnæ nullum bonum afferunt, sed retardant a bono gloriæ, pœnæ nõ assumuntur, &c. De his cõclusio mea nihil dixit. sufficit mihi, ꝙ etiam tuo testimonio sit uerissima, pro hac uita. Nisi ꝙ iterum doleo Diui Thomæ uicem, & miserã suæ discordiæ sortem. Quia hanc ꝯclusionẽ probat ĩ Italia, & damnat in Germania. Secundo, istud figmentũ tuũ est, ꝙ pœnæ ĩ purgatorio nõ afferant bonũ. ꝯtrarium enim superius tenui & defendi, usꝗ ad determinationem Concilii.

Tertio, Ratio tua nihil ualet, ꝙ etiã pœnæ & opera huiꝰ uitæ retardant a bono gl'iæ, & tamẽ assumunt'. immo (ut quidam e

tua secta, doctissim9 Doctor Iohãnes Taulerus ait) Si cœlũ coram te apertum esset, adhuc intrare non deberes, nisi primũ uoluntatem dei super introitu consuleres, ut etiã in gl'ia, non quæ tua sunt, q̃ras. Sed hanc sentẽtiã uerissimã & Theologocissimã, absit, ut probet Scholastica Theologia.

℄ Ad quadragesimã primã, dicis, uerũ me docere, & gratias ago. Addis tñ, ꝙ non minus caute sunt improbãdæ & restringẽdæ ueniæ i p̃iudiciũ Ap'licæ facultatis. Et tu quoq; ueꝝ hic dicis. Immo, nec caute, nec incaute sunt improbandæ, sed permittẽdæ, ut quærat quo uolet, tantũ, ne tam magnũ quis se consecutum confidat, quin maius potuerit consequi.

℄ Ad quadragesimã secundã & tertiã, conaris id persuadere, ꝙ Pontifex per uenias ꝓuocat ad pium opus. Et melius esse op9 pium cum ueniis, q̃ alterum solum.

℄ Mihi lõge alia mens est. Meli9 ꝓuocaretur fidelis ad ipsam satisfactioné sine ueniis (ut supra coactus es cõcedere) idest, ad multa bona opera, q̃, ꝙ prouocatur ad unum illorũ cũ ueniis, id est, remissione multorum. permitto tamen ueniis ita prouocari, Sed dico, ꝙ sit incõporabiliter min9, ideo mea cõclusio uerissima. Secundo, erroneum est, ꝙ opus cum ueniis. uel gr'a ueniarũ, melius sit, q̃ sine ueniis. Quia, si satisfactio est m'lta & optima merita, quõ opus unum, cum tot meritorũ remissionib9 melius erit, q̃ ipsa tot merita? Loquamur quæso cũ iudicio, & Chr'iana libertate. Neq; enim poteris dicere, indulgentias aliud eẽ, q̃ remissiões satisfactiõis, rursum, satisfactioné nõ potes aliđ asserere, q̃ multa bona opera, ieiunii, orationũ, eleemosynarũ. Sufficit ergo, quæsumus, ut permittamus per unum opus bonum, multa bona opera remitti. non etiã eousq; cõmendemus ut melius esse unum multis, credatur. Tertio, idem ẽ, qđ deinceps dicis, ꝙ cæteris paribus, melius est dare Eleemosynã gratia ueniarum, q̃ gratia meriti præcise. idest, melius tibi uidetur, ut homo, uno bono opere & merito, faciat se uacuum multis bonis operibus. erroneum hoc & impium esse: pace tua: credo. Semper tu id conaris, ut ueniæ, nõ permissiones & licẽtiæ quædam, sed perfectiones esse uideantur. Scis autẽ, ꝙ licentia oĩs, nullã habet laudem, nec exhortationes, nisi ꝙ non peccatum est, & infirmorum, potius pigrorum solatium. Immo, ut ille

uerissime dixit, Licētia omnes deteriores sumus. Ita in ueniis, quomodo potest melior fieri (cōcomitāter ut tu dicis) qui per eas tot meritis fit minor? & solum permittitur esse deterior. tu autem & suadere uis, ut sit deterior. Sed uideamus tamen probationē tuam. quia ibi (inquis) scilicet in opere pro ueniis duo bona sunt, scilicet, meritum & sublatio impedientis. Hic uero unicum est &c.

Respondeo, q̄ studiose claudis oculos, & in aperta luce quæris tenebras. fateor, duo bona sūt ibi, id est, meritū, & remissio multorū meritoꝝ, quod bonū est pigritiæ carnis, & damnum optimū, optimorū bonorum. & sublatio quidē impedientis, scilicet ad peiora. Secundo, hic, id est in opere sine ueniis (id est permanēte satisfactione) nō unicū est tantū, sed tot, quot sunt in tota satisfactiōe, quæ est optima & meritoria, sublatio omniū impedimentorū gloriæ. Et quid multa? si tua dicta recte intelligeres, uideres tibi esse causam assumptā uituperandi bona opera, & laudandi remissiones eorundem. quod horrendissimū est in ecclesia audiri. Ideo cum fiducia, mihi sumpsi causam laudandi bona opera, non tamen uituperandi uenias. Abstrahe uocabula hæc, indulgentias, uenias. & relicta opinione rem intuere, & uidebis, te nō bonum, nec bonæ causæ patronū. Quid enim potest, etiā ipsa ecclesia, ex ueniis facere, nisi remissionē satisfactionū? Quid autē potest satisfactiones intelligere, nisi optima opera meritoriasq́ꝫ pœnas, & ipsa a deo præcepta? Quid ergo magnifacere præsumim9, quod in se nihil est, nisi permissio deterioris, ne peccetur ab infirmis?

¶ Ad quadragesimam quartam, Nouus interpres scripturæ dicis, pauperi posse negari eleemosynā sine peccato mortali, licet non sine ueniali. ideo conclusionē meā falsam &c. Gratias tibi agit, ut optimo patrono, insignis illa bælua Phylargyria, quia discit, se posse negare petenti eleemosynā sine mortali peccato. Proh dolor & horror horrendus, quid audim9 in ecclesia? Cur ergo Ioānes dicit, charitatē nō manere in eo, qui claudit uiscera sua a proximo suo? An charitas etiā recedens, nō relinquit peccatum mortale? Immo, Christus in iudicio, cur dānabit eos, qui esurientē non cibauerūt &c? Sed forte in persona impropriistarum ista dixisti. Est aliquis sensus uerus, quē ex

India forte adduces postea, ideo interim expectabo. Q₃ si dixeris, tunc cum ueniali peccato negari, quãdo pauper non eget, aut alias iusta est causa. Breuiter, si est iusta negãdi causa, sine peccato negatur, sin est nulla, peccatum mortale est, negasse. Sic Euangelium, sic Apostoli loquuntur. Secundo, cur non pari, immo maiori studio exquiris, quomodo liceat uenias nõ redimere, ad salutẽ inutiles & nõ necessarias. qui tam periculose & acute exquiris, quomodo bõa opera liceat omittere, sola necessaria & utilia ad salutẽ, deniq; præcepta ab ipso deo? An obsequium deo te arbitraris præstare, si calũnieris præcepta dei & bona opera, tantum, ut uenias, nec a deo, nec ab homine præceptas, efferas immodice? Finge nullas esse uenias in ecclesia, sed omnes per se satisfacere, sicut olim fiebat. Rogo, utra facies tibi placeret? ueniarũ an satisfactionum? Vel ergo, tu non recte intelligis indulgẽtias, uel mala simulatione moliris calumniam bonis operibus.

℄ Ad quadragesimã quintam, Iterum distinguis (ut uideris tibi) sufficientius, bona temporalia necessaria. Et tandẽ cum Thomistis nostris cõsentiens, dicis. Necessaria secundo modo danda pro eleemosynis, sed solum in extrema necessitate. Rogo, ignosce mihi Reuerende Pater, uror enim nimis, ꝙ textum Apostoli Iohãnis de necessitate, perditissime trahis ad necessitatem extremã. Quis dedit tibi potestatem, necessitatem illam, extremã facere? Sic diabolus insidiosissimus hostis, etiã sacras literas nobis illudit & perdit. Det dominꝰ Ihesus Christꝰ ut nullus hominũ, tibi & omnibus, qui hanc glosam tenent, tribuat, nisi dum perueneritis ad extremã necessitatẽ. ut discatis, scripturã sanctam incorruptã relinquere, uel penuria. Istam libidinem & luxuriã corrumpendæ scripturæ, iam ferme trecẽtis annis patitur ecclesia incomparabili damno suo, a doctoribus scholasticis.

℄ Secundo, Conclusionẽ meã ueram relinquis. Verũ non capis quod uolui. tu in hoc recte sapis, ꝙ necessaria secũdo modo potest homo ꝓ ueniis dare, quod admitto. Sed nostri uenales præcones, de necessariis primo modo, suadent homĩbꝰ dare ꝓ ueniis. Horũ enim uox & literæ (exempli grã) sunt hæ. Si haberes unam tunicã, uendere deberes, ut uenias redimeres. nec hoc

ꝯtenti suadent,ubi quis necessaria prio modo nō habuerit,tū alicunde mutuet,aut mendicet,etiā si sit uxor. deīde fratres mē dicantes quoqꝫ suadent,ut corradant sine licētia pecunias.Hæc sunt:mi pater:illa portenta,quæ apud nos crassantur.nihil nisi impudentissimæ & rapacissimæ auaritiæ negotium hic agit,in tantum ludibriū Ecclesiæ Romanæ ,ut hæc sola esset causa abū de satis,ut uniuersæ ueniæ tolleret.nec me falsa dicere credas, nō tm̄ uox & fama extat,sed & libri eoꝝ,i qb9 hæc passi legūt.

℄ Tertio,oīa quæ suades & dicis,ea uel opiniōe uel simulatione dicis,ꝙ ueniæ sint aliquod bonum,de quo satis supra.

℄ Quadragesimā septimā , cum tibi esset uerissima , tamen quia ꝓpositū tibi fuit,nullā nō mordere:licet nullos dentes habeas:ad insignem adulationē Papæ uersus, admittis esse uerā , sed ex Papa monstrū faciens,tribuis ei utriusqꝫ potestatis apicē, scꝫ,ut sit sit Pontifex & Imperator.Ita aūt tribuis, ut possit imperio iubere ꝓ fabrica S.Petri,ut pro cōmuni bono. Nunc autē incōparabilem modestiā ei interim appingis , ꝙ petit & remunerat.Hac tua mollissima,sed nocentissima adulatiōe,id agis, ut futurus aliquis Pontifex,laudem huius modestiæ pertæsus, ius sibi credat esse deglubendi totius orbis Christiani , idqꝫ cū imperio & potestate.

℄ Secūdo dico,ꝙ Basilica sancti Petri,est cōmune bonū urbis Rōæ.Nostræ aūt Basilicæ sunt nobis utiliores , & magis necessariæ,quia non possum9 oēs ad Basilicā S.Petri cōuenire,uerbū dei audire,& sacramēta percipere , qua sola causa ædificant. Meliusqꝫ esset,ꝙ Basilica Sancti Petri nō ædificaretur,q̄ ꝙ Parochiales nostræ Eccl'iæ desolarentur.id autē agi uidemus & dolemus,dum oīm Eccl'iarū subsidia,per indulgentias,ad insatiabilē Basilicā S.Petri trahūtur. Quare istas tuas frigidissimas causandi ratiōes,scꝫ,ꝙ Basilica S.Petri est toti9 Chr̄iani populi bonum,etiam rident Germani,sicut iustū est.Cur non magis Basilicam S.Iohannis matrē Eccl'iarū,etiā bonū cōmune uocas?sed forte adhuc in futuris annis restat,ut oēs Eccl'ias Rōanas, deinde & Palatia,nouissime,& muros,& plateas,& pōtes , nostris piis operibus,gr̄a ueniaꝝ factis,ædificemus,ut nō sit finis exactionū.Quare:mi pr̄: ego sicut debeo , suadeo homib9, ut primū uiuis tēplis bn̄faciāt,deīde suas Basilicas,nouissime Basilicam S Petri iuuent.quia uestræ Eccl'iæ non sunt nobis necessariæ.

¶ Ad Quadragesimã octauã adeo impingis,ut ueritate cõfusus,non possis inuenire qd dicas.tandẽ ad hanc descendis ineptiam.d.Tu Martie,si habuisses a dño nr̃o bonũ Episcopatũ, cũ plenaria indulgentia ad Eccl'iæ tuæ reparationẽ,forte dulciori bus uerbis abundasses.ꝙ quibus detrahis,uenias extulisses.

¶ Respõdeo,forte & tu spectas me ex aĩo tuo ,quod coniicio ex eo,ꝙ tam molliter adularis.Si ego ad Episcopatũ aspirarem,certe non ea loquerer, quæ tu impatientissime audis . An ignorare me credis,qua uia episcopatus & sacerdotia ĩ urbe obtinentur,qñ hanc pueri in oĩbus plateis orbis cantant?Deniq; nũc facta est reꝝ fœdissima Roma.omitto reliqua,quæ hic,uelut tremẽs & a ueritate fractus,disperdis potius q̃ loq̃ris.

¶ Ad Quadragesimã nonã,Eadẽ saliua uenias utiles astruis, sed occasionaliter , scilicet , dũ aĩa ex hoc in grarũactiones assurgit.Quasi esses Rhetor,tã uarios & exquisitos locos inuenis. Cur nõ etiã ad Balatũ ouis dicis assurgere aĩam occasionaliter,ad grarũactionẽ?Aut q̃ laus ista ueniarũ,qñ etiam de pœnis & malis iubemur laudare deũ?Sed piget me pigra ista & inania cõmenta uersare. Illud uero q̃ uigil aduertisti ?ꝙ mihi ipsi cõtradixerim,ut qui uenias hic utiles,superius autẽ aliter uidear asserere.Dico utiles pigris , sicut oẽs permissiones sunt utiles, ne peccẽt si licentiã nõ haberẽt.Dico inutiles ,ad ꝑfectum salutis , quod pro tua uigilantia debueras ex eo uerbo intelligere , ubi dixi , si non in eas confidant.

¶ Ad Quinquagesimã,assumis causam ꝑdicatoꝝ ueníaliũ , sed astute.quia nõ credis talia ꝑdicata.Deinde,Pontificẽ cõmẽdas,qui tam innocẽs sit,ut nullus uiuat aut operetur indecẽter. Tertio inueheris,ꝙ fraternã monitionem nõ ꝑmiserim.

¶ Respõdeo,si nõ sunt ꝑdicata talia,aut nõ credis,qd æstuas ut defendas?Sine in uentũ me disputasse. ¶ Secundo,Scio & ego optimũ nos habere Põtificẽ Leonẽ Decimũ,& uelut Danielem in Babylone,ut cui sua ĩnocẽtia,uitæ periculũ aliqñ fecerit. Sed tu quæso dic mihi,Quis unq̃ tam innocẽter uixit, ut null9 alius nõ inique mõ,sed nec indecẽter operat9 sit,aut uixerit? uideris(nescio qd)maximũ adulari uoluisse,sed inter dicendum & uerba ,& sens9 te defecerit.Forte uoluisti dicere,ꝙ Leo decim9 id agit,ut nullus indecenter uiuat.qd' cũ uideres impossibile,in

ter uerba mutas sensum, & orationem sine sensu relinquis.

¶ Secũdo, dic mihi, Quis a disputatore unq̃ expostulauit, ut prius eum moneret, ꝯtra quẽ disputat? Cur etiã tu nõ prius me monuisti, qñ tot nomib⁹ criminũ me fœdare parabas? Cur Põtifex in Decretis suis, non prius monet, q̃ statuit cõtra abusum quæstorũ? Ego in cõmuni disputaui, neminẽ nomĩaui. Si ĩnocẽtes sunt, q̃d q̃runtur sese tangi? Ergo nemo ꝓdicet Euangeliũ, uitia néo carpat in publico, nisi prius ostiatim singl'os moneat.

Mihi miraculũ est, eos esse innocẽtes, & tamẽ meis uerbis moueri. Sed ueꝝ est illđ Diui Hieronymi, qñ uitia cõmũiter arguũtur, q irascitur accusator est sui. Deniq; quõ monitionẽ meã recepissent, qui etiã te patrono usq; hodie perstant innocẽtes? Noli quæso mihi mandare, ut innocentes moneam. Si uis autẽ ut moneam, iam alio accusatore non egent, quia tu patronus eorum nocentes confiteris.

Tertio, ꝙ autẽ hæc facta sint (licet tu nõ credas) testis est tota terra, testes & extãtes libri. q autem id fecerint, ipsi uiderint.

¶ Ad Quinquagesimã primã, sicut eadẽ repetis, ita eadẽ tibi dicta uolo, nisi ꝙ me per talenta loqui dicis, qđ transeo.

¶ Ad Quinquagesimã secundã dicis, Vanã esse meã conclusionẽ, qđ ita ꝓbas. Quia nullus tam stultus sit, ut sic faciat.

¶ Respõdeo, Quid ad te quæso, si nullus est tam stult⁹? sine me disputare (ut dixi) uel in uentũ. Nunqd ideo Decretales Papæ sunt uanæ de abusionib⁹ quæstoꝝ, quia tu nullũ q̃storem cõtra egisse defendis? Sed ꝑ senectute forte, ita & loq̃ris, & phantasiaris. Si null⁹ est q sic ꝯfidit ĩ lr̃as, nullũ tetigi. Eos q̃ sunt, uolui tangere, quos ego nõ unũ, ẽ plurios noui. & adeo stultos, ut nõ solũ de aĩaꝝ redẽptiõe, sed de sua quoq; salute certi sibi essent, qa has lr̃as haberẽt. Deinde, Cur tuis Cliẽtulis non etiam persuades, ut aĩam suã impignerẽt, ꝓ ꝯtritiõe & satisfactione?

Quoties tibi: rogo: dicendũ est, Impiũ & auaritiæ ministerium esse, ꝙ ꝓ ueniis, tam exquisite, tam magnifice oĩa tẽtant, ac si solæ essent reꝝ. & ꝓ necessariis ad salutẽ, ꝓrsus uix mutiť? Tu cogita, an simplex popul⁹ nõ discat ꝯfidere in lr̃as, tanto luxu & apparatu cõmendatas? Magnũ eñ cogitent necesse est, qđ tam magnifice ꝓponitur. Tu q interim doct⁹ es, nõ fidendũ in lr̃as, mox etiã simplicẽ populũ eadẽ per seip̃m discernere & in-

telligere ꝯfidis, contra tot & tantorum persuasiões & irritabꝉat.
Tandē mihi minaris, maledicta, irrisiões, censuras. Quas ꝛ & q̄re ꝛ noli minari mi pater. Chřus uiuit, nō solū uiuit, ꝭ etiā regnat, nō solū i cœlo, ꝭ etiā i Roma, q̄tumlibet ipa furiat. Si maledicar ꝑ ueritate bn̄dicā dn̄m. Nō separabit me Censura Ecclīæ ab Ecclīa, si iungat me ueritas Ecclīæ. Malo esse a te & similibus (si ita perstes) maledict9 & excōicat9, q̄ tecū bn̄dict9. Nihil habeo qđ possim perdere. domini ego sum. si perdor, dn̄o perdor, id est inuenior. Alium ergo quære, quem terreas.

❡ Ad Quinq̄gesimā tertiā, Stultū & ridiculū me uocas, iterū tu sapiens dicis, Crebra raris cedere, & annalia festa Sanctorū celebriora esse, q̄ sabbatum uirginis matris.

❡ Respōdeo, Quo quo mi pater? Aut plauius describit arc9, aut flumen Rhenū, sed nūc nō erat his locus. Primū, non sunt rara apđ nos, ꝭ ꝯtinua indulgentiarū negotia. Deinde, q̄ ꝑportio, ut uerbū dei, qđ instantissime p̄cepit Chřus p̄dicari, cedat raris indulgētiis? Si Chřus ita nō iussisset, staret tua similitudo.
Item, nō pōt Papa iubere silētiū uerbi dei, qđ semel emissum nō est alligatū, sed nec factū a Papa unquā legi. Per idē respondeo ad seq̄ntis cōclusionis futilem ꝯfutationē, ubi tu sermonē ueniaꝶ, esse uerbū dei ꝯtēdis, ꝭ improprie, scilicet, cū declaratoriis & hortatoriis. si uerbū dei dicit̄, qcqd cū uerbo dei dicit̄, oēs hæretici, oēs dæmōes, oēs hoīes, nō loquūt̄ nisi uerbū dei. Quia nihil tā absurde dici pōt, qn uerbū dei misceri possit. Ego dico ꝙ sit uerbū homīs, & de remissiōe homīs ꝑlatū. qa uerbū dei ē, qđ fide iustificat cor, & grāꝫ iustificātē ꝯfert. sicut Ro. I. Virt9 dei est in salutē omī credēti. Verbū aūt ueniaꝶ, nō iustificat, nihilq̧ confert animæ, nisi ꝙ dat licentiam pigritandi in bonis operibus, propter infirmos.

❡ Ad quinquagesimā quintā, dicis, hanc & similes esse pueriles, uiri stomachati, & inferētis os in cœlū, & cōtra stimulū calcitrātis. Rn̄deo ueꝝ est, apud Syluestrū & Thōistas dūtaxat.

❡ Ad quinquagesimā sextam, auctoritate Thomæ, dicis thesauros ecclesiæ, esse merita Christi, inq̄tū satisfactiones. Et idē per idē ꝑbas, & dicis. Qꝫ aūt S. Grego. dederit aliq̄n indulgentias, ut cōiter dicit̄, nō pōt ꝑbari. Ideo nec S. Thomas aliquid in hac re efficit. Ego quidē, nō cū uniuerso orbe me disputatuꝶ

obtuli.quia nesciebā, ꝙ positiōes meæ essent tā late uagaturæ. ideo noli mihi arrogantiā hanc ascribere. Casus me in has res perduxit, ex quibus, cū silentio me eripere nō possum. forte deꝰ ita uoluit. Ego tamen istā cōclusionē nō asserui, sed & adhuc disputo, expectās cōcilii determiationē, sicut & oēs alias quæ dubiæ sunt, aut in controuersia hærent.

¶ Ad quinq̄gesimā septimā, mire q̄ pungeris, ꝙ auaritiā paululū momordi. Nam & tu quoq; patiētiꝰ ferre potes, si ꝯtra scripturā pugnarē, q̄ ꝯtra Auaritiā. Ideo & hic Pōtifici eximie adulatus, inuidiā mihi ꝯcitare festinas. Quid mihi innocentiā Pōtificis obtendis? Nunqd ego eā ignoro? Aut si Auaritiā taxo, nunquid ideo Pōtificis innocētiā mordeo? Tu uide potiꝰ, an impius sis in Pontificē, q auaritiā & Pōtificis innocētiā in unam rem cōflas, dū morsā auaritiā, idē astruis qđ læsam Pōtificis innocentiā. immo, sub prætextu innocētiæ Pōtificalis, irrephēsibilē nobis defendis auaritiā. Si sunt innocētes tui Clientuli, nō mordentur a me. si nocentes, cur defendis? Det tibi dn̄s, ut aliqn̄ rectiꝰ iudices, melius uideas, & a me calūniando abstineas.

¶ Ad Quinquagesimā octauā, eadē reperis, quæ in antecedente dixisti. Tua enim sunt uerba, ideo transeo.

¶ Ad Quinquagesimā nonā, iterū totus ardes. adeo ī cæteris omībꝰ patientior es, ꝑterq̄ ubi auaritiā tango, quā tamē, uelis, nolis, haud potes negare Romæ uersari, ne dicā dominari. ut tu quoq; mihi ꝓpe fias suspectus, ne magis lucra q̄ aīas cures. iterim innocētissimū Pōtificē, ad inuidiā meā cōmendas, scilicet, ut tm̄ decꝰ innocētiæ, operculū facias neqtiæ. Id enim anhelas, ut mores Romæ arguere neminē sinas, nisi te interꝑte simul optimi Pontificis innocentiā læsisse ꝓbetur. Quid uis? patronū te uocē Romanoꝝ flagitioꝝ? Cur tu ipse non te quoq; interꝑtaris læsisse Pontificē, q aperte scribis Romanū cleꝝ a primæua perfectiōe declinasse? Sine me tuis tecū artibꝰ agere. Clerū Romanū mordes? At Pōtifex est pars, & quidē nobilior, Cleri. Ve tibi misero, q talē ac tm̄ Pōtificē nō solū lapsum, sed a tota perfectione declinasse, & in perfidiā & hæresim abiisse, palam asseris. Id em̄ totū significat decliare, scilicet, a perfectiōe. Vides ne, q̄ pulchre & ego te Auxesibꝰ istis possē opprīere si adl'ari & calūniari uellē.

¶ Quæ ad Sexagesimā cū sequēte dicis, transeo. Nihil em̄ di-

F

cis,qđ non dictũ sit prius.Ego ꝓbabiliter posui, ꝙ Thezaurus ĩdulgẽtiaꝝ sint ipsæ Claues,ut in declara.Siľiter transeo,Sexagesimã tertiã,qa admittis eam esse ueram,nõ tamẽ sine calũnia.

ℭ Ad Sexagesimã tertiã,quartã,qntã & sextã,cũ ueras esse nõ neges,neq; negare possis.Miror qd ita excãdescas,ut tot⁹ ignis efficiaris. Mirabiliorẽ disputatorẽ nõ uidi, ut quẽ ꝓpões ueræ pl⁹ moueãt q̃ falsæ, cũ tñ ueritas q̃rať disputãdo. Igiť sim Cãis, fili⁹ Canis,dicax,nõ excusat⁹ ab anathemate,nec mẽtis cõpositæ,& si q̃ plura,ꝑ modestiã tua senili habes. mõ uera me saltẽ momordisse ꝯcedas,si negas dixisse.Hãc satyrã merui, nõ quia falsa, ꝭ qa uera dixi in auaritiã.Nõ credidissem Romanã auaritiã,tam tenerã & impassibilẽ esse,immo tam ambitiosam & arrogantẽ,ut innocentia optimi Pontificis uideri uellet.

ℭ Ad Sexagesimã septimã dicis,me,deserto Pontifice etiam donis spũsscti detrahere.Ego miror te senẽ adeo feruere,ut nec me,nec te itelligere possis.Ego nõ dixi uenias nõ esse utiles,sed animæ esse utiles nego,nisi quo mõ licẽtiæ & permissiones utiles sunt.quod autem tu id blasphemiam dicis,nihil curo.

ℭ Ad Sexagesimã octauã, Excusandos cẽses eos, qui uenias astruxerint maximas gratias,sed per Hyperbolen.Obsecro,cur & me nõ aliqua figura censes excusandũ,qui nihil assero,sed solum disputo? Cur tibi facis,qđ mihi nõ facis? Deinde, si sunt per Hyperbolen excusandi,cur etiã nõ sunt per Cyrologiã accusandi? cũ ueritas hac figura q̃ maxime gaudeat. & ipsa, q̃ optime ueritatis doctores deceat .illam uero, ubi possunt,fugiãt. Immo,id unice q̃ror,ꝙ per Hyperbolen sunt loquuti.Si autem uobis permittitis:mi R.P: ĩproprie & hyperbolice, & quoquo modo libuerit,loqui,Cur nõ & Iohãnẽ Reuchlin integrũ & eruditũ uiꝝ,eadem æquitate tractastis,& aliqua figura excusastis? Aut,si in hũc tam rigidi fuistis Cẽsores,ut in syllabis innoxiis, inueniretis uenenũ,certe nõ permitteť uobis, tam larga & libera figurãdæ locutiõis licẽtia,ut falsa dicta ꝑ libito seminare & interpretari possitis.Aut siqua uenia uobis dabitur, dupla huic debetur.& eo absoluto,uos rei permanebitis. Secũdo, noua usus distinctõe,putas me inexcusabilem,quia uenias appellauerim minias g̃ras,cũ sint & aliæ g̃ræ,& dona mĩora,sc; bõa fortunæ &c,Si mẽte fuisses q̃eta,uidisses,cur hæc addideri,ad g̃raꝫ

dei & crucis pietatē cōparatæ. Ego cōparationē feci ad crucem, Hāc q̄si nō uideas, nouā cōparationē facis ad bōa fortūæ. Si sic ad iniqtatē & calumniā tm̄ uigilas, qs poterit tibi uerax uideri?

¶ Transeo, q̄ in Sexagesimā nonam cum tribus sequentib9, amarulentus euomis.

¶ Ad Septuagesimā tertiam, nō nego quidē posse omnē casum absolui potestate clauis. Sed insaniā esse dixi & dico, p̄ ueniarū magnificentia, q̄ nihil prosunt ad uitā, tam horrēda mōstra criminū, in exēplū uocare. & pro magnitudine potestatis, leuicula facere. Ex qua insanissima ueniarū cōmendatiōe, fit, ut uiles fiant cōtritiōes & uera pœnitētia. Boni p̄dicatoris est, pc̄tā (ut sunt) magna p̄dicare, ut misericordia dei magnificet̄. Aut dic, cur nō p̄ cōtritiōis magnificentia, simile aliquid dicūt? scilicet, quia nō pecunias, sed paupertatē hi sermones affert̄. In rebus nō necessariis, nec utilibus ad salutē, sed tantū permissis, honorificū putas, ī Ecclesia dei tot Auxesib9 tonare. cū nec Chr̄i passionē, sic uelit Ecclesia p̄dicari?

¶ In septuagesima quinta, nō dixi Papā minorē Petro, īmo nolui, ut Papā & Petrū, negarēt maiores gr̄as hr̄e, q̄ sint ueniæ.

¶ In septuagesima sexta, ut nihil omittas, quo me execrabilem facias Pōtifici, & eū tibi uni adulantissimo p̄pitium, fingis me Ironice, de tanto Pontifice loqui. Vides ne, quātus sit mihi hic locus inuehēdi in te, in tuā pene dixissem. Sed reprimo me. Arrige aures & audi, si saltē domi eas habes. Ego dico nō Ironice sed plane, q̄ oīs Papa habet maiores gratias, q̄ ueniæ sint, scilicet, Euangeliū & gratias curationū, & oīa, q̄ scribunt̄. I. Cori. XII. Nō ī persona sua, sed in potestate sua, id est, eo modo quo gratias ueniales habet. Nā & si sedl̄o dissimulas, nō tamē credo adeo stupescis, ut uenias Papam in persona sua habere dicas, sicut uirtutes persōales. nisi dixeris, q̄ deposit9 Papa etiā oīa possit q̄ prius. Igit̄ qcqd est in Eccl̄ia donoꝝ & misterioꝝ, dixi in manu Papæ esse, ut ordiet, mittat, ponat, sicut corpori Eccl̄iæ expedire uiderit. Hæc aūt sūt incōparabiliter maiores gr̄æ q̄ ueniæ. Melius em̄ facit Papa, si bonū pastorem, Ecclesiæ prefecerit, q̄ si oēs siml̄ īdulgētias dederit. Tu aūt in personā tm̄ hui9 Leōis Decimi ītēt9, sicut decet graphicū adulatorē, ītelligis ī uerbis alienis, qcqd uolueris, & tm̄ detractor & calūniator eē nō uis.

¶ In Septuagesima septima mihi nõ credis. qd ad me? per hoc nobis nõ fit satis. oīa illorũ optimi ꝯsulis, nisi ꝙ respector perso narũ, mea solius, pessimi consulis.

¶ In Septuagesima octaua, nec excusatiõe me dignaris. Qd' est istud nouũ Syluestrinũ forũ, ĩ quo reo negaᵗ excusatio? Sed obtorto collo rapiᵗ ad abiurãdã hæresim, sit, siue nõ sit hæreticus? Sed ubi uera mea nõ potes negare, saltẽ personã meã omĩ studio ꝯtẽdis oppriere. utinã tecũ mihi liceret, & corpuscli per mitteret imbecillitas, corã de iis rebus ꝯferre, Nõ dubito me tm̃ tibi ostensurũ, ut saltẽ modestiꝰ deinceps disputares. Hæc sat de ꝓpõnibꝰ. Cætera credo uidisti, aut uidebis, ĩ declaratõibꝰ meis.

¶ Ad Quæstionũ uero laicarũ ꝯfutatiões uolui qescere, sed ĩcidit & permouit perspectũ iam tuũ ingeniũ, & auidũ uictoriæ, & impotens pugnæ. ideo si possum, paucis respondebo.

¶ Ad primã, cũ lõgũ illd' Taratãtara ĩduxisses, ubi inter cætera etiã meritũ ꝯgrui, & ꝑparationẽ hoĩs ad grãm, necessario ꝑcedere docuisses ĩfusionẽ grẽ, Quæ hæresis iam qdẽ per Ecclíaꝫ ꝑualida, copiosissime ꝯfodiᵗ a B. Aug. ꝯtra Pelagianos, & ĩ nr̃a Vniuersitate cepit explodi. Tãdẽ cõmemoras iustitiã diuinã nõ permittere euacuari purgatoriũ, Et hoc ꝓbas autoritate sctõrũ i. Thõæ. Ex ipo eñ cæteri Theologi & Canonistæ suxeřt. His itaꝗ percẽsitis, cũ qstio ista laica adhuc staret, scilicet, ꝙ Charitas & necessitas eẽnt causæ iustissimæ euacuãdi purgatorii, & hic tõtus nodꝰ eẽt. Hũc sic soluisti fortiter, dicẽs, Charitas aũt Põtificis, & necessitas anĩarũ, nõ est efficax ratio sic relaxãdi iustitiã diuinã, quã deꝰ talis necessitatis ꝯsciꝰ, & ĩfinitæ Charitatis ac misericordiæ uisceribꝰ plenꝰ, sanxit. Hæc tua solutio, omĩ glacie frigidior, Et (ut tuis disciplinis utar) petitio pĩcipii tm̃ effecit, ut si qs uelit tibi credere, sit qetus, q nolit aũt credere, nihil audierit nisi uacua uerba. Quid eñ istis uerbis rñdisti, nisi qa deꝰ nõ uult charitatẽ & necessitatẽ esse causas sufficiẽtes? Et nõ ꝓbas deum id nõ uelle. Quia si deꝰ pecuniã, aut quodlibet tẽporale (nisi forte nõ sit ꝯsciꝰ etiã tẽporis) efficacẽ reputat causam, Cur non etiã Charitatẽ ĩpam, ĩ quã oĩa illa ordinari uoluit? Nunc si ego quærerẽ, Cur ergo pecũia, aut tẽporalis res, ẽ causa efficax? eadẽ pĩcipii petitiõe, dices. Deꝰ ita uoluit. Si de uolũtate ergo dei disputãdũ est, scimꝰ, ꝙ nlla res mũdi sic placet, ut charitas. & qd'

charitati nō donat, nō ꝓsumit ulli alteri causæ dōare. Si āt alteri donat, mlto maxie charitati. Et sic patet, ꝙ etiā tu mecū succūbis i ista qstiōe. Obsecro te, crede mihi, sunt & i laicis iuditia, & tāta, ut ego me ꝯfitear ferme ter i istis qstionib9 succubuisse, Et nihil retulisse glia, q̃, ꝙ sibi uerba a me data diceret, sicut & tu hic facis mihi. Secūdæ solutio, mlto frigidior & uanior est, nulli nisi tibi soli satisfaciēs. Pria (inqs) causa est, ꝙ ul porrigēs forte non ſm facultatē ꝓpriā porrexit, ul nimis parce porrigit. Tolle ista accidētia, & pone, ꝙ de ꝓpria facultate & sufficiēter porrexerit. Hæc em̄ a te dicūt, tanq̃ lubrico, q tēpus redimas, & exitū q̃ras, nihil em̄ sunt ad ꝓpositū. Ergo nō est causa, mlto min9 prima causa. Alia, ꝙ suffragia, si nō ꝓsunt iam redemptis, ꝓsunt tamē aliis. Hoc nō q̃rebat, sed hic est nodus. An omittēda sint officia nomiatim ꝓ aiabus oblata, an noia eoꝝ nō ꝓnunciari, nō i orationib9 memorari oporteat? Hic respōde, ꝙ si omittēda sunt, ois deuotio uulgi deficiet, & sacerdotes fame ꝯficientur, nisi forte dixeris. Quid ad Romanos, ꝙ Germani moriunt.

¶ Ad tertiam iterum dicis, nō esse causam sufficientem, cui rursum opponitur charitas, ut supra, & permanet quæstio, nisi uelimus nuda uerba Syluestri, pro oraculis habere.

¶ Ad quartā, Mihi ꝓ regla tradis, factū & dictū Ecclīæ Rōnæ. Respōdeo, Si de uirtuali & repsentatiua tua Ecclia loqueris nolo tuā regulā. Quia, ut supra dixi, Ex c. Significasti. Talis Ecclesia pōt errare. Vlis aūt Ecclia nō potest errare, ut doctissime etiā probat Card. Came. in primo Sen̄. Deinde, Nec Papa usq̃ hoc dicit aut facit, qđ tu factū & dictū Ecclīæ uocas. promptul9 es æquiuocator hui9 nomis Ecclia, ideo maxie mihi suspectus.

¶ Ad Quītā dicis. Vbi mltæ sunt diuitiæ, mlti q comedunt eas. Hoc est qđ querūtur, ꝙ Rōa quærit saturare pecuniis suos Comestores, & totū pene deuorat orbē. Cur nō minuunt comestores diuitiaꝝ? In fine iteꝝ facies ex Papa Imperatorē i potestate & uiolentia. Sed Maximilian9 & Germania id nō nouerīt, ne ꝙ credūt. fortissime aūt id negāt Turcæ & Tartari frustra, quoq; celeberrimū illđ & cōmune bonū, qđ est lapides & ligna, nobis iactitas. Nō enim per hoc soluuntur laicorum quæstiones.

¶ Ad Sextam, sum tibi Hæresiarcha, quandoquidē potestatem tibi arrogas baptisandi mei, ut uolueris. Ago tn̄ grās, ꝙ ue-

rum esse dicis, nihil remitti iis, q perfecte sunt ptriti. Et scio nõ oẽs esse tales. Sed nõ ideo intrant purgatoriũ, qa pœnas debent quas Papa possit soluere, ut probabiliter tenui & teneo.

¶ Ad septimã dicis, ꝙ duo bona adderent, Vnũ, ꝙ necesse esset fideles toties repetere causam, gr̃a cui9 dantur ueniæ, puta Eleemosynã &c. Scimus: mi pater: ꝙ uos libẽter uideretis, causam istã, una hora milies repeti. Hoc fere in Auaritiæ bonũ cedit. Nos quærim9 de bono dãtis, qđ si est datio Eleemosynæ, meli9 id fit sine ueniis & gratis, q̃ ꝓpter uenias, ut supra dixi. Tu autẽ semper imaginaris, uenias esse aliqđ bonũ. Alterꝝ bonũ (inqs) remitteret nou9 reat9 pœnaꝝ, si qs post ueniã incidisset.

Respõdeo, ꝙ iste reat9 meli9 tollit, sine ueniis. quia ueniæ nõ sunt pro peccatis uenialibus necessariæ. Si autẽ de mortali reatu intelligis, iã nullũ est istud bonũ, nisi cẽties quis in die peccet mortaliter, qđ nullus facit uere pœnitẽs.

¶ Ad octauã, ꝙ Papa suspẽdit uenias & literas, dicis id fieri, pro structura oĩm ꝓclarissima. Et hæc tibi uidet esse iusta suspẽsionis causa. Nec miꝝ, nõ eñ nisi q̃ Rõæ sunt, curas. Ego aũt dico, sit illa structura honorabilior oĩb9, certe nr̃æ Ecclesiæ sunt magis necessariæ. Ad pompã mũdi solũ respicis, q̃si tũc Ecclesia sit ꝓclare ꝓuisa, si ligna & lapides in magnũ erexerit cumulũ. cũ si uelletis, possitis ipsi Romani, Pontificẽ opulẽtissime iuuare. Sed aliorũ sit iudiciũ de tuis solutiõib9. Ego fateor, me nihil ex iis habere, qđ Laicis reddam, nisi maiores quæstiones.

¶ Vltĩo, tribuis Pontifici iterũ, ut sit uirtualis Ecclesia, & Imperator, & Põtifex, potẽs & brachio secłari cõpescere &c Ista opiniõe tua stãte, uellẽ doceri, an etiã sitis hõicidæ? Cur ergo iura nõ permittũt Eccł'iæ, ad corporalis uitæ periculũ pœnitẽtiã imponere? Sed hæc alias & ab aliis. In fine dico, nõ me terrebis ampullis, & mĩaci strepitu uerboꝝ tuoꝝ. Si occidor, uiuit Christus dñs me9 & oĩm, q est bñdictus in secula. Amen.

¶ Ecce mi R.P. cursim & duob9 diebus, tibi hæc reddidi, qa uisa sunt leuicula, quæ tu opposuisti. ideo ex tempore, & ut in buccã uenit, tibi respõdi. Si uolueris deinceps retũdere, uide, ut Thomã tuũ armatiorẽ producas in harenã. ne forte tunc nõ ea modestia excipiaris, qua hac congressione exceptus es. Repressi eñ meipsum, ne malũ redderẽ ꝓ malo. Vale.

¶ Pauculas mendas: candide Lector: sic castigato.

In A.

Folio primo a tergo, uersu decimo quinto. lege, Gal. I.
Ibidem, uersu uigesimo scd'o. lege, Illd' de pœ. & re. c. Cũ ex eo.
Fo. II. a fron. uer. trigesimo prĩo. lege, Act. III. Pœnitemini & cõuertimini &c. Nam & græce.
Fo. III. a tergo, uersu. IIII. lege, uirtutẽ tantũ dolorẽ &c.

In B.

Fo. primo a tergo, uersu uigesimo primo. lege, id est, diligis quidem, sed te solũ & peruerse &c.
Fo. III. a fronte, uersu sexto. lege, li. I. de elect.
Ibidem, uersu decimoquinto. lege, abominabiles.

In C.

Fo. III. a tergo, uersu nono. lege, ratio naturalis, præsertim cũ

¶ Si præter annotatos: Lector: errores, alios quoq; depræhẽderis, p ingenio tuo (ut soles) tractato.

Epistola reuerendiss. domini Cardinalis Dertusensis ad facultatē theologie Louaniēsē.

Eiusdē facultatis doctrinalis cōdemnatio qua cōdemnatur doctrina Martini Lutherij doctoris theologię vniuersitatis Vvittēbergēsis.

Cōdemnatio facultatis theologię Coloniēsis, aduersus eiusdem Martini doctrinam.

Contra Lutheriū

Spectabilib⁹ et pręclarissimis

viris Magistris nr̄is. Decano ⁊ facultati theologię Louaniensis amicis tanq̄ fratrib⁹. E. P. v. amicus ⁊ ꝯfrater. A. Car. Dertusen̄.

SPectabiles pręclarissimi Magistri nr̄i. amici charissimi. lr̄as vr̄as vij. Nouēbris ad me datas. xxvi. eiusdē accepi. q̄b⁹ plane explicatis. que sit vobis erga Christū affectio. ⁊ q̄s erga sanctissimaȝ eius fidē zelus Uidi errores quos ex diuersis scriptis ⁊ tractatib⁹ Lutherij sacre theologię mgr̄i ānotatos. ad me misistis. qui sane tam rudes. ac palpabiles hereses mihi pre se ferre videntur. vt ne discipulus q̄dē theologię. ac prima eius limina ingressus. ita labi merito potuisset. Et ex hoc maxime hereticū se probat. q̄ paratū se profitet̄ ignē. ac mortē pro illis subirę. ⁊ omnem ꝯtra sapientē. hereticū esse Taceo causas. quib⁹ de singulis articulis declarari posset. quēadmodū heresim cōtineant. vt prolixitatē vitem in re nō ambigua. nec necessaria. Miror valde q̄ homo taȝ manifeste. tāq̄ ꝑtinaciter in fide errans. ⁊ suas hereses oīquaq̄ diffundens. īpune errare. ⁊ alios in ꝑniciosissimos errores trahere impune sinitur Uos certe bene ac laudabiliter facitis. q̄ pestiferis hoīs dogmatib⁹ (q̄tū in vobis est) obuiā itis. doctrinalis ꝯdemnationis antidotū illis opponēdo. ne illius errata etiā vos inuoluant. ne ve rei sitis apud dn̄m aīarum quę occasione ꝑuersę eius doctrine pereunt. quēadmodū fieret nisi eiusdem doctrinę falsitatem ac ꝑniciem censura vestra ac veritatis manifestatione monstraretis. Juxta illud saluatoris Qui non est mecū. contra me est. ⁊ qui non colligit mecū spargit. Sed illud in primis prouidere debetis vt in ꝯdēnatione ꝑ vos publicāda nullum verbū aliter ponatur q̄ ab ipso autore sit scriptū. veluti in articulo Circa vero satisfactionem pro immutare seu mutare. scriptū est imitare ius diuinū. errore (vt credo) scriptoris quasi homo ne diuina q̄dē autoritate fret⁹ tollere posset obligationē de iure diuino ⁊ nature ortam nec vnq̄ valeret dispensatio in votis. iuramentis ⁊ alijs ex quacunq̄ causa relaxatiua obligationis ꝯtractę. Quod manifeste falsum est ⁊ omni ecclesiasticę ꝯstitutioni ꝯtrariū. Nō scribo nūc plura propter occupationes maximas. det dn̄s vt breui cū dignationibus vr̄is de hijs ⁊ alijs presens latius ꝯferre possim. Interea tn̄ non omittam fidei laboranti succurrere in his quę istis malignis tp̄ib⁹ ꝑ me fieri ac procurari poterūt. Ualeant diu felices E. dignitates. ⁊ me dn̄o precib⁹ suis ꝯmendare velint. Ex Papiol. iiij. Decembris. Anno M.D.xix.

Nota. Lector christiane ꝙ cū Martin⁹ Lutherius appel/
laret a sede ap̄lica ad futurū ꝯciliū vt in eius libris
patet, submisit se examini ⁊ cēsure ac determinationi famatissime
vniuersitatis Louaniensis, theologice potissimū facultatis Uidē
dum igit̄ erit q̇d cōtra Lutheriū sancte atqꝫ catholice senserit ⁊ q̇d
de eodem Lutherio sentiendum sit. ⁊c̄.

Uniuersis ⁊ singulis has nostras l̄ras visuris. ⁊ audituris
Decanus ⁊ facultas Sacrę theologię vniuersalis studij
Louaniensis cū syncera ꝯmēdatione Salutē. Quāuis
oēs oīno Christiani ad fidei ⁊ sacrę doctrinę defensionē
Christo cui nomen dederūt. ⁊ cuius sacramēto ligant̄. sint astricti.
ad id t̄n obligatiores eē ꝯstat. quos sacrę theologię ꝓfessio specialī
us stringit Istos em̄ opꝫ esse potentes in ope ⁊ sermone. vt ꝑ sacrā
doctrinā ꝯtradicētes redarguāt. ⁊ ꝓ domo Israel se murū oppo/
nāt. Hinc est. ꝙ nos huic debito pro virib⁹ satisfacere cupiētes An
no superiore librū quendā. F. Martini Luther doctoris (vt dicit̄)
vniuersitatis Uuittenbergen̄. qui prima facie nobꝫ visus fuit scā/
dalosus. ⁊ Christi ecclesię noxius. curauimus q̄ꝫtū in nobꝫ fuit. ne
in n̄ra vniuersitate publice venderet̄. Uerū cū experientia ꝯperisse
mus istud adhuc satis nō esse. sed librū et autorē eius multos habe
re fautores. ⁊ defensores, asserentes huius libri doctrinaꝫ vere esse
Christianā. quoꝝ suasu ⁊ autoritate. multi ex simplicioribꝫ ipsum
librū cupidius āplectunt̄. ⁊ a synceritate quę in Christo ē. auertūt̄
Uisum ē nobis necessariū. n̄ram adhibere censurā. Itaqꝫ supradi/
ctū librū ꝯplectentē ꝯclusiones nonaginta quinqꝫ cū suis declara
tionib⁹ ⁊ responsis ad Siluestrū de Prierio mḡrm sacri Palatij.
Item sermonē de penitentia. Sermonē de excōicatione. Sermo/
nē de indulgentijs Sermonē de preꝑatōe ad Eucharistiam. Itē
Andreę archidiaconi ꝓpositiōes apologeticas. ⁊ p̄ceptoriū. Post
exactā ⁊ diligentē examinationē. ꝯperimus p̄ter insignem detracti
onē philosophię. ⁊ oīm doctoꝝ qui fuerūt ab annis quadringētis
etiā ꝯtinere assertiōes multas falsas. scandalosas. hereticas. ⁊ here
sim sapiētes. cuiusmodi sunt que sequūtur. Opus bonum optime
factū. est pctm̄ veniale. Itē ex eo ꝙ sancti in oī bono ope minus fa
ciūt q̄ꝫ debent. quodqꝫ nullus scōꝝ vixit in hac vita sine pctō. con/
cludit merita scōꝝ nulla esse suꝑflua sibi. quę nobis ociosis succur
rūt. intendens ꝑ hoc manifestum facere. ꝙ merita scōꝝ nulla sunt.
quę nobis possunt coīcari. quin ⁊ sancti in illis opus habent mise/
ricordia ignoscente. Hec simpliciter dixisse nō sat erat. sed hęc etiaꝫ
addit verba Et vt aliq̄n audax sim ea que iam dixi ꝓtestor me nō
dubitare. sed paratus ignem. ⁊ mortē suscipere ꝓ illis ⁊ hereticū as/
seram oēm q̇ ꝯtra sapuerit. Item indulgentię nihil aliud sunt q̄ꝫ re

laxatio pœnę. arbitrio sacerdotꝭ. vel canonū pœnitentialiū impo/
sitę. quos tn̄ etiam ipse fatetur ꝑ nō vsum abolitos. Itē circa sacra/
mentū pn̄ie errores seminat. vt ꝙ sine gratia dei primo remittente
culpam. nec votū remissionis quęrendę homo habere potest. Itē
hęretica ē sentētia. qua sacramenta noue legis grām iustificantē da
re dicūtur illis. qui nō ponūt obicem. Alibi hoc etiam explicans
de baptismo. Circa ꝯtritionem istud dat ꝯsiliū. Confessurus ante
oīa tecū cogita. quid faceres. si nō esset p̄ceptū ꝯfitēdi. Et an sic etiā
velles ꝯfiteri. conteri. pœnitere. ꝙ si te non ita inuenis. iam scito te
nō ex amore iusticię sed consuetudine. ⁊ timore precepti pœnitere
Item ꝙ fides qua creditur verbum Christi verū. Quodcūqꝫ sol/
ueris. ⁊c̄. magis requirit in absolutiōe sacramentali. q̄ꝫ ꝯtritio. ⁊ ip
sa sola satis est. quicquid sit de ꝯtritiōe. Tantū inq̄t habes. q̄ꝫtum
credis. Addēs imo esto ꝑ impossibile. ꝙ ꝯfessus nō sit contritus.
aut sacerdos nō serio sed ioco absoluat. si tn̄ credat se absolutū. ve/
rissime est absolutꝰ. Et infra dicit. Quare magis est a ꝯfitente req̄
rendum. an credat se absolui. q̄ꝫ an sit vere ꝯtritus. Item idem ex/
presse dicit de accessuro ad venerabile sacramentum eucharistię. in
sermone de preparatione ad eucharistiā. Improbat etiam modū
examinandi ꝯsciam. contra c. Quem pœni. ⁊ canonē consiliꝭ gene/
ralis. in c. Oīs vtriusqꝫ sexus. de. pe. ⁊ re. Circa ꝯfessionem. Non
sunt ꝯfitenda oīa mortalia qꝛ impossibile est vt oīa mortalia cog/
noscas. ad impossibile aūt nemo obligatur. Addens. ꝙ solū mani
festa mortalia in primitiua ecclesia ꝯfitebantur. Iuxta illud Apo/
stoli. Manifesta sunt opera carnis. Et de accidia dicit. Nescio an
sit vicium ꝯfitendum. credo ꝙ nō. qꝛ est spiritualis defectus. deo
soli. qui ⁊ solus ibi mederi potest. aperiendus. Item alibi dicit. Et
si non sit necessarium ꝯfiteri sacerdoti. si fratrem nō excusauerꝭ ac/
cusatū. fœdatū falso testimonio. oppressum adulatiōe vel detracti/
one. forte contentus ꝙ tu non ea feceris. certe corā deo argueris re
us tam impiꝭ silentij. ⁊ male ociantꝭ lingue quę in hanc fratris tui
necessitatem tibi data est. Circa vero satisfactionē dicit. ꝙ nullā pœ
nam exigit deus remissa culpa. quā sacerdos possit tollere vel mi/
nuere. qꝛ talis pœna secūdum diuinā iusticiam debita. nulla ē. aut
si aliqua sit. non potest ab hoīe tolli. qꝛ vt inquit. hoc esset mutare
ius diuinū Circa mandata dei dicit Deus ligat hoīem ad impossi
bile. ⁊ ꝙ diuino precepto tenemur ad non habendū fomitem pctī.
quem qꝛ habemus. ⁊ in hac vita carere nō possumus. semꝑ pecca/
mus. Item ꝙ oēs filij adę sunt idolatrę. ⁊ infra. Si hoc p̄ceptum
seruaremus. nulla esset suꝑbia. i. nulla radix peccati. nullū initium
pctī. ac ꝑ hoc nulla pctā essent. sed pax. amor ⁊c̄. Addens ꝙ nō in
hac vita sperandū est. ideo semꝑ manemus peccatores. ⁊ huiꝰ pre/
cepti transgressores. solo hoc sacrificio salui. ꝙ hanc transgressionē

nō ignoramus neq̄ negamus. Jtez dt q̄ virtutes morales. ⁊ scien
tie speculatiue sunt pctā. ⁊ errores in peccatoribꝰ. qꝛ fiunt necessa/
rio ex corde malo ⁊ nondū sanato p grām Et multa alia passim in
serit. equę vel magis absurda ⁊ erronea. Jtem varias ꝓpositiōes
suspectas ⁊ periculosas inducit de purgatorio. Ut q̄ aīe in purga/
torio sine intermissione peccāt in eo q̄ horrent penas ⁊ querūt req̄/
em. Et ad suas assertiōes erroneas ꝯfirmandas. autoritates sacrae
scripture ad sensum ꝑuersum trahit Similiter ⁊ vba doctoꝝ tam
veterū. q̄ȝ modernoꝝ corrūpit ac ꝑuertit. Propter quę censemus
librū ipsum. ac oēs ⁊ singulos tractatꝰ eius in quibꝰ hęc. vel hoꝝ
aliqua ꝯtinentur. damnādos. Ac deinde librū. ⁊ tractatus doctri/
naliter dānamus. tanq̄ȝ ꝯmunitati fideliū nociuos. verę ⁊ sanę
doctrinę aduersos. ⁊ de medio tollendos censemus. igniq̄ȝ creman
dos. ⁊ autorem. ipsum ad reuocationē. ⁊ abiuratōem supradictorū
cogendum. Jn quorum premissorum veritatis testimoniū presen
tes lrās exinde fieri. ⁊ p notariū infra scriptum. subsignari manda
uimus. sigilliq̄ȝ ante dictę nostrę facultatis theologię iussimus ap
pensione ꝯmuniri. Acta fuerūt hęc Louanij. Leodiensis diocesis
in ecclesia collegiata sancti Petri Louanieñ. in loco capitulari infe
riori ibidem. Sub anno a natiuitate Dñi Millesimo quingentesi/
mo decimonono. Jndictione septima. Mensis nouembris die sep
tima inter nonam ⁊ decimā horas ante meridiem. Pontificatus
sanctissimi in christo patris ⁊ dñi nři dñi Leonis diuina prouidē
tia papę decimi. anno suo septimo.

De mandato dominoꝝ Decani. ⁊ alioꝝ Magistroꝝ
nostroꝝ dictę facultatꝭ. Joannes vā houe Notarius

Cōdemnatio facultatis theolo gię Coloniensis. aduersus doctrinam F. Martini Lutherij.

Uniuersis ⁊ singulis has nostras litteras visuris. ⁊ audi/
turis Decanus ⁊ facultas sacrę theologię vniuersalis stu
dij Coloniensis cū syncera commendatione Salutem.
Tametsi omnes vbilibet ꝯsistentes fideles ad ꝯmunis
fidei defensionem. nedū cū rerū. verūetiam cū proprię vitę dispen/
dio teneantur. p̄cipue tñ eos ad id muneris arctius obstrictos con
stat. qui pro titulo ꝓfessionis. ab ecclesia ad id prę ceterꝭ deputati
ęstimantur sacrę theologię magistri. quoꝝ (vt scriptura ait) vnius/
cuiusq̄ȝ ensis sup femur eius eē debet. propter timores nocturnos.
errores. ⁊ hereses. quos procurante vniversoꝝ zizaniorū satore dia

bolo.ſtudio prauorū. pſeudoqꝫ catholicoꝝ in eccleſia pertempora
dormientib⁹ hoīb⁹ ꝯtingit pullulare. Cum itaqꝫ ante aliquot hos
dies. venerandi.eruditiſſimiqꝫ dn̄i Decanus. ⁊ facultas ſacratiſſi/
me theologie inſignis ſtudij Louanien̄. ꝯfratres noſtri fidei zelo
ſucceſſi.ꝑ ꝓpriū ſuū nūciū ſacre theologie baccalauriū. librū quē/
dam ſub titulo cuiuſdam fratris Martini Luther impreſſum ad
nos tranſmiſerint expetierintqꝫ. quatenus charitatis debito eun/
dem libꝝ quem multorū chriſtifidelium aures grauiter offendiſſe
accepiſſent. ꝙ noua. inſolita. inaudita ⁊ noxia quedaꝫ dogmata. in
fide erronea lectoribus ingereret. ꝑluſtrare. ⁊ examinare dignare/
mur. atqꝫ ſi ita mereretur. reprobationis nr̄e cenſuram doctrinali/
ter adhiberemus. Nos tam ſanctis deſyderijs. iuſtiſqꝫ precib⁹ con
fratrū nr̄oꝝ merito inclinati. prememoratū librū. quadringentas
⁊ octoginta octo paginas in ſe. iuxta nūerū illis impreſſum ꝯtinen
tem. viſendū. reuiſendumqꝫ nōnullis ex gremio noſtro magiſtris
cōmiſimus. Et quoniā poſt illorum examen. talem eū palam ꝯpe/
rimus. qui quo ad tractatus. ⁊ materias ꝑ fratrem Martinū Lu/
ther editas. atqꝫ in lucem (vt fertur) datas. varios in fide. ⁊ morib⁹
errores. alienaqꝫ a ſanctis doctorib⁹ dogmata contineret. Et ſpeci
atim. ſancta vite qꝫ eterne meritoria. humana opa infamet. ⁊ reatuꝫ
eis inijciat. quaſi ſine culpa fieri nō poſſint. ſacras ſcripturas. ſan/
ctorūqꝫ patrū ſententias ꝑuertēs in ſenſum ꝑnicioſum ꝯtorqueat.
Penitentie ſacramentū dogmatibus ꝑnicioſis annullet. circa con
tritionem ſcandaloſos errores inducendo. Circa ꝯfeſſionem con/
tra vniuerſalis eccleſie veterem doctrinā ꝑuerſa ꝯſilia ingerendo.
Dēm ſatiſfactionē mortali culpe remiſſe debitā caſſando. cū deus
(vt ait ipſe) cui mortalē culpā ſemꝑ etiā ⁊ meritam pœnā remittat
Theſaurum indulgentiarum. quas non ſolū ab olim patrum de/
creta. ſed etiam ſacra approbauerunt conſilia. ex friuolis irrationa
bilibus fundamentis per propoſitiones in ſanctos. ⁊ in ſancto/
rum merita impias. ⁊ blaſphemas ꝑtinaciter annullet. Circa pœ/
nas purgatorij. ⁊ ſtatū aīaꝝ poſt hanc vitaꝫ ex vanis motiuis. ab/
ominabiles errores diſſeminet. vtpote ꝙ in purgatorio nulla aīa
quippiā pro mortalib⁹ patiat̄. ſed dūtaxat ꝑ venialib⁹ patiat̄ pec/
catis. ꝙ aīe in purgatorio deū vicioſe culpabiliterqꝫ diligant. ac ſi
ne intermiſſione illic peccent. ⁊ que ſua ſunt querentes. pluſquā di/
uine volūtatis impletionē. quod (vt ipſe inquit) eſt ꝯtra charitatē
ꝙ mortui fere nō minus q̄ꝫ viui in ſtatu ſint merendi vitā eternam
Item ꝯtra priuilegiū. ⁊ primatum Rhomane eccleſie ſupra eccleſi
as ceteras ꝑ orbem. erroneas aſſertiones. ab olim pro hereticis cō/
dēnatas. aurib⁹ chriſtifideliuꝫ refricet. ⁊ ingerat. Sedem aplicam
irreuerenter palā. ⁊ ſcandaloſe taxet Autoritatē ſummi Pontificis
impudenter attenuet. vtpote qui ſolam pœnā canonicam ſeu arbi

trariã. nullã aũt pœnã secundũ diuinã iusticiã pctis debitam. di-
uinitus sibi data potestate remittere possit. Cum (vt ait ipse) tales
pœnas remittere. esset diuinũ ius mutare. mandatũ dei irritum fa
cere. ⁊ in deum impijssimũ aduersariũ esse. Innumeraq; alia scãda
losa his non absimilia. ĩmo grauiora. ⁊ perniciosiora in se habeat.
Quocirca nuper die martis penultima mensis Augusti. sup hoc
legitime oẽs. ⁊ singuli ꝯuocati. in ꝯgregatione nostra publica mo
re solito. in cõuentu fratrum predicatoꝝ. seruata ⁊ habita. matura
pensiculatione premissa. ꝯcorditer censuimus. ⁊ doctrinaliter iudi
cauimus. prefatum librum tantis scandalis. erroribꝫ. heresibusq;
ab olim damnatis. refertum. tanquam ꝯmunitati fideliũ noxium
iure de medio tollendum. vsum eius inhibendũ. supprimendũ. ⁊
ꝑ eos ad quos id spectare dinoscitur. igni publice cremandũ. Au-
torem etiã eius merito ad reuocationem publicam ꝯpellendum.
In quorũ oĩm robur. ac fidele testimoniũ. hanc nostram sñiam per
notariũ nostrũ iuratũ predicto libro asscribi. ⁊ sigilli facultatis no
stre (quẽadmodum ⁊ has nostras litteras) iussimus appensione
cõmuniri. Datum. ⁊ actũ Colonię Anno salutis christianę supra
Millesimum quingentesimũ decimo nono. penultima die men-
sis Augusti.

Per me Henricũ de Vorda de Colonia Notariũ pub
licũ. Et supradicti generalis studij Colonieñ Bedellum
iuratum.

¶ Excusum prius Louanij. nũc autem
Colonię An. M. D. xx. Men. Martij

Excusatio ecky

ad ea que falso sibi philippus
Melanchton grāmaticus Vuittenbergeñ
super Theologica disputatione
Lipsica adscripsit.



Joannes Eckius candido lectori. S. D.

¶ Dum in felici Lipsensi gymnasio cũ. p. Martino Lutter et Andrea Carlestadio: sup arduis rebus theologicis disputassez atqꝫ actum esse per illustrissimi principis D. Georgij Saxonie ducis ⁊c. et vniuersitatis lipseñ ꝯsiliarios: ne qs disputata nostra per calcographũ disseminaret: antequã per deligendos iudices esset decretũ: qs nr̃m fidei christiane cõsentanea aut pugnantia diceret: ausus est tamẽ grãmaticus vuitenbergeñ Philippꝰ grece ⁊ latine sane nõ inductus: epl̃am edere: me lacessere et pluribus noibus causam: non meã: sed fidei obscurare. Et officiũ: qꝫ in Parrhisiense cõtulimus studiũ: sibi vsurpare. Cui id respondeã opus est: nõ mea quidem causa: sed simpliciũ ne mellitis verbis seducant̃: aut in errores precipitent̃: percurraz aũt epistoliũ eius pernotulas obiter: nõ grauabere mi lector: et tantillum temporis eis ponderandis impende.

1 ¶ Scribit Philip. me caussatũ corã Illustrissi. principis designatis. videri mihi ex iure disputãtiuz esse: ne dictaret̃. in hoc mihi falsũz ascribit. qm̃ huius nũquã memini apud designatos: s͡ꝑ dixi mihi nõ displicere vt notarij exciperẽt. priuatim fateor: dixi lãguescere animũ disputãtis more stili ⁊ aciẽ mẽtis nõ adeo conari: sicut disputatõis feruor exigeret. testes sunt designati ab illustrissimo duce: et totius vniuersitatis cõsilium.

2 ¶ De libero arbitrio ait ꝓpositũ. an de congruo emereamur gratiam. hoc cũ agi deberet: impingit mihi quõ ad aliam materiam plane alienã ab instituto Carlestadij eum traxerim an s. sola gratia efficiat bonũ opus. quã aũt impudenter hoc faciat. cuilibet est obuium legenti cõclus. meam. vij. Errat qui li. ar. hominis negat dominũ actuũ hominis ex eo. quia ipsũz habeat se actiue ad malum ad bonũ vero tm̃ passiue. Et nulla conclusio sonuit de merito congrui: quid autẽ fieret de homine faciente quod in se est. in fine quasi disputauimus. Audaculus tamen sicut non est reueritus. D. Erasmum iudicare in noui testamenti editione. ita et hic iudicis partes assu-

rit. diffiniẽs ſtetiſſe ſaluã Darleſtadio ſententiã. hoc ſcio. demum admiſiſſe Carloſtadiũ. volũtatẽ habere actiuitatem ad bonũ opus: At ego nihil decerno. etenim pars ſum. nõ iudex: tñ audaculus non veret̃ dicere me attuliſſe impertinentia ex. S. Bernh. olim cum publicabitur diſputatio. manifeſtũ erit. an verum dixerit grammaticus.

3 ¶ Cum bonũ opus dixiſſem totũ eſſe a deo. nõ totaliter. irridet grãmatiſta hoc velut cõmentũ indignũ maieſtate theologica. cũ in diſputacione clare me expoſuerim. Neſcit eſſentiam dei videri totã a beato. at qui nõ conprehendit̃ a beato nõ videtur totaliter. quidditas generis eſt tota in vna ſpecie ſed nõ totaliter. cũ etiã ſit in alia. ſic anima eſt tota in manu. nõ ſic quin etiã ſit in pede. ſic bonũ opus eſt totũ a deo. nõ tñ ſic. quin etiã ſit a li: ar: quia ſimul agũt nõ viciſſim. mixtim. nõ ſigillatim. id expreſſe ait Bern: pertinentiſſime ad propoſitũ.

4 ¶ Improperat quod multa inciuiliter dixerim cõtra Lutterũ. et breuiter oĩa eiuſmõi vt inuidiã Martino cõflarem apud vulgũ. hoc inquã falſũ eſſe: nouerũt cãdidi auditores. et truncate meã affert rationẽ cõtra lutterũ de capite eccleſie.

5 ¶ Ponit Hyerony: et Cypri. locos p certis a me prolatos qui tñ in dubiũ vocabant̃. vide cenſorem. Hieronimũ addiixi li. i. cõtra Iouinianũ col. 18. Cyprianũ in epiſtola ad pupianũ li. 4. epiſtolarũ. legat ſtudioſus lector. et iudicet an locũ dubiũ protulerim de primatu petri. cũ alijs locis cõcordãtibus. Immo ſyngrapha Martini probaui. Cyprianũ eo loco arbitrari eccleſiam fundatã ſuper petro. ſed hec ad iudices.

6 ¶ Inuidioſe ſe ſatis dicit me iactitaſſe Bernhardi auctoritatem ad Eugenium. cuius tamen tacite derogat autoritati. plus ego tribuo vni. S. Bernhardo quã philippo et oĩbus ſuis aſſeclis: ſi Berñ. eo libro aliqua dixit pro ſententia lutteri: imputet ſibi: cur nõ attulit: certum eſt Berñ. aduerſari per omnia ſententie lutterane.

7 ¶ De illo Mathei Tu es petrus et ſuper hanc petrã ꝛc. vere proponit ſententiam. D. Lutteri pluribus cõiecturis monſtratã. ſed reticet: quod hãc petram eſſe petrum ex Auguſtino.

Hyeronimo Ambrosio Leone at aliis produxit. at hoc ad iudices. Sed hoc mirum: quod nedum mihi. sed et. D. Luttero falsum imponit: eum. s. respondisse Christum dum petro dixisset Pasce oues meas. post hoc apostolis parem potestatem traditam Accipite. ss. rc. cum Martinus pro sua eruditione non tam fede lapsus esse possit. Sed ita euenit: dum sutor vltra crepidam iudicat. hoc loco excuso. D. Martinum. errorem illum per eum non admissum.

8 ¶ Pungit q̄d hereses: Bohemice factiões: et id genus alia crimina fuerint. D. Martino obiecta: Sed reticet quod pro fide christiana id facere sum coactus. dum ipse assereret aliquos articulos Joannis Hußheretici Constatień cōcilio damnatos esse Christianissimos et euangelicos: quod quā prudenter fecerit: vt philippus ait: iudices statuent.

9 ¶ Imponit michi vt apostolos equales in apostolatu dixerim: sed non equales episcopos: hoc autem est somnium grāmatici: non dictum Eckianum. dixi equales fuisse apostolatu ordine sacerdotii et episcopatus: sed nō in cōmissione et administratiõe regiminis. Jd quod. S. leo Hieronimus et Cyprianus voluerunt: vnde litteratoris ratiunculam paruipendo.

10 ¶ Opinari me scribit a Christo apostolos lectos esse: sed a petro ordinatos episcopos: hoc crudius proponit quā ego expresserim: sententia mea fuit ista non memini me legisse: vbi apostoli fuerint ordinati episcopi: tamen communis sententia habet: eos ordinatos in sacerdotes in cena nouissima: quare possem referre ordinatiõnem in episcopos in petrum supremum Hierarcham: cū multa sint facta: que nō sunt scripta.

11 ¶ De vniuersali episcopo trūcate meam adfert solutionē quoniā verba decreti sunt. b. Gregorii: qui opposuit se cōtra imp. ob hanc causam vt scribit Platina: sed hoc ad iudices.

12 ¶ Conuiciatur denuo grammaticus: quod scopum questiõis de purgatorio nō attigerim. s. de potestate pape in purgatorium: sed aliam cantilenam inceperim: hic in quā egregie nugatur grammatellus: quoniam scopus questionis erat cōclusio sexta. s. animas in purgatorio nō satisfacere pro pctōrū

penis: hoc saxum tunc voluebam: in conclusione vero. xij. ver-
titur questio: cuius meminit grāmaticus: fateor dum cōclusio-
ni intenderem. dixit. D. Martinus. nō probari ex sacris scriptu
ris purgatorium esse quāuis sciret esse purgatorium. assumpsi
onus ꝓbandi purgatoriū ex sacris literis.

13 ¶ Ridicule dicit. dignam Theologo vocem. s. tantū de
beri Macchabeorū libro: quantū euāgelio. Sed et hic falsum
imponit mihi grammaticus. Nam ad contentionem valere
libros Maccab. adduxi. quia. S. Augustinus libro. 18. de ciui
tate dei: et Hyeronimus in prolo. dicant ac in decretis librum
illum nō fuisse in canone apud hebreos: sed ecclesiam recepisse
in canonem: modo sicut nescimus: cum plura fuerint scripta
euangelia: que sint indubie veritatis: nisi ex approbatione ec-
clesie approbantis quattuor euangelia: et alia reijcientis: ita ꝛ
ex approbatione ecclesie: liber Maccab. apud Christianū de-
bet esse indubitate veritatis. vulgatum est illud Augustini:
ego euangelio non crederem.

14 ¶ Quod mathei. 5. per carcerem dixi posse intelligi pur-
gatorium: sed illud nephas esse censet grammaticus. et optat
plebeculam felicius erudiri: quam id genus interpretationis.
Sed dic tu puluerulente schole magister: an nephas arbitra-
ris interpretari sacras litteras: velut. S. Ambros. fecit. qui lo-
cum similem apud Lucam sic accipit: an ne Sancto Ambro-
sio ita insultas: quod meliorem te interpretem poscis christia-
nis iam: quam. S. Ambros. Si intra pellem te contineres et in
tuo numero: haberes quidem tuum album: at iam totum te
obscurum reddis.

15 ¶ Denuo calamniatur me scopum de penitentia nō atti
gisse. vide procacem iudicem nec rogatum. Immo ipse ex to-
to non attigit: quid de penitentia disputauimus: hoc actum
fuit: an penitentia incipiat vel ab amore dei: vel a timore iuxta
conclusionem tertiam. At dum ad quartam et quintam con-
clusiones venimus actum fuit de remissione pene post culpaꝫ
dimissam: an aūt recte firmarim nostra vel. D. Martinus rec-
tius defenderit sua: Judices eruditissimi parrhisieñ studij iudi

cabunt: non attento quid grammatico apparuerit.

16 ¶ Scribit q indulgentie mihi iocu et ludu ciebat. et hoc quidē falsu3 est. qm serio egi. pnias esse viles quod et Martinus admisit: egi et ipsas nō esse viciū boni operis. demū conabar: vt per indulgentias fieret remissio pene pro peccatis debite: vbi. D. Mart. fortiter mihi contradixit indulgentias esse remissiones bonorū operū: sed de hoc refero me ad scripta notariorū vniuersitatis. Concordauimus tn̄ ambo: abusus declamantiū indulgentias esse reprehendendos.

¶ Hec sunt Jucundissime lector: que videbant mihi ex re fore partim Christiana partim mea: vt scires: si disputationi nō fuisses presens: vt quemadmodum plurimū cauet Philippus ne fame credatur aut his qui fame student: ita nec ei credas. qui non veritus est pleraq3 mihi ascribere: nec quidem a me cogitata Et quamuis nō sitis Philippus: quod Theologus cum eo cōgredeatur in Theologico studio: tn̄ ne agnoscere viderer silētio. Hec que mihi imponit: omnino volui ei ocurrere: quod et. B. August. non dubitauerit cōtra Cresco: grammaticum scribere. Tu vero Mi lector his crede: qui presentes disputationi fuerunt: et humanis affectibus: et vsu familiaritatis: sicut Philippus non distinentur: nostram vero expurgationem boni consule. Deus est mihi testis: quod in hoc negotio: veritatē fidei Christiane quero: et dei honorem. Vale et salue. Ex Lipsia xxv. Julij: Anno gratie. M. D. xix.

Disputatio et ex
cusatio Domini Johannis
Eccij Aduersus criminatio
nes. F. Martini Lutter
ordinis Eremitarum.



¶ Deo Amantissimis prelatis Dño Caspari abbati fontis Suessonis Et dño Johãni pollinge preposito/patronis suis/ observantissimis Eccius in domino Jhesu.bene agere.

¶ Cum michi noua doctrina Reuerendi patres mei Luteri Augustiniani. visa fuisset in multis a veritatis tramite deuiare quid ab initio egerim: quidue secutum cum Andrea Bodenstein fuerit minime vos preterit: at cũ semper istud genus inuectiuarum scribendi. oderim: Constitui facere periculum iudicij mei coram doctissimis: in quorum sendenciã intellectum meũ captiuarem. et in seruitutem redigerẽ. sciens quod philantia sit mater errorum: et quod

Bernhardus

singularitas in precipicium cogit. vt ait Bern: et nolle credere pru-

Boetius

dencioribus stulticia sit: vt Boetius testatur Quod et si per Contrauersarium diu cõgrediendi facultas fuerit preclusa: tandem in Liptzense studium conuenimus: vbi dum et augustini iussa secutus. future disputationis summã scheda exorare curaui. eciam subitaria: adeo vt nõ penitendum articulum de lib. arb. et fide negligerem hac tñ scheda ad. F. Marti. Lutter per me transmissa vt est mordendo potentiss: confestim epistolam ppugnatori suo dedicatam. disseminauit. que an respondeat Eckiane modestie lectoris committo iuditio. At quia istiusmodi genus hominum. vt Beatus Gregorius affirmat. tacentes solum amat: non moueor nec

Gregorius

offendor mordaci sua epistola: vtinam dignus haberer/velut apostoli gloriabantur p veritate et domio Jhesu. contumeliam pati. Curandum tamẽ michi video. ne pusilli offendantur qui facilem preberent detrahendi assensum. si nullam ex me haberent excusationem.

Egrefert Lutterus. quod dum pmisissem/disputaturũ me/D. Bodenstein Lipsie. in ipsum verterim impetum. et vt est totus olibrius/addit se nescit an ranarum an muscarum. interim in suas nugas de indulgencijs debachatus D. Bodenstein dicta velut parerga Et summo. quod aiunt digitulo vix attigerim: at quã impudenter hec michi ascribat lectoris non fallit iudicium. Nam cũ Bodenstein sit Luteri propugnator: et adnotationes meas tres in disputata Lutteri de Indulgencijs ad Reuerend: Episcopum

meum Eysteten̄ priuatim factas. nō tam docte quam mordaciter improbauerit. ac reliquis idem pollicitus. nō temere materiam Indulgenliarum attigi conclusionibus. quod negocium ac cōtemptibile. Lutter nugas suas dicit. in quo tot heroes desudarūt. Scio quod Hyeronimus. ait nugas in ore sacerdotis esse blasphemiam. non autem existimaui hos disputatione seperandos. qui in eandē sendenciam manibus et pedibus conspirassent. Obid dum. Illustrissimus princeps Georgius Saxonie dux. dominus clementissimus ac felicis studij Liptzen̄ commune et facultatis theologice. consilium disputationem nostram admisissent (spiritu illo Lutteri desinente in cor eorum dare. vt hoc negocium recusarent) et Lutterum litteris meis euocaui velut principalem. vt vel sua tueretur vel nostra improbaret. Id ipsum et facultati Theologice Liptzen̄ significaui. et quod Lutterus Andream Bodenstein mititur subuertere ex arena non paciar. cum tam animosus sit scribendi conuicia. et eucomium ante victoriam diu cecinerit. recusauit adire Romam. parrhysieos Coloniam. expensas causatus et iter. Et q̄n ego eū sequerer vsq3 ad ianuam patrie sue vellet detrectare pugnam. et se intra munitionem continere. hoc esset degeneris et timidi militis. Quamuis si iam doctior factus esset. ac palinodiam recineret erratuum. Romanam sequendo ecclesiam expostularer hominē. vt amicum et fere alterum. Securim aūt ad radicem posui. ppositiones contrahendo sex contra D. Bodenstein. Septimā in scriptis transmisi. in quibus totam nostre scriptionis Summā videor michi cōplexus Non ergo velut parerga hec actigi neq3 subdole. sed simplicitate Theologica has ppositiones Bodenstein obieci. Que vero contra te posita sunt Lutter nō obtrusi. nec falso imposui. quin digito monstrare possem. vbi hec monstra alueris. vtinā et illa apud te non reperissem. At q̄ deinde vanissime gloriole me damnat. quod schedam disputatoriam ediderim. antequā certus essem de Liptzen̄ domino℞ assensu. fateor. Et quid hoc culpe. Immo ait posteaquā ex me acceperat eos omnino recusare. hoc quidē tornatū mendaciū. Scheda mea fuit impressa Auguste ante mensem Jan̄. dum illac iter ad patriam facerem. Littere Lutteri que penes me extāt. sunt date Lipsie. vij. Janu. Accepi eas viij. februarij. Videte dignissimi patres. schedas meas prius fuisse impressas.

Hieronimus

quã litteras scripserit ad me Lutterus. Taceo quod ob locorũ in-
tercapedinẽ tardiusculo fuerunt michi presentate Intelligitis iam
arbitror. que sint ille strophe infeliciter versute. et figure nihilo fi-
gurate. ciuiliores astucie et veternose prudencie Ceterũ que in me
iocatur et ludit. suffero et patior absit michi gloriari. si in aliqui-
bus studijs vel germanie vel italie. exercendi ingenij causa iuuenis
disputaui. Sim Luttero et Bodenstenio sophisticus argutator/
sim theologista/ sophista/ Aristotelicotatos scol..sticus/ disputa-
tor/ nichil sciam/ sciant ipsi omnia noui quã sit mihi curta suppel-
lex Simpsillus ille Golias. alter hercules sint eorum iuditio pre-
ceptores. mei infelices/ quos felices arbitror/ quebusuis nominibus
me dehonestare nitantur. paciar/ dũ modo fidelem me esse sinant
et Christianum Si fecero omnia que preceperit michi dominus.
scio quia seruus inutilis sum. quãto magis dum agnosco me non
fecisse sum inutilissimus. Attũ quicquid deo donante accepi liben-
ter exponã pro veritate fidei/ et ecclesia catholica tuenda Et quan-
tum deus dederit erroribus repugnabo/ et eos expungam Nulla.

Gregorius

.n. nos cõmouere debent cõuitia (ait gregorius) vt a via recta
et a certa regula recedamus. Amiciciã tamen in se meam Lutterus
causatur simulatam. fateor amiciciam ob litteras et studium cum
eo inij. nec visõ. (vt cũ ductis facere soleo) sed tantopere a com-
muni amico. doctiss. Christophoro Scheurlin. iure consulto inte-
gerrimo. cõmendato. Sed credit ne posse me/ esse amicum ei/ qui ex-

Hieronimus

tra ecclesie vnitatem cõtendit cum B. Hiero. omni studio affirmet
se egisse. vt hostes ecclesie/ et eius hostes fierent/ hominem amo, er-

Augustinus

rores cum Augustino odio. Est hoc monstrum alere/ veritatem et
Sũm. Pon. tueri/ ac proximi reditum ab errore querere. Vidi enim
et cum multo dolore legi/ arrogans scriptum eius actorum apud
se. ap. legatũ/ et Appellationis ad futurum concilium. et nõ siue ge
mitu/ aliquas ppositiones suscepi/ Maiorem sperassem sub nigra
cuculla sobrietatem et pacientiã. Vtinam eam fuisset secutus/ aut

Ciprianus

modo sequeretur modestiã quaz s. Ciprianus martyr ad rogati-
anum et Cornelium docuit/ qui ex contemptu cleri hereses ortas tes-

Ciprianus

tatur ad pupianum/ Et alio loco ait/ Hec sunt inicia hereticorũ
et ortus atqz conatus scismaticorũ male cogitancium/ vt sibi pla-
ceant. vt prepositum/ superbo tumore contemnant. sic de ecclesia

recedit. sic altare pphanum foris collocat. sic cōtra pacem Christi et ordinationem atq3 vnitatem dei rebellatur. Nec enim aliunde (ait ad Cornelium papam) hereses orte sunt/aut nata Scismata. nisi q sacerdoti dei nō obtemperat. Quā cōsultum esset Luttero id amplecti. quod. s. Bern. pisanis cōsuluit de honorio pape. Honora tuum & vniuersitatis patrem Sed antiquos cineres ignit Lutter. et antique messis/nouam profert zizaniam vt Ambrosij verbis vtar. D. O. M. qui recepit se mansurum/cum ecclesia/vsq3 ad cōsumatiōem seculi illuminet corda fidelium/et det nobis nobis suam pacem. Ceterum quemadmodū me obtulit. ita cōtra ambos disputaturus/sum pro fidei veritate/et Sedis app. tuitione Christo adiutore. Nō in pphana domo/& angulis/sed in florentissimo Lipseñ gimnasio/coram doctiss. eiusdem studij patribus/ea qua decet modestia. vt saluet nō perdatur veritas. placet vero vt pmore Augustini et hiero. hec fidis excipiantur notarijs. et vrbi ac orbi fiant notissima. Hec fidissimi patroni vobis significare volui et per vos Orbi Christiano. vt qui sacram veritatem plurimum colitis. ac verticem ecclesie. Christi vicarium. papam veneramini. ac p felici statu ecclesie. et cathedre petri cū fratribus vestris in desinenter rogatis. et hanc veritatis causam. p Christo et petro. mecum habeatis cōmendatam valete deo amabiles prelati ex Ingoldtstat Baioarie. 14. Marcij Anno virginei partus Millesimo quingentesimo decimonono.

Bernhardus

Ambrosius

Jheronimus

Augustinus

¶ Contra. F. Lutter et D. Bodenstein in Liptzeñ studio has disputabit positiōes Eccius 27. Junij. 1519

1 Neq3 dictis sacre scripture. aut sanctis patribus Augustino et alijs cōcordat. D. et magistrum nostrū Jesum Christum dicendo. penitentiam agite. voluisse omnem fidelium vitam esse penitenciam. vnde et de sacramentali penitencia illud verbum idonee potest intelligi.

2 Et si peccata venialia sint quottidiana. tamen iustum semper peccare in omni opere bono. eciā bene moriēdo negamus Sicut erroneum dicimus/iustum manente iusticia/peccare

posse mortaliter aut in puero post baptismum: aliene voluntatis peccatum remanere.

3 Astruentem penitenciam non recte inchoari a detestatione peccatorum. recogitando grauitatem peccati et pene et quod faciat magis peccatorum. tamquam Euangelio et sanctis patribus cōtrarium. nō dicimus audiendum.

4 Dicere deum remittendo culpam. remittere penam/ et nō commutare in penam aliquam temporalem satisfactoriam. per canones et sacerdotis iniunctiōem in parte vel toto declaratā. vt sacre scripture et vsui eccelsie repugnans existimamus.

5 Quemlibet sacerdotem (nullo prelato dempto.) suo subdito petenti. posse remittere aut debere penas et culpas. ita quod prelatus non plenarie absoluens a pena et culpa peccet/ velut vsui sancte matris ecclesie aduersum. non acceptamus

6 Animas inpurgatorio non saciffacere pro peccatorum penis. a quorum culpis absolute hic non satisfecerunt. reputamus erroneum/ sicut non est sine errore/ qui non credit deum a morituro requirere aliam quam mortis penam.

7 Errat qui liberum arbitrium hominis negat dominū actuū hominis/ ex eo quia ipsum habeat se actiue ad malum/ ad bonum vero tm̄ passiue. sicut non est sine errore qui fidem quolibet crimine corrumpi cōtra scolast. existimat. nec sine maximo errore/ qui nulla contritionis habita ratione in sola fide quem absolui procaciter predicat.

8 Ex imperfectione charitatis vel fidei in anima mortui fieri horrorem et quasi desperationem/ quibus impurgatorio afficiantur. et quod illum horrorem ex timore mortis incurrant quo quasi inuiti moriantur. non recipimus/ quia veritat et rationi contrarium.

9 Animas in purgatorio mereri maiorem gratiam. aut eorum premia minui/ si alienis meritis liberentur. aut non esse certas de salute. aut suffragia nostra nolle. vt fidei nostre et omni rationi aduersa negamus.

10 Meritum passionis Christi nō esse thesaurum ecclesie ex quo dentur indulgencie: quia veritati ex apostolicis decretis ob-

nians negamus sicut claues esse thesaurum ecclesie. imperitissimum opinamur. Meritisque quoque sanctorum nos adiuuari pie credimus.

11 Dicere indulgencias non expedire/ est error. dicere item indulgencias esse vicium aliquod operis/ quo ipsum minus valeat error est pessimus. quare et hunc errare sentimus/ qui dicit se teneri improbare indulgencias/ quia dominus dicat propter me deleo iniquitates/ non propter pecunias.

12 Papam non posse remittere penam pro peccato debitam per indulgencias. error. immo erroneum est eum non posse absoluere a penis animas in purgatorio existentes. Omnium autem maxime non recipimus. quod morituri. infirmi. legitime impediti. non crimina publica habentes. indulgenciis non egeant.

13 Romanam Ecclesiam non fuisse superiorem aliis ecclesiis ante tempora Syluestri negamus. Sed eum qui sedem beatissimi Petri habuit et fidem. successorem Petri et vicarium Christi generalem semper agnouimus.

¶ Contraximus quo ad fieri potest propositiones. has paucas accepimus quod et alia ab his pendeant.

¶ Anno Domini Millesimo quingentesimo Decimonono. Vratislauiae.
Impressit. Adam. Dyon.

Ad Wolphan-gum Fabritiū Capi-

tonem Theologie Doctorem . et
Concionatorem Baſilien-
ſem. Joānis Cellarij
Gnoſtopolita-
ni. Lipſie
Hebraice lingue profeſſoris De vera
et conſtanti Serie Theologice
Diſputationis Lipſiace
Epiſtola.

Volphango Fabritiꝰ Capitoni sacrarū literarum professori Joannes Cellarius Gnosto-politanus Salutem Dicit.

¶ Si quālibet paruam omitterē occasionē singnificādi omībꝰ singularē obseruantiā in te meā syncerissi. Volphāge ingratitudinis ꝑfecto vitio arguēdꝰ venirē. quod vt omniū vitiorū fontē et principiū. semper maxīe detestandū censui. Ne in id corruēs. Hyppocratis vinculo dignꝰ merito iudicarer. Placuit itaqꝫ nunc palā facere quo amore. qua charitate. qua in te reuerētia sim affectus. nō solum ob priuata merita. verūetiā ob magnū literarū et literatorū studium. amoremqꝫ virtutis nō vulgarē quē in te. iam hinc inde in latinis. Grecis et Hebreis literis videmꝰ elucescere. Sed que nā est inquies hec occasio? Paucis accipe / Nosti mi Volphange. quot quibusue diebus. et quantū. ingēs inter. D. Jo. Eckium ingelstadieñ et D. Martinū Lutherū ac Andream Bodenstein Carolostadiū. wittenburgeñ ob nōnullas (ni fallor) ꝯclusiones olim diuulgatas cōcertatio incalescebat. ita vt post nudas cōclusiones. ꝑ totū pene orbē dispersas res ĩuectiuis. et apologijs ceperat agi Quum aūt ipis ꝓ bono rei exitu. eiuscemōi formaꝫ omīno nō sufficere. visuꝫ est. nisi etiā ad publice disputatōis arma descēderent. Vtriusqꝫ cōsensu publica disputatio cōclamata est. ac in florēti feliciqꝫ Lipsensi gymnasio. ab illustrissi. nostro prīcipe Georgio duce Saxonie. magno Tyringie p̄side Mysie deniqꝫ marchione munificentissimo lipsice Academie mecenate. ac tutore admissa est. et quamuis in ea Inclita sue celsitudinis academia pulcherima musarū sint edificia q̄ collegia vocamꝰ. in his item auditoria capacissima. non tñ alio in loco. ꝙ in sua arce theologicā hanc disputōem celebrari voluit. quo aūt ordine vere et cōstanter sit obseruata. si eundē tibi enumerauero. me tibi rem fecisse gratissimam existimo. et simul meum in te animum declarasse.

¶ Die ita ꝫ. xxvij. Junij hora secūda po meridiana. nam mane. primo a cōsulto et erudito viro. D. Simone Pistoris Juridice facultatis ordinario excipiebanť hospites. deīde vna ad tēplū. S Thome pro audiēda re diuina. que de. ss. habebať as-

cenderūt/tūc ad arcē et locū certamīs/vbi iussu Jll. pricipis ducis disputatiōis modestia. q̄ pdicta esse deberēt. plegebat ac deīde hora vt dixi secūda pome. factus est pgressus disputatorius.

¶ Primo de libero arbitrio pposuit. D. Joan. Eckius cōtra Carolostadiū. quod et illud actiue concurreret ad opis boni factionē cū gracia. et sic mixtim agerent nō diuisim/hoc p pulchre per B Bern. pbauit. Vbi Carolostadius. in scriptis diu reluctabat. qm̄ li. ar. haberet se tm̄ passiue. et receptiue ad bonum opus. cuius solū capax esset tn̄ auctoritatibus sacre scripture. et sanctoꝝ patrū inductus. cum Eckio dedit libe. ar. habere actiuitatē in bono ope. et ita in cōcordem descēderūt sententiam. Audisses hic mi Fabriti. quāto ingenio et quasi demostenico. magne inductiōis seriem Eckius rotūdissime assumere et resumere. potuit. Carolostadius aūt libroꝝ et schedarū adminiculo argumēta et solutiōes pferre solebat Et quū opponendo vellet totius rationis sue seriē ex scheda. domi meditata legere Eckius id noluit amplius admittere/admissuꝝ tn̄ se p hac vice. at in posterū cauēdū nisi forte alicuius scti patris vba adnotaret aut sacre scripture. Disputare vellēt nō legere inqt Eckius. facta itaq; relatiōe corā dn̄is. fuit decretū Non esse hāc disputādi formam. legere ex scheda totū tenorem. Quare Eckiū nō iniuria recusare hāc lectionē debere ꝛ Carolostadiū deliberare vsq; in crastinū. an argumēta memoriter vellet adducere. aut disputationi cedere Rediit itaq; mane Corolostadius leges disputantiū obseruās (instructus tn̄ multis libris) et docte in mediū adduxit. Totū bonū opus esse a deo. quod Eckius admisit. qz simul agant gratia et li. ar. in diuiduo ope secundū Bern: mixtim nō sigillatim vel diuisim. at per hoc nō dici debere. li. ar. nō agere. qm̄ etsi deus ageret totū. non tamē totaliter per quod cōcursus alterius cause negaret Corolostadius fortiter opposuit. quia sancti patres nō sic essent locuti Quod diluit Eckius. qz disputatio de nominibus esset pertinacibus relinquēda. cōstare ex sanctis patribus. opus bonum esse totum a deo/et tamen li. ar. agere illud. hoc ipse rotunde enuntiauit per totum/sed non totaliter.

¶ Quum itaq; cōclusum esset in materia liberi arbitrii. ac ad declarationem eligendorum iudicum/positū. D. Martinus

Lutter in materia de primatu ecclesie Romane / cũ Eckio q̃ cõgressus est. et disputãdo proposuit. Papã nõ esse superiorẽ aliĳs iure diuino / immo potiꝰ cõsensu humano / Nec S Petrum primatũ accepisse sup ecclesiam dei ⁊ aliĳs apostolis sed sufficere vnũ caput ecclesie. s. Christũ Cõtra Eckiꝰ apertis probauit testimoniĳs vnũ esse primũ in ecclesia vicariũ diuino iure illius supremi capitis Christi. et quod super hãc petram. hoc est petrũ. et successores edificasset ecclesiam Deus. iuxta aptissima testimonia ex Augustino. Hiero. Ambrosio. Gregorio. Cypriano. Chrisostomo. Leone. Bernhardo. et aliquot põtificibꝰ. qui expssis verbis hoc testant̃. sed Martinꝰ horuz autoritatẽ nõ magnifecit q̃. S. Pauli / erat fundatꝰ sentẽtia. ad Gal. et aliĳs locis. Quos tñ sibi nõ resistere Eckius conabatur ostẽdere. sed hoc iudicũ est decernere. an fecerit.

¶ Admisit quoq; Eckius apostolos pares fuisse sacerdotio ⁊ apostolatu. secundũ leonẽ / et Cyprianũ. tñ caput esse cõstitutũ Petrum. vt scismatis tolleret̃ occasio At dũ Eckiꝰ obĳceret Martino dictũ illud Lutterianũ patrocinari hereticis hussitis. et esse damnatũ inter erroneos articulos. laudabilis et sacri cõciliĳ Cõstantieñ Ad hoc. D. Martinꝰ respõdit. nõ omnes articulos ibi dãnatos esse hereticos / immo aliquos articulos Joãnis Hus esse christianissimos ⁊ euãgelicos / vnde petĳt prius pbari. per Eckiũ. cõciliũ errare nõ posse Ob hoc a multis male audit. D. Martinꝰ. Similiter quod grecos ro: eccle: in obediẽtes. voluit esse in bõa vita et salutari Sed hec ad iudices Obĳciẽte vero Eckio Si papa nõ haberet iure diuĩo primatũ. vñ D Martinꝰ haberet habitũ: quẽ gestaret vñ fratres sui / Cõfessiones audiret: certe parrochianis dissentiẽtibus ⁊c̃. Respõdit D. Martinꝰ inter alia se velle / nullũ ordinez mẽdicantiũ esse Plurimũ aũt innitebat̃ Grego: in registro negãtis se oecumenicũ episcopũ esse / Eckiꝰ exposuit. q̃ ratione id negauerit / ꝙ tñ vere fuit / citando Gregoriũ super. c. decretum. 2. q. 7. et quod ob hoc. restitit imperatori. et cõstantinopolitano patriarche vt Platina refert. cui Lutter plura tribuit. in hystorica veritate. sed iudices discernãt / vter rectius senserit.

¶ Post hec coeptum / de purgatorio agi / Vnde videlicet esset

pena purgatorij. ex scripturis An eo q anime decedentiū essent
imperfecte charitatis/aut q2 pro pctis hic ppetratis satisfaceret
D Martin9 respōdendo dixit/nō pbari posse ex sacra scriptu=
ra purgatoriū esse q̄uis cōstanter asserebat Et quū libri Ma
chabeorū essent p D Eckiū citati/negauit eos esse de canone.
Cōtra Eckius ostēdit eos esse de canone biblie (Aug. et Hie=
ronimi auctoritate in plogo) apud ecclesiam Et quū plures
sancti doctores adducti fuissent/qui S Paulū interptent loq
de purgatorio / Ad Corinth: Salu9 erit q̄si per ignē D Marti
n9 docte aliū sensuz attulit Sed . an a patrū sentētia recesserit
¶ De indulgētijs miore cōtentione (iudices discernant.
disputatum est. nā in abusib9 declamantiū indulgētias . am=
bo cōcordabāt. et Martin9 mitior fuit q̄ alias scripserat. ad=
misit eīn indulgētias . esse vtiles/sed tñ tenebat sentētiā/idul=
gentias esse remissiones bonoz operū . Cōtra D Eckius dixit
eas esse remissiones penarū pro pctis debitarū . Sed si nollet
credere idulgētias esse satisfactorias/iā esset anathemate per
cussus per bullam nouissimam Leonis pape. x.
¶ Dein de pnīa/quō parāda sit disputatū ē. nitebat D Ecki9
ex sacris litteris et patrib9 ostēdere. pnīaz recte icipi a tiore etiā
pene et ad oīa inducta Rñdit Lutther9 primo timorē filialē
esse initiū sapiētie/nō seruilem. penaruz Sed D. Eckio Aug.
Cass: et alios inducēte quod itelligeret de tiore etiā seruili. ad
misit Martin9 timorez quidē seruilē esse initiū sapiētie. sed cuz
gratia Reluctabat Ecki9 . q2 sic gracia esset ante initiū gratie
quū p sapiētiā eo loco secundū Aug: et Bern. Charitas intel
ligatur. an recte restiterit vel mīus Judices dati iudicabūt.
¶ Postremo cōtra cōclusionē. 4 . et 5 . obiecit Eckius/remis=
sa culpa/nō dilutā penā/ et quod pena illa quā satisfaciēdo
deberet detergere. Papa posset indulgētijs recōpensare/et sa=
cerdos / iniūctione emende Jta q nō solū satisfaceret ecclesie
sed etiā deo pro peccato/ Sed D Martin9 reluctabat / ppte=
rea res in sententiaz Judicū relata est Actū aūt erat per domi
nos/ vt citius absoluerētur cōclusiones disputāde difficilio=
res/vnde euenit/vt multe materie manserint intacte
¶ Rursus aggredit Eckius Carolostadiū/et conatur ei ostē
dere/quod scolastici doctores/nō dissidēt ab ecclesiasticis /si

eos recte intellexerit de remotione obicis. Et q̄ hō faciendo
quod in se est in bono ad[illegible]tat a deo et saluatur Excusauit se
etiā. q̄ cum dixisset materiā p̄destinatiōis esse impertinētem
negocio. de quo tractabāt. Carolostadi. imposuerit ei. q̄ di-
xerit. autoritates de p̄destinatiōe nō pertinere ad opa coronā
da. Et recte et bene ipe legerit in Bern̄: Tolle. li. ar. et non est
quod saluet. Sed recte Carolostadiū. esse de prauatore librorum.
si in Bern̄. velit quo pro quod legi Ad q̄ respōdit Caro-
lostadius. et ad iudices negotium relatū est Vltimo Carolo-
stadius contra Cōclusionē ij. Eckij obiecit volens iustum in
omni opere bono peccare. quod displicuit Eckio. S. Laurē-
tium in craticula peccasse. et S Petrū in cruce Et Carolosta
dio citante Augustinū et Hieronimū Eckius īstabat acrius.
vt locū ostenderet qm̄ nullibi hoc in eis inueniretur sed potius
oppositum ostēdi ex Hiero: cōtra Pelagianos/et cū plura vl-
tra citraq̄ essent dicta. hec quoq̄ materia ī iudices relata est
Restabat adhuc materia de penitētia Quā etiam. D. Caro-
lostadius dudū fecerat cōsignari. apud dn̄os Sed quia. D.
Martinus abierat et ipse ad domū festinabat. noluit diutius
Eckio opponere. Et sic disputatio magnifice sicut ceperat.
ita quoq̄ oratione finita est. quā p̄stabilis vir Joānes Lan-
gius Lembergius dissertissime perorauit.

¶ Scire aūt desyderas doctissime capito. qui fuerint iudices
dati? Et hoc quidē te latere nolo Conuenerūt em̄ ante dispu
tationē Eckius et Carolostadius/corā Illustris: p̄ricipis Ge-
orgij Saxonie ducis rc. cōsiliarijs. et rectore ac cōcilio vniuer
sitatis Obtulit se Eckius. ad disputationē paratū. et se fac-
turum omnia. que dn̄i iuberēt. modo Carolostadius. vel in
vniuersitatis iudiciū cōsentiret. aut aliū iudicē assignaret Ca
rolostadius aūt non minus ad disputandū paratus petijt vt dis-
putata fidis exciperētur notarijs. cui Eckius statim annuit.
modo in iudicē cōsentiret Carolostadius Itaq̄ decretū fuit per
dn̄os. neutrū a loco debere decedere. quousq̄ de iudice cōue-
nissēt. P. vero Martinus nullū omnino gymnasiū voluit fer-
re iudicē. quāuis Eckius ei optionem daret. ferme ex om̄ibus
germanie Italie Gallie et Anglie. gymnasijs duobus demptis.
At p̄posuit disputata statim per calcographos disseminanda

vt suũ cuiq3 legẽti liberũ esset iudiciũ. ve℞ Illustris. principis Cõsiliariȷ̃ et vniuersitatis cõciliũ. eã sic ad disputationẽ admitere noluerũt Itaq3 discessum fuit eo die. vt Martin⁹ nollet disputare sed postea induct⁹ amicorũ cõsilio rediȷ̃t. et sub forma Carlostadiȷ̃ disputationẽ assumpsit Qua finita sugessit Ecki⁹ Illustris. pncipis cõsiliariȷ̃s. vt pſente adhuc duce Georgio (qui Illustrissi. prĩceps sepe disputatiõi ĩterfuerat) iudices deligerent Itaq3 Martin⁹ Parrhisieñ ⁊ Ertphurdeñ obtulit. quos q̃ Eckius acceptauit mõ confratres Martini Heremite in Ertphurdia nõ interessent Abeunte aũt duce voluit Martin⁹ totũ cõsilium vniuersitatis debere iudicare. siue essent Juris ciuilis prudẽtes Medici vel philosophi / et quod patres ordinũ sancti dñici et. S. Frãcisci nõ interessent. Sed id iniustũ visum est Eckio medicos aut alteri⁹ pfessionis homĩes de altissimis Theologie locis iudicare. res tamẽ vtriusq3 cõsensu. in Illustrissimi pncipis manus data est.

¶ His itaq3 mi capito quib⁹ firmã fidẽ adhibere possis te certiorẽ reddere volui. pculdubio non deerint qui sola vincendi libidine. vtcũq3 ramusculos ppagare nitent. vt videant vicisse. quãtũuis vitatẽ ledant. tu aũt his fidẽ adhibe. nã ita se res et ordo hui⁹ Theologice disputatiõis Lipsiace cõstant habuit. Protestor q̃ q⁹ neq3 in fauorẽ. nec odiũ alicui⁹ part⁹ scripseriz. sed solũ vt res pacta est ac sup ea refero me. ad Illustris. nostrũ principẽ Georgiũ: suos equissimos cõsultissimosq3 cõsiliarios et ad totũ nostre lipsiace vniuersitat⁹ cõciliũ Etiã cũ olim publicabit disputatio. manifestũ erit quid dixerim Vale nostrorũ optime atq3 doctissime. et. D. Joannẽ oecolampadium. triũ musa℞ haud vulgariter doctũ / Beatũ Rhenanuz Brunnonẽ. et omẽs nostros amicos. quantũ potes meo nomine saluere Jube. Lipsie ex edib⁹ nostris. Pridie Kalendas Augusti. Anno Millesimo quingentesimo decimo nono.

¶ Cum Gratia.

De disputatiõe Lipsicensi: quantum ad Boemos obiter deflexa est: Epistola Hieronymi Emser.

Noster hic Aegoceron sine fœno: peccat in vno:
Q, non est Lucę linea ducta manu.



REVERENDO PATRI DOMINO IOANNI Zack. Iuriū doctori, Catholicæ Ecclesiæ Pragen̄. Administratori, ac Lithomericen̄, Præposito, Hieronymus Emser Sacrorum Canonum Licētiatus S.D.P.

HAbitantem in te Christi spiritū, Reuerēde Pater, cū vita referat Christo digna: Tum id omniū maxime declarat: ꝙ natus olim in terra Boemica (terra: inquā: supstitionis ac confusiōis Babylonicæ) ꝑ modico duxeris, regenerasse Christo parentes tuos carnales: teqꝫ simul cū illis a patrijs vindicasse erroribus. Nisi ipsam etiā patriā, ac totū orbem illum Boemicū (velut alter quidā Hercules) domesticis repurgare mōstris, Christoqꝫ lucrifacere satagares. declamando: hortando: obsecrando: ac increpando. Idqꝫ paulo minore aliqn̄ periculo, ac Paulꝰ olim ipse. Sed vicit demū virtus inuidiā. Atqꝫ adeo quidem preualuit: vt spectato toties zelo paternitatis tuæ nō ficto: Summa tandem ecclesiasticarū rerū (quātulacunqꝫ istic est reliqua) totaqꝫ administratoria illa dignitas vni tibi demā data fuerit. Vbi in mūdo hoc tuo Boemico: nimbis, tēpestatibus, & aquis istis cōtradictionis (veluti cataclysmo quodam) inundante: apertisqꝫ maioribꝰ in dies errorū cataractis, in ꝓfundum descendente: Tu, tanqꝫ alter Noa pater, cū paucis admodū iustis, Christūqꝫ agnoscentibꝰ: Archā illā mysticā: hoc est: ecclesiam dei sacrosanctā (quæ iuxta Catholicū & apostolicū ritū. siue fato quodā, siue patronorū & præcipue diui Vuenceslai precibus: inter tot piratas, istic adhuc fluctuat) fidei clauo intrepide gubernas. Vtinā atqꝫ vtinā filia Babylonis misera: hoc est, infœlix illa tua ac errabūda Boemia: te remigante: ex tot scopulis & ꝓcellis in tutum aliqn̄ portum se recipiat. Vtinā tandem sapiat & intelligat, tum nouissima prouidens, ad dominū deū suū cōuer-

tatur ac redeat. Quisnam proh deū immortalē, hic viscus est, adeousq; tenax: quo nita, tam hæret pertinaciter? Aurum ne & argentū? At Christū audiant dicentē. Quid ꝓdest homini, si mūdū vniuersum lucretur: animæ vero suæ detrimentū patiatur. Libertas ne, an pniciosa potius peccādi licentia? At credant saltē Petro: qui Petri diffidūt successoribus. Non quasi velamen, inquit, habentes maliciæ, libertatem. An vero voluptas, ac carnis desideria? At repetāt animo, quo suorū quosdā (etiā regulos) abduxerit, portētosa illa, nulloq; religionis symbolo circumscripta libido. Aut quantū sceleris, quidue monstri, breui apud eos aluerit, cōtemptrix superū temeritas: & e recta semel deliratio. Deum testor optimū maximū: q nō sine lachrymis ista dictitem. Quis em̄ vere Christianus & fraternæ charitatis amator: non doleat tot fratrū iacturam? tantā animarū cladem? tam inclyti regni casum & ruinā? tantā postremo diuinæ maiestatis contumeliā ac blasphemiā? Aut quem iam nō pudeat, priscos illos generosos Boemorū spiritus: gentem tanta olim virtute conspicuā: tot victorijs illustrē: penes quā summa quondā fuit imperij, & terrestris regni caput: eo redactā esse: vt quum singulæ gentes religionem aliquā vnā mordicus teneant: hic in vno regno, aliū proceres obseruēt religiōis cultū: alium ciues. Et in vna eademq; domo aliter paterfamilias, aliter familia ipsa adoret: deniq; in vno sepe thoro alio vir ritu, alio vxor deū colat? In vniuersum aūt: vt pars multo maxima, posthabito deo, & relicto uerbo vitæ, cerdonibꝰ mō ac crepidarijs, tū mulierculis q̄busdā præficis, idq; in gurgustijs subterraneis (cimmerijs tenebris dignissimis) aures prębeat? Atq; his ducibus & aurigis: cōtra īuincibilē ecclesiæ veritatē, tot martyrꝝ cædibꝰ, tam solidis apostolorum fundamentis, supra firmissimam Christi petrā edificatā, tanq̄ musca contra Elephantū, aut aduersus aquilam Scarabæus velitari ausit? Num idem fa-

Matthei. xv.

i. Petri. ij.

ctitauit Vuencessaus dux olim eorum: vir omni sanctitate venerabilis? Num id ausa est prisca illa Boemica virtus ac nobilitas? An non vere quadret in eos propheticum hoc Quomodo sola sedet Domina gentium: princeps prouinciarum? Sacerdotes eius gementes: quia (vt paulo infra sequitur) dispersi sunt lapides sanctuarii eius in capite omnium plateaȓu. Filij Syon inclyti: amicti auro primo: quomodo facti sunt in vasa testea? Sed dicent fortassis (vt sunt ad excusandos errores suos argutuli nonnulli) Minime se solos esse aut sine Theseo: Quandoquidē ex nostris etiam factionis suę assertorem habeant Doctorem Martinū Lutherum: vnum omnium: qui abstrusa sacrę scripturę sensa (ceu diuina virgula) tum solus attingat: tum ad stomachum eorum faciat. Quiq; cornicum oculos potis sit configere. Quamobrem dum idem Lipsię nuper decertaret: publica deo supplicia: quottidianaq; (licet profana) pro eo sacra: fecisse: populariter gloriantur. O miserum Lutherum, si execrandis & abhominabilibus istorum piaculis confisus: ac non potius iugi scripturarum meditatione (quibus a teneris: vt aiunt: vnguiculis: indefessam nauauit operam) fretus: cum fortissimo Theologorū Ecchio pugnam ineat. Imo vero nihil constantius idem a se reppulit Martinus: quā falsam hanc quorundam de ipso suspitionem. Neq; Ecchio vsq; tam restitit in faciem: q̄ vbi ioco vel serio (incertum est) patronum eum Boemorum subluderet. Sua ipsius voce damnans: temerariam eorū a sede Apostolica discessionem. Neq; se in hoc illis consentire: neq; cōsensurum vnq̄: publice ꝓtestans. Desinant igitur miseri vexare superos: aut precib⁹ frustra lacessere. Nō em̄ tam ꝑsentes in vota sua diuos illi habent: vt vel tu venerande Senex vel cæteri qui adhuc Christi inter vos spirant amorē: propter disputationem hanc Lipsicam: hastam abiiciant: animūue despondeant. Nec est q͏ factiosi isti siue Pyghar-

Trenorꝝ. i.

di,siue Scismatici ob hoc falso sibi gaudio illudãt: cristãue
erigant. Quin magis erubescant: ꝙ reclamante etiam ipso
rum patrono (ut falso iactitant) nec dum ad cor redeunt:
sed marmoris instar rigent: haud secus, ac si dura silex aut
stet marpesia cautes. Atq; is quidem: cum disputatio ipsa
(vt ingenue fatear) contentionis q̃ edificationis plus præ
se tulerit: vnus ipsius fructus mihi visus est: ꝙ ipse etiam
Martinus vir rara profecto eruditione & doctrina (in quē
tanq̃ in parietem omnes spes suas inclinauerant) tam ro-
tundo ore: tam constanti vultu: tam arguta deniq; ratio-
ne eos spe ista fefellerit: vt non solum publice confessus sit:
sed cum quodam etiam indignationis spiritu exprobraue-
rit Boemorum contra Romanum pōtificem corneam fi-
bram ac pertinaciam. Nihil scilicet tanti esse oportere asse-
rens: quod nos ab vnitate Christi & ecclesię separare debe
at. Sed nec ob hoc illi sibi placeant: ꝙ idem Doctor Marti-
nus pio quodam (vt equidem crediderim) affectu mirari
se dixit: tot eorum esse qui Boemis superciliose insultent:
maleq; imprecentur: Neminem vero qui mitiori eos cala-
mo ab errore dehortetur: maxime, quum humanus ani-
mus blandiciis potius duci: q̃ minis aut terroribus cogi
velit. Complures enim tunc Ecchius Theologus extra ale
am doctus, ad calculum vocauit: veluti Capistranum: Cu
sanum ac reliquos veteranos (vt de recentioribus: tuisq;
ipsius contionibus saluberrimis hic taceam) qui non im-
portuno: sed dei spiritu: & lenitate Christiana: eos erra-
torum suorum admonuerunt: & in viam reducere conati
sunt. Et tamē nihilo secius promouerunt: q̄ si quis surdo
narret fabulam. Quare non est ꝙ supercilium nostrorum
excusent. Quamuis quid vetet tam oportune q̃ importu-

ij. Thimo. iiij.

ne: iuxta Apostolum: duræ ceruicis homines appetere:
omniaq; prius experiri, q̃ deploratos relinquere? Cum &

malo nodo malus quærendus sit cuneus. Et ipse etiã Vlysses socios suos inuitos flentesq; a loto diuellens: ad nauem redegerit. Nec vicio detur medico: qui pro salute recuperanda: ferrum aut ignem etiam adhibeat. Magisq; ex re illis fnerit vnusquispiam q̃tumuis acriter obluctans: q̃ mille alii in perniciem eorum mussitãtes. Sicut melior est amicus obiurgans: q̃ inimicus tacens. Id quod sero intelligens Euangelicus ille Tantalus: quum apud inferos tandem: arentia siti labra refrigerare non posset ipse: id saltem rogabat: vt fratribus suis quispiam mitteretur: suggerens: ne in eum tormentorum locum & ipsi venirent. Sed q̃ infœlicem passus fuerit repulsam statim subit: cum illi dicitur. Habent Moysen & prophetas: illos audiãt. Simile quampiam Christus etiam ipse nobis insinuat: dum apud eundem Lucam discipulis suis ait. Quicunq; non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa: etiam puluerem pedum vestrorum excutite: in testimonium super illos. Quibus locis satis innuitur, tum q̃ periculosa res sit obdurare aures: & pulsantem vltro Christum semel excludere. Tum q; Boemi non possunt conqueri defuisse eis nostros: sed nostri contra dicere: cecinimus vobis & non salutastis. Eant igitur nunc isti gloriantes in malicia sua: vulgoq; sutelas obstrepentes & mendacia: q; disputatio hæc Lipsiæ exhibita erroribus eorũ subscripserit: quo nihil minus hic est actũ: nihilq; tam ab vtriusq; partis abfuit sententia. Cuius rei cũ ipse a gemino: vt aiunt: ouo: ad equum vsq; Troianum spectator auditorq; fuerim: haud alienum duxi a Christi sacerdote testimonium perhibere veritati, quando & prophani ea de re scriptitãt, & forẽsia iudicia, non raro calculis ac fortũa, magis q̃ certa rõne gubernant. Adde q; q̃rundã scripta nedũ grãmaticã sed nec vigiliã sapiunt nec iudiciũ, Q, si argutior quispiã vlteri⁹ urgeat, dissimulari nõ

Luc̨. xvi.

Luc̨. ix.

Matthei. xi

Rubeat hic Rubeus.

posse, Lutherum a Boemicis stetisse partibus, quum Ioannis Huss articulos quosdam catholicos fuisse, maleque damnatos palam asseruerit, Huic ego cum Beda responderim, si Ioanni hoc etiam detur, proprium esse hereticis, vt falsis vera immisceant. Nec tamen eorum quę vera dixere, sed falsitatis & mētis obstinatæ pœnas dare. Q, autem nominatim idem Martinus, cum dicto Ioanne, Summi Pōtificis principatum humanis rebus subiicere, & a deo non esse, contendit, adhuc in herba, vel vt tritiori vtar adagio adhuc sub iudice lis est, Et Martinus ipse (q̄uis omnia sursum ac deorsum verset, totamq; ingenij aciem huc sit admolitus) non tāta tamen animū obstinatione deuouit, vt si ratio rationē redarguat, cedere non velit. Nec Boemos qcq̄ releuat, si etiam obtineat, quum vel sic obedire eos oporteat. Quoniam humano quoq; iure, ad tollenda scismata, necessariam esse Summi Pontificis Monarchiam, eidemq; passim ab omnibus parendum, constanter ille prædicat. Dedit item in resolutione sua recens ædita, voluntatem hanc esse dei. Ego vero citra tamen cuiusuis iniuriam (idē enim mihi Accij quod Titij) hanc etiam coronidem adijcio. Miseram fore Christianorum sortem, si & Iudeis & gentibus sit inferior. Constat enim non solum Romanos, sed barbaras etiam gentes, pontifices suos & flamines diis retulisse acceptos. Q, si alicui vel Melesagorę Nymphæ, vel Numæ Aegeria, Minoisue antrum aut id genus cætera paruam fidem faciant, nihil moror. Dummodo negari non possit Pontificatum Aaron ab ipso deo fuisse constitutum. Additūq; eodē deo autore ad gloriā & decorē sacerdotij ornatū, ex purpura, dibapha, bisso, argēto, gemmis & auro. Sicq; pōtificium illud p manus traditum ad Cayphan vsq; descendisse. Qui licet vita scelestus foret, quia tamen successor erat Aaron & pontifex anni illius, pphetauit & Chr̄us eidē subesse ad mortē vsq; nr̄i causa nō erubuit. Indi

lor perniciem et ruinã assumenť, cũ huiusmodi personarũ mores ac vicia nõ pscrutabũť, & indigni sępius ad regimẽ assumenť animarũ cõtra sacri gñalis cõcilij saluďferũ statutũ, recte iudicãs nihil esse qď ecclesię dei magis officiat, ꝙ ꝙ indigni assumanť p̃lati ad regimẽ aĩarũ, & ꝓpterea statuẽs, vt is ad quẽ ptinet electionis cõfirmatio ꝓcessum electionis et electi personã diligenter examinet, anteꝗ̃ eidẽ electio, mun⁹ ꝯfirmatiõis impẽdat, pœnã cõtra facieñ. imponens Per hæc etiã & alia quę idẽ dñs Leo statueñ. decreuit, viris studiosis & literarum scientia pollentibus spem promotionis ademit. Et aptissimũ modũ, facultates, et substantiã totius Regni et Delphinatus exhaurieñ. inuenit, quo etiam huiusmodi Regni et Delphinatus subditi improbis machinationibus ad Curiam Romanã euocentur. Et in debitis vexationibus fatigenť, huiusmodiꝗ; sic nouis æditis statutis iam dictus dñs Leo Papa serenissimũ Principem nostrũ Franciscũ Regem modernũ in partib⁹ Italicis agentẽ in maximo strepitu armorũ consensum prębere quorũdam suasu coegit. Et ne promissionis infractor idem princeps illustris videť iam dicti dñi Papę monitis obtemperans, hæc quæ dicta sunt de nouo edita statuta quæ concordata vocanť ruinã ecclesie, totiusꝗ; Regni inde iminentẽ non attendens nobis, dictaꝗ; vniuersitate, & alijs quorũ intererat nõ vocatis nec auditis publicãda esse imperauit, nõ dijudicans ꝙ ei dictoꝗ; Regno & Delphinatui & subditis perniciosa esse viderentur. Ex quibus NOS RECTOR ET VNIVERSITAS grauatos lęsosꝗ; et oppressos esse sentieñ. cũ per ea ad superius enarrata incõmoda sensim deuenire posse prospiciamus. Idcirco a dño nr̃o Papa non recte consulto, iam dictiꝗ; sacri Basilieñ. concilij ac subsecute & ei adhereñ. pragmaticę sanctionis statutorũ abrogatione, nouorũ statutorũ editione, cõsensus p̃statione, ac attẽtata illorũ quadam publicatiõe, & oĩbus inde secutis & secuturis tã ꝓ nobis, quã oĩbus & singulis suppositis ipsius vniuersitatis, & nobis ac illi adherẽtibus, & adherere volentibus Ad futurũ conciliũ legitime, ac in loco tuto. Et quẽ libere, & cũ securitate nos eadẽ vniuersitas vel a nobis, et ab ea deputãdi adire poterimus. Et ad illũ vel illos, ad quẽ seu q̃s de iure, priuilegio, ꝯsuetudine, vel alias nobis ꝓuocare licet & appellare, prouocauimus & appellauimus, prout in his scriptis prouocamus & appellamus. Instanter, instantius, & instantissi-

me protestañ. hanc appellationẽ prosequi per viã nullitatis, abusus, iniquitatis, vel iniusticię. Et alias prout melius poterimus, optione nobis reseruata. Astantes in testimoniũ inuocañ. addendi, diminuendi, mutandi, corrigẽdi & in melius reformãdi, omniumq; alio iuris beneficio, nobis ac nostris adhærentib⁹, & adhęrere volentibus semper saluo, Datũ & actũ Parisijs in nostra congregatione generali apud sanctũ Bernhardũ solenniter celebrata. Anno dñi millessimo quingentesimo decimo septimo die vicesima septia mensis Marci ante pascha. Postmodũ vero pręinserta appellatione sic interiecta die prima mensis Aprilis vi. venerabilis magister Arnulphus Monnart in artibus magister & in iure ciuili liceñ. noster ꝓcurator generalis & ad hoc specialiter constitut⁹ corã venerabili & circũspecto viro magistro Guillermo Hue vtriusq; iuris liceñ. insignis eccl'ie Parisieñs Decano tãquã corã persona autentica, & in dignitate cõstituta personaliter cõparens. Tũ illũ seu illos, ad quẽ seu ad quos appellamus adire non possum⁹ huiusmodi appellationẽ, & cõtenta in ea noie nr̃o & pro nobis intimauit, insinuauit, & notificauit Apostolosq; cũ instãtia debita sibi dari petijt & requisiuit, Qui quidẽ dñs Decanus cũ reuerẽtia & honore debitis eidẽ appellationi reuerenter detulit & Apl'os reuerẽtiales & tales quales de iure & ꝯsuetudine vel priuilegio dare poterat & debebat, dedit & cõcessit. Acta fuerũt hæc vltimo dicta & facta ĩ ecclesia Parisieñ. Anno & die prędictis. Præsentibus ibidẽ venerabili & scientifico viro Magistro Petro de valle ĩ Teologia doctore Canonico dictę ecclesie Parisieñ & Magistro Arturo Alonf in artib⁹ magistro testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Sic signũ le. Raux et hubert et sigillata in duplici cauda & cera rubea magno sigillo dictę vniuersitatis.

Lappellation de Luniuersite de Paris ponr les Rectenr Docteurs Maistres Regens Estoliers & suppostz dicelle et leurs adherens des greiefz et caus es cy dessus declarez.

Disputatio D. Johannis Eccij et P. Martini Luther in Studio Lipsensi futura.

IN STVDIO LIPSENSI DISPVTABIT Eckius ꝓpositiones infra notatas cōtra D. Bodenstein Carlestadiū archidiacono & Doctorē Vuittenburgen.

R Euerendissimo in CHRISTO patri ac Illustri Principi D. Matheo S. S. Romanę Eccl'ię. tt. S. Angeli Cardinali Coadiutori Salisburgi, dño suo pietissimo Ioā: Eckius puus Theologus S. D. cū paratissima obsequioꝝ oblatiōe. Nō pręterit te Reuerendissime pater ac optime princeps, quō D. Bodenstein Archidiaconus Vuittenbergeñ. superiori Maio, Cōclusiones felle plenas & mordacissimas, calcographorū opera, cōtra me sparserit: Ob id qđ ad Reuerendū dñm meū D. Gabrielem episcopū Eistetensem dignissimū/ adnotationes quasdā priuatim scripseram in aliquot ꝓpositiones D. Martini Luther Augustiniani Vuittenbergeñ. in materia sacramenti pœnitentię: cui ego permodeste respondi: ac ne mordentes inuicē, cōsummaremur abinuicem, vt diuus Hieronymus ad Ruffinū ait: ꝓpter etiā scandala vitanda: quæ ex amarulentis libellis disseminatis oriūtur: Obtuli me velle stare iudicio Sed: Apost. ad quā omis causa fidei merito referri debet, vt Gelasius Symachus &c. docuere: Iudicio item obtuli studij Romani in Italia, Parrhisini in Gallia, Colonieñ. in Germania: At ille disputationē refugiens(. quod qui faciant, A. Augustin⁹ cōtra Faustum explicat.) mea q̊q; abusus modestia/ alterū libellū edidit: in quo me denuo conuicijs onerat: ac si hoc Maiestatis Theologicę esset, cōuicijs ac iniurijs seuire: quē etsi remordere possem, si vellem: & vt beatus Hieronim⁹ ad domnionē cōtra vafrū monachū ait/ possē genuinū dentē lesus infigere: At diui Augustini & eiusdē b. Hieronymi secutus cōsiliū: peperci sibi/ peperci mihi/ peperci nomini Christiano: Etd. Martinū Lutter Augustę adiēs sciscitabar ex eo: cur suus propugnator mecum nō expectasset Sed: Apost. & laudatissimoꝝ studioꝝ iudiciū? Qui itineris difficultates & expēssas causatus/ Lipsense studiū mihi obtulit Carlestadio vicinū: in quo cōuenire deberemus ad disputādū: idē mihi ex Vuittenberga Carlestadio placere rescripsit: cui ego perlibēter assensū præbui: ita omnino nihil, coram doctissimis fœlicis studij Lipseñ patribus, mihi & veritati timeo: Quare illustriss: prīcipi & dño d. Georgio Saxōię duci &c. prīcipi clemētissimo eiusdē studij patrono humiliter scripsi: vt sua illustris D. fauorabilē huic negocio præbeat assensū: Scripsi & almę vniuersitatis & facultatis Theologicæ cōsilio / quibusuis pręcib⁹ rogādo & supplicādo: vt onus audiēdi & iter

nos iudicãdi/vter rectius de fide sentiat, suscipere dignentur: Nam pulcherrimũ arbitror, pro veritate fidei, & q̃ sedes beati Petri sequitur & docet (vt Iulius papa praecepit) in arenã descẽdere: Cathedrã enĩ beati Petri cũ S. Cypriano, nõ desero: quod ibi solũ incorrupta (vt Hieronim⁹ ait.) patrũ seruat hereditas: quae auctoritatẽ dat loquẽdi tacẽdi: nã & sacrę scripturę intellectũ accipio secũdũ praxim ecclesię/extra quã viuere, mori est. Cũ autem reuerẽdissima tua paternitas/non sit mediocris ecclesiae columna: me tuo totũ dedo ac cõmendo patrocinio: etiã atq; etiã/rogans/vt sicut vales, ita velis me tueri/solum vt veritas fidei/& quã Romana tenet ecclesia tueatur ac defendatur. Valeat Reuerendissima ac illustrissima dominatio tua. Ex Augusta Rhetiae .IIII. Kalendas Ianuarias. Anno restitutae Salutis. M. D. XVIII.

POSITIONES QVAS ECKIVS DEFENDET in studio Lipsensi cõtra nouã doctrinã.

I Neq; dictis sacrę scripturę, aut sanctis patrib⁹ Augustino & alijs cõcordat D. & magistrũ nostrũ IESVM Christũ dicẽdo Poenitẽtiã agite, voluisse omnẽ fideliũ vitã esse poenitẽtiã: vñ & de sacramẽtali poenitẽtia illd vñ idonee põt itelligi.

II Etsi peccata venialia sint quottidiana: tamẽ iustũ semp peccare ĩ omi ope bono, etiã bene moriẽdo, negam⁹: Sicut erroneũ dicim⁹/iustũ manẽte iusticia/peccare posse mortalit aut ĩ puero post baptismũ alienę volũtatis pctm̃ remanere.

III Astruentẽ poenitẽtiã non recte inchoari a detestatiõe peccatorum, recogitando grauitatem peccati & poenae & quod faciat magis peccatorẽ, tanquã Euangelio & sanctis patribus contrarium, non dicimus audiendum.

IIII Dicere deũ remittendo culpã, remittere poenam/& non cõmutare in poenam aliquã temporalem satisfactoriam, per canones & sacerdotis iniunctionem in parte vel toto declaratã, vt sacrę scripturae & vsui ecclię repugnãs existimam⁹.

V Quẽlibet sacerdotẽ (nullo prelato dempto.) suo subdito petẽti, posse remittere aut debere poenas & culpas: ita q; praelatus non plenarie absoluens a poena & culpe peccet/velut vsui sanctę matris ecclesię aduersum, non acceptamus.

VI Animas in purgatorio nō satisfacere ꝓ peccatorū pœnis/ a quorū culpis absolutę, hic nō satisfecerūt, reputamus erroneū: sicut nō est sine errore/qui nō credit deum a morituro requirere aliā quā mortis pœnam.

VII Ex imperfectione charitatis vel fidei in anima mortui, fieri horrorē & q̄si desperationē/ quib⁹ i purgatorio afficiant̄: & q̄d illū horrorem ex timore mortis incurrāt/q̄ q̄si inuiti moriant̄, nō recipimus/quia veritati & rōni contrariū.

VIII Animas in purgatorio mereri maiorē gratiā, aut eorū prœmia minui/si alienis meritis liberentur, aut nō esse certas de salute, aut suffragia nostra nolle, vt fidei nostrę & omī rationi aduersa negamus.

IX Meritū passiōis CHRISTI nō esse thesaurū ecclesię, ex quo dent̄ indulgētiæ, q̄a veritati & apostolicis decretis obuiās, negamus sicut claues esse thesaurū eccl'iæ, imperitissimum opinamur: Meritis q̄q; sanctorū nos adiuuari pie credimus

X Dicere indulgētias nō expedire/ est error: dicere itē indulgentias esse viciū aliq̄d operis/q̄ ip̄m minus valeat, error est pessimus: quare & hunc errare sentimus/qui dicit se teneri improbare indulgētias/ quia dn̄s dicat, ꝑpt̄ me deleo iniquitates/non ꝑpter pecunias.

XI Papā nō posse remittere pœnā ꝓ peccato debitā per indulgētias, error: imo erroneū est eū non posse absoluere a pœnis anīas in purgatorio existētes: Omniū aūt maxime non recipimus/q̄ morituri, infirmi, legitime impediti, non crimina publica habētes, indulgētījs nō egeant.

XII Romanā Ecclesiā nō fuisse superiorē alījs ecclesījs ante tp̄a Syluestri negam⁹: Sed eū qui sedē beatissimi Petri habuit & fidē, successorē Petri & vicariū CHRISTI generalem semp̄ agnouimus.

¶ Cōtraximus q̄ ad fieri pōt ꝓpositiōes: has paucas accepim⁹/ quod & alia ab his pendeant.

Soli Deo gloria.

IHESVS.

ERVDITISSIMO VIRO ET PRESTANtiſſimo .D. Andreę Bodenſtein Carlſtadio ſyncerioris Theologię aſſertori facile primario. Archidiacono Vuittenbergeñ. pręceptori ac maiori ſuo in Chr̄o Martinus Luther Auguſt.

Salutē. Edidit Eccius noſter, inclyte vir, ſchedulā, in qua magnificis ampullis verboꝝ crepat (id aūt homini moris eſt) ſeſe aduerſus te diſputaturū Lipſię, Et ego id noīe tuo, cū ipo tractaram Auguſtę, Si qua ratione, contētio veſtra, corā & amica familiariq; cōgreſſione cōponeretꝰ, quod nec tu, pro tua dignitate detrectaſti, ſed ecce homo, pulchre memor, & ſibi cōſtās, poſtq̄ te ſ fœde infamarat, tandē ꝑmittit in te, ſed vertit in me impetum ranarū ne an muſcarū ſuaꝝ neſcio. Sperauerā ego tractatū futurū, de honeſtiſſimis ferijs tuis, & de gr̄a dei, humana miſeria, oīnoq; de ea re, quæ inter vos vertitꝰ. At meus Eccius in meas interim nugas debacchatꝰ, aut ꝑ more iſtoꝝ dierū laruis iocatur potius, ſtultas quęſtiones de Indulgētijs, pene ex orco tādē reuocat, tua, velut parerga & ſūmo (quod aiūt) digito vix attingens, forte Sp̄ūſſanctus p̄uidens hoc hominis ludibriū & nugacitatē, dedit in cor Egregiorū dn̄oꝝ doctorū Lipſenſis ſtudij, vt recuſarent vobis hoc negocium apud ſe gerendū, Sed & ego nolo te optīe Andrea, in friuolam & laruatā hanc diſputationē deſcendere, tum ꝙ mea & me petit, lauta hęc & καλλιπαρηοσ και λευκωλενοσ perſona, tū ꝙ ingeniū tuum & tua diſputatio, digniora ſint, q̄ vt in has ſophiſtæ & meas nugas, indulgētias inq̄: ſeu rectius & vere negligētias, humilientur. Quas cū oīs doctores, etiā ſcholaſtici, infœlices Eccij p̄ceptores, fateantꝰ tn̄ & ipi. primū nō eſſe neceſſarias Chriſtiano, tū ſi nullę eſſent, melius eſſe, ac per hoc ad ſcripturas & rem theologicā, ſicut aſinū ad lyrā. Nec ego illas vnq̄ mea diſputatione dignatus fuiſſem, niſi ꝑ populo Chriſti Phrenapatas Matęologos, authades, & ęſchro cerdes oportuiſſet redarguere. Nihilominus tamen has res leuiculas, & nihili, magni iſti & generoſi Theologi, adeo curāt miſere, adeo pōpis vel anxijs inflare conātur, vt in ijs ſummū & noīs & officij ſui, decus conſtituiſſe videantꝰ. Interim Theologię legitimo, & qđ ad rem pertinet, officio, penitus poſthabito & in ſabbata trāſlato, non quidē lucri aut glorię emulatione, niſi minus principaliter ꝑ accidens, & in potentia, modo nō ſit nimis remota. Quando autē ego, deo volente, digniore conditione viuere nō permittor q̄ vt cum nugacibus & vanis ſophiſtis, cū peſtilentibus Romani

pontificis & Romanantiũ tyrãnorũ adulatoribus, ætatẽ cõsumã, gaudens & fidens posthabeo istorũ: mea seria ludo. Quare mi Ecci, Nõ dãno te, vanissimę glorię, q hanc schedulã edideris, anq̃ certus esses, quid Lipsenses in hac re facerẽt, imo postq̃ ex me acceperas eos oino recusare, quia ex fumo scz & ex disputatiõe nunq̃ futura sperasti captare gloriã. Nõ crimior, q subdole, & parũ humane, nedũ theologicę, doctori Carlstadio alienas ꝓpositões obieceris: quas cũ oino illũ nõ suscepturũ sperares, iterũ de fumo in tantũ virũ triũphares. Nõ q̃ror, q ad adulationẽ fœdissimã Papæ versus, me rursus in fabulas traduxeris: nouosq; a te fictos errores mihi imposueris, & tñ nihil minus te agere simularis. Toleramus ista a Theologo facta, id solum volumus ostendere, nos scilicet intelligere strophas tuas infœliciter versutas & figuras nihilo figuratas, & benigniter te monere, vt deinceps ꝓ gloria tua, paulo ciuiliore astutia, naso immo calcaneo nostro insideris, Agrestem hanc & veternosam tuam prudentiam, in crassos tuos consophistas ludas. Interim esto vir fortis & accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime, postq̃ enĩ ꝓ pace tua mediator ingratus fui, placebo fortasse cõcertator, Nõ q vincere ꝓposuerim, sed q post victorias tuas pannonicas, Longobardicas, Baioaricas (mõ tibi credam⁹) occasio tibi fiã obtinẽdi nominis, q̃ & Saxõic⁹ & Misnicus triũphator, ac si voles, semp august⁹ saluteris ięternũ, ac sic gloriã, αιεν αναι Δσιηνε πιειμενε, adeptus, quiescas iuxta Mgr̃i tui sententiã, habitibus existentibus in materia cessat motus. Quanq̃ mallem, vt monstrũ, qd' iã diu in me alis, & qd' te male haber, aliqñ pareres, Et nauseas quibus stomachus tuus periclitatur, tandẽ euomeres in publicũ, minisq; illis tuis Basilicis & gloriosis per oĩa finẽ imponeres. Sed ad te reuertor optime Andrea, & oro, vt vna mecũ ad Illustriss: Principẽ ducem Georg: prudẽtissimũ q̃q; Senatũ Lipsię scribas, siqua dignentur nobis domum vel ꝓphanã in hoc negociũ collocare. Nam Egregios dños doct: de Vniuersitate, penitus nolo huius periculo iudicij onerari, quod & prudẽtissime recusarũt. Quin id faciemus, adductis notarijs duobus, vterq; Eccius & Lutherus, & siq alij idẽ velint, ad manũ Notariorũ dictet sua argumẽta & responsiones, Qd' eo facio cõsilio, ne & nobis fœda illa iactãcia & frustraneus labor cõtingat, quæ in Viennensi disputatiõe Eccij videt̃, tũ vt clamor & gestus iportũi, quib⁹ solent ęstuare & perdere veritatẽ nr̃i sęculi disputatores, cohibeantur, oĩa aũt vel possibili modestia in literas ꝓnuncietur, Atq; ea sic in literas relata, offerri possint Sedi Apostolicę, Epis, & totius Christiani orbis iudicio.

ℭ Contra Nouos & Veteres Errores defendet Martinus Luther has positiões sequẽtes. In studio Lipsensi.

I Quotidie peccat om̃is hõ: sed & quotidie pœnitet, docẽte Chr̃o, pœnitentiã agite. Excepto vno nouo q̃dã iusto, qui pœnitẽtia nõ idiget, cũ etiã palmites fructiferos quotidie purget agricola cęlestis.

II In bono peccare hominẽ, & pctm̃ veniale: nõ natura sua: sed dei misericordia solũ esse tale: aut in puero post baptismũ peccatũ remanẽs, negare, hoc ẽ Paulũ & Christũ semel conculcare.

III Qui opus bonũ aut pñiam, a peccato℞ detestatione, ante dilectionẽ iusticię incipi, nec ĩ eo peccari, asserit, hũc inter pelagianos hęreticos numeramus, Sed & cõtra sacrũ suum Aristotelem desipere probamus.

IIII Deus mutat pœnã ęternã in tpalem, scz Crucis portandæ, cuius Canones aut sacerdotes: nec statuendę nec auferendæ habent vllã ptãtem, q̃q̃ id ab adulatoribus noxijs seducti pręsumere possint.

V Quilibet sacerdos debet absoluere pœnitentem a pœna & culpa: aut peccat, ęquę peccat, superior p̄lat⁹, si occulta: sine causa reseruat rationabilissima, q̃tumlibet vsus Ecclesiæ .i. adulatorum resistit.

VI Forte satisfaciũt aiæ in purgatorio pro peccatis. Sed ꝙ deus a morituro plus q̃ volũtariã mortem requirat, vanissima temeritate asseritur, quia nullis modis põt ꝓbari.

VII Veritati & rationi cõtrariũ ẽ quidẽ, inuite moriẽtes deficere in charitate, ideoq; pati horrorẽ purgatorij, modo veritas & ratio sit idẽ, qđ opinio Theologistarũ.

VIII Animas in purgatorio esse certas de salute sua: nec grãm in eis augeri, scimus a theologistis asseri, Sed miramur doctissimos viros, ꝙ hui⁹ fidei suę rationẽ: nec stulto verisimilẽ reddere possunt.

IX Meritũ Chr̃i esse thesaurũ Eccl'ię, & sanctorũ meritis iuuari certũ ẽ. Esse aũt thesau℞ indulgẽtia℞ nemo nisi fœdus adulator extrauagãtes a veritate & fictę quędã eccl'ię praxes aut vsus simulant.

X Dicere indulgẽtias esse bonũ Chr̃iano, est insanire, sunt em̃ verissime opis boni vitiũ, & imꝓbare indulgentias, debet Christian⁹ ob abusum, quia dñs dicit, ꝓpter me deleo iniquitates tuas, nõ ꝓpter pecunias.

XI Papam posse remittere, omnẽ poenã ꝑ peccatis debitã huius & futurę vitę, &c. ꝙ indulgentiæ prosint: nõ criminosis, somniant secure indoctissimi sophistę, & pestiferi adulatores, nõ tñ vel nutu possunt ostendere.

XII Romanã Ecclesiã esse oĩbus aliis superiorẽ, probatur ex frigidiss: Ro. Pont: decretis, intra cccc. annos natis, contra quę sunt, historię approbatę, Mc. annoꝝ, text⁹ scripturę diuinæ, & decretum Niceni Concilij oĩm sacratissimi.

Anno dñi. M. D. XIX.



Oratio

Ioannis Langij Lembergij, Encomium theo-
logicæ disputationis, Doctorum, Ioannis
Eckij, Andreæ Carolostadij, ac Mar-
tini Lutherij cōplectens. Illustriss:
Principi D.ac D.Georgio Sax
oniæ duci &c, dicata. & illius
iussu, cū gratiarū actiōe,
xvi. Iulij die recitata,
in frequentissima
summorum ui
rorum con
cione.

IOANNES LANGIVS LEMBERGIVS, CHRISTOPHORO ERINgio, Illustris: P, ac ducis Saxoniæ Georgii a sacris integerrimo. S.D.

Nō possum, ꝑ meæ mētis affectu: amicorū integerrime: uerbis cōsequi, q̄ exosam semper habuerim caninā illā quorūdā nr̄i seculi uitiligatorū facūdiā, q uix ultra grāmatices elemēta ꝓgressi, de re Medica, aut theologica, iudicia temere ferūt. & nūq̄ intellecta, ne dicā uisa, dānant. & si qua, ob rei grauitatē, assequi nō possunt, ut nulli9 frugi studia contemnūt. uelut illa Esopi uulpecula, cū piris ob arboris altitudinē potiri nō posset, amaritudinē culpabat. hi cū tantū instar mulierū, in conuiciis & scōmatib9, facūdia & garrulitate polleāt, calamū & linguā, instar uiperarū, in optimos quosq; obuios, indiscriminatim distringūt, famā lacerant. nulla alia rōne, q̄ ut popularē aurā & turbā: q̄ maiorū reprehēsiōe gaudet: sibi cōciliare possint, & se uel aliqd sapere aut audere ostentent. qua temeritate eloquētiā hoībus inuisam reddūt, quā, Socrates in Gorgia, & Cicero in Graccis sediciosis, plus obfuisse q̄ ꝓfuisse cōtendūt. hac em̄ læsi, sero ad frugē redeunt, sed in uiciis peruicaces euadūt. At dices, impune pctā ne ferēt? ignoras impunitatē peccādi esse licētiā? Scio equidē in delicta animaduertēdū esse, sed ita, ut primā ad uirtutis officium blāde eos adhortemur, nō scriptis publice laceremꝰ. & mihi crede, laudati facili9, q̄ uituperati resipiscūt. Si duræ ceruicis, laude flecti nō poterint, uelut Flaccus, sub alieno Tantali noīe, auariciā eoꝝ, & id genus uiciorū alia, detestaberis, & circū pcordia ludes. alios probos laudib9 in exēplū efferes. Sic Spartanorū Nomophilaces, quotannis eos laudabāt, q senatuscōsultis auscultassēt, ut alii effrenes colla legū iugo subiicerēt. Atheniēses singulis annis funebrib9 orōnib9, a Platone cōpositis, defunctos in bello ciues laudabāt, ut superstites horū præconio allecti, similē ꝓ patria in bello operā nauarēt. Sic ego in hac orōne, malui summos theologos cōmēdare, & uelut indulgēs pater in uicia aliorū cōniuere, ut aliud theologorū uulgus, mutata studii & uitæ ratiōe, ac adulādi artificio, illorū uestigia & studia sequatur. quam dicēdi ꝓuinciam, me iussu Illustris: Principis suscepisse, tibi optime cōstat. cui9 illustri gratiæ, hanc orationē dicatā, eidē offeres. meq; iā peregre abiturū, munificentissimo studiorū nostrorū Mœcenati cōmendes, obtestor. Nec ignoro hoc carthaceū munusculū eius celsitudini nō respōdere. Verū, hoc me Pliniano dicto solor, Diis lacte rustici multæq; gētes supplicāt, & mola tantū salsa litāt, qui nō habent thura. Et, Sæpe deis hos inter honores: inquit Stati9: Cespes & exiguo placuerūt farra colono. his paucis uale, Et meo noīe præstātis: theologiæ doctorem Petrū Eysenbergk, ac magistrum Gotfredum Siboth Saluta. Datum lipsiæ &c.

Oratio Joannis Langij Lembergii, Encomium theologicæ disputatiois Doctorũ Ioannis Eckii, Andreæ Carolostadii, ac Martini Luthe ii complectẽs· Illustriss, principi D, ac D. Georgio Saxoniæ duci &c, dicata· & illius iussu cum gratiarumactiõe xvi Iulii die recitata, in frequentissima summorũ uirorum conciõe.

NOn ideo hunc locum cæteris subselliis editiorem: quem suggestum uocant: Illustriss: Principes, cæteriq; cuiuscunq; ordinis uiri proceres, stemmate, pietate, & eruditione insignes: postremo conscenderim, ut postq̃ tantis ueritatis assertoribus in hac disputationis palestra, benignas accõmodauerim aures, tandem uelut arbiter, de tam erudito certamĩe quidpiã statuere debeam: aut de re tam graui: quæ, si non summa ingenia obrueret, saltem defatigaret: quicquid ꝓnunciare possim· & si possem, nec tamen uos pro ingenti uestra prudentia desyderastis, ut tam obiter, de summa rerum sententia ferretur. Quippe, nec q̃tumuis emunctæ naris iudices, tam arduum onus, facile subibunt. Nam: ut Cicero ait: cum omnis in assentiendo & iudicando temeritas & error, turpis sit· tũ in ea re maxime, ubi decerni oporteat, quantũ religioni, q̃tum rebus diuinis, tribuatur. Est sane ingens periculũ, ne cum omnia, pro humani intellectus imbecillitate, nostris moribus metiamur, quidq̃ religioni derogetur, aut superstitionẽ aniculæ incidamus. Sed ideo dicturus suggestum hunc conscendi, ut eruditam illam summorũ ingeniorum concertationem cõmendarẽ, & huius duces, & generosos ac candidos quosq;, cuiuscunq; sortis, huius certaminis spectatores, gratiarũ actione accumularem. Et nec iniuria quidẽ. Porro, si Græci, si Romani, Epicuro animos hominũ, a prauo superstitionũ metu, uin

Cicero li. i. diuiationũ.

dicare laboranti, imagines in Bibliothecis dedicauerint, il-
lius effigiem, gemmis, tabulis, poculisq; insculptam in, an-
nulis gestauerint, in cubicula simulacrum eius collocaue-
rint· qui tamen ita superstitiones ueterum extirpauerit, ut
impietatem per athomos seminarit, prouidentiam sacro-
sancti numinis sustulerit· & ne deum suum, aliquibus ope-
rum functionibus oneraret, fortunæ omnia expensa & ac-
cepta referebat· Quanto iustius, hos honore & gratiarum
actione afficiemus, qui ita ab erroribus nos liberare annixi
sunt, ut sacra ueritas effulgeret uinceretq; & summi dei: qui
sua prouidentia omnibus consulit: cultus augeretur: & ob
scura prophetarum sensa, ueritatis fulgore illustrarentur:
Accedit ad hoc, uetus illud C. Caligulæ Romani imperato
ris institutum, quo in memorabili illo bonarũ artium &
græcæ latinæq; facundiæ certamine, apud aram Lugdunen
sem inito, sanxiuit· ut uicti uictoribus, cum aliquo descrip
ti certaminis Encomio, gratias agerent. Verum, cũ in hoc
disputationis campo, usq; adeo dubio marte, sed facunda
ueritatis assertrice, ita depugnatũ sit, ut cui uictoria cesse-
rit, in plærisq; nõ plane constet· Ne institutum a C. Caligu-
la gratitudinis exemplum, exolesceret, Illustriss: P. meus
Georgius, Saxoniæ dux clementiss: ac huius inclytæ acade-
miæ proceres, negocium mihi dederunt, ut uicti partes oc
cuparem· hoc est, ut ego primum hanc, pro ueritate agnos
cenda susceptam ingeniorum concertationẽ, meritis lau-
dibus efferrem. Deinde, ne ulla ingratitudinis nota nobis
inureretur, ut hius certaminis ducibus & spectatoribus, ui-
ris integerrimis, gratias pro conditione redderem. Non, q
ego is sim, qui expedita dicẽdi facilitate, & orationis uber-
tate cæteris præstem· sed, q sub meo magistratu: quem ex
acto semestri gesseram: Illuss: P: auspicio, totius uniuersita-
tis consilio, tantis uiris disputandi copia, uobis uero audi-
endi facultas, in hoc disputationis theatro, facta sit. Vobis
igitur tã beneuole audientibus, dicam. Sed ea utar laudan
di modestia, ut nihil in gratiã alicuius, aut dixisse, aut te-
mere probasse uidear. Quanto igitur corpus: tenebricosus

Pli. li. xxxv. ca. ii. Cicero li. v. de finibus.

Suetoni9 in uita eiusdẽ & Iuuenalis.

Macro li. i, & de sõ: Plato i legi. Ti:

ille & squalidus Panimorum carcer, & (ut Plato ait) Plutonis spelunca: est; humanis mentibus & ingeniis abiectius, tanto uicissim ingeniorum exercitatio: quam disputationem uocamus: corporis exercitio est præstantius. hoc enim, si moderatum fuerit, sanitas corporis conseruatur inculpata, & robur membrorũ coalescit. Illa uero, ingenii uigor confirmatur, acies mentis acuitur, ueritas in apricum profertur, & optimarum rerum eruditio comparatur. quæ in humanis rebus: ut Plutarchus ait: sola est immortale & diuinum bonum, homini propriũ, quo bestias antecellit. quæ alioqui multis naturæ dotibus, homini præstare uidētur. Nam, leo robore, auditu talpa: quãuis sordido naturæ elemento cooperta: odoratu uultures, uisu aquilæ, linces, nos longe superant. At nos, solo sermone, disputatiõis instrumento, & eruditione ac intellectus acrimonia, eas antecellimus, cuius cos asperrima est, & campus latus, disputatio. Quo minus mirum est: uiri præstantissimi: tantam uestri certaminis expectationem, apud exteros inualuisse, ut illius desyderio, uiri principes, duces, abbates, comites, & fœlicis Erfordiani Vuittenbergensisq; gymnasii doctores, magistri, illecti, per infesta uiarũ discrimina, in hoc disputationis lyceum, uelut in bonarũ artium asiyum, agminatim confluxerint. Qui, & si huius disputationis farraginem in utriusq; partis apologiis legissent, uocalem tamen illam summorũ ingeniorũ disceptationē, plus ponderis habituram, non temere crediderant. Nam: ut Cicero ait: libri spiritu illo carent, propter quem eadem illa quæ agũtur maiora, q̃ cũ legũtur, uidentur. cui sentẽtiæ perbelle Plinius hisce subscribit uerbis. multo magis: ut uulgo dicitur: uiua uox afficit. Nam, licet acriora sint quæ legas, altius tamen in animo sedent, quæ pnunciatio, uultus, habitus, gestus etiã dicentis affigit animo, unde & Eschines ille apud Rhodios, cum Demosthenis p Thesiphonte legisset orationē, cæteris stupore attonitis, oculisq; in terram defixis, atticũ illũ Demosthenis leporem admirãtib9, ait, τι δε ει αυτου του ακηκοειτε, quod latine sic redditur, quid si ipsam bestiã

Plutarchus de liberis educandis

Pli. li. x. cap. lxix. Aristo. li, iiii. de na. aiali. ca. viii

Cicero ĩ oratore perfec.

Pli. li. i. epła: ad Nepo:

Hierony. ad Pauli. pli. ut supra. Ci. li. iii. deora. Pli. vii. ca. iii

audiſſetis? Et Gaditanus ille obſcuri nominis Rhetor, q̄- uis lacteum Liuiani eloquii fontem domi ſuæ hauriret, ab extremis tamen Gadibus Romã diuertit, ut defecatiſſimũ Liuianæ facundiæ flumen ex ore Liuii, uelut ex uena leni ſuo, ſed copio ſoſuſurro, ſcaturire & profluere audiret. Sic aduenæ huius certaminis ſpectatores, præter eruditionem ueſtram in literas relatam, ſeſe multo plura coram, & ſpe- ctaturos & audituros confidebant. Nec: ut mea fert ſenten- ria: ſpe fruſtrati ſunt, aut operam in hanc diſputationem male collocarunt, in qua ueritas ſolerti indagine quæſita eſt· cuius cognitione Chriſticolis, ad æternam ſalutem, ni- hil ſalubrius & honeſtius. Ethnicis uero nihil inuẽtu diffici lius: quam Democritus ob id in pœnitiſſimo putei receſſu abſcõditam dixit. Hanc cum Carneades eruere nõ poſſet, de illius inuentione deſperans, uniuerſum humanorum ſenſuum ſuſtulit iudicium, de qualibet re in utramq; par- tem diſſeruit, nihilq; plane affirmauit. Illius difficultatẽ Socrates pertęſus, uociferatus eſt, hoc ſcio quod neſcio. Vnde & illa uox per plæraſq; Academicorũ factiones ema- nauit, quæ ſupra nos, nihil ad nos. At non in diuinis mo- do rebus, ſed in humana ueritate agnoſcẽda, uſq; adeo ue- teres cæcutiuerũt philoſophi, ut Anaxagoras, niuẽ eſſe ni- gram teſtaretur. O delirum ſenem, quem philoſophia pla ne Hyppia cæcitiorẽ reddidit· quẽ uenia dignarer, ſi illius oculi in diuina ueritate ita caligaſſent, cuius fulgor oculos mentis plane in corpore præſtringit. cuius tam ſancta eſt cognitio, ut nemo ethnicorũ gratiæ ſpiritusſancti expers, uel primis labris illius purum fontem delibare potuerit. Vnde Ioſephus ac Theopompus affirmant quoſdam pro- phanos græcorum ſcriptores hebraicæ ueritatis dogmata, græcæ orationis floſculis contaminare. et Iſocratis Miro- thecio delibuere auſos, tam diu aduerſæ mentis ualetudi- ne afflictos, donec incepto deſtitiſſent. Quid Theodotum non pœnitendum tragædiarũ uatem illum grandiloquũ commemorẽ? qui cum e ſacris Iudeorum bibliis, hiſtorias excerpſiſſet, & fabellis ſuis inſertas, in alienam ſententiam

Cicero in Acad: q.

Cicero li, iii, de oratore & in Aca: q. Lactantius paſſim. Lactãtius li. iii. ca. xxiii.

Ioſephus li. xii, ant ca. ii. Euſebius li. viii. ca. i. alii theode- ctũ appellãt.

detorsisset, derepente oculis captus, maiorem æui partem in tenebris transegit. Quis igitur negat ueritatis inuentionem, & esse, & fuisse ethnicis difficillimã, in cuius cognitione grauissimis sanctorum patrum testimoniis, locupletissimis sacræ scripturæ testibus adductis, & acerrimo iudicio examinatis, in hac disputatione desudatum esse, nescit nemo? Et me hercle merito. Nam, quid ueritatis cognitione suauius? nihil. Quid illius scrutinio ingeniosius? nihil. quid illius intellectu sanctius non dici modo, sed comminisci potest? nihil, quod ego sciam. quam princeps ille Theologorum diuus Augustinus, summi creatoris cognitionẽ asserit. & Plato, Moyses ille Atticus, cum in Philebo, tum alibi modo diuinam mẽtem, artubus cœlestis corporis infusam, modo quasi summum bonũ appellat. quod diuus Augustinus ut significantius, ita et apertius in suis confessionibus fatetur his uerbis. Qui nouit ueritatem, nouit lucem domini, qui nouit eam, nouit æternitatem, charitas nouit eam. O æterna ueritas, & uera charitas, ac chara æternitas. tu es deus meus. hæc est illa increata ueritas, cuius archana dogmata, toto ingeniorum acumine sunt in hac disputatiõe ad Critolai: ut aiunt: libram expensa & quæsita. Quid, obsecro te, aliud fuit hæc ingeniorũ contentio, q̃ feruens ueritatis studium? quo nihil homini libero, ingenuo Christianoq; honestius usu uenire potest? Porro, si mẽdacii studium, apud Ethnicos adeo uicio uertitur, omniũ uotis execratur, & non mediocri supplicio luitur, ut apud Persas Artaxerxes, mendacis militis linguam, tribus ferreis clauis exertam transfixerit. Apud Indos, ciues in mendacio deprehensos, sese magistratu abdicare, & inglorios illaudatam uitam transigere oportuerit. Vicissim, ueritatis studium, apud omnes gentes, maximo præmio auctũ, summo honore amplificatum in confesso erit. quo nihil, ad animarũ salutem præstãtius, nihil deo acceptius est. sine quo, nemine fore fœlicem, Plato in suis legibus testatum reliquit. Vnde Christianus ille Cicero: Hieronymum dico: illud Pitagoræ symbolũ summopere admiratur. Post deũ

Augusti. in manuali ca. xxvi.

Augui. li. vii cõfess: ca. x.

Philostratus in uita apollo: Thi.

Hierony. li. ii. i Ruffinũ

ueritatem cole, quæ sola homines deo ꝓximos facit. Cæterum, hoc præclarum ueritatis scrutinium non fuit sophistarum disputatio, ne dicam obiugatio. qui: ut Hieronymus ait, cōtra Luciferianum Iouinianūq;: cum disputare nesciunt, litigare nō desinunt. quorum uerba in pugnis, & syllogismi in calcibus sunt. qui ostētatiōis studio elati, de lana caprina cum muliebribus conuiciis, mira pertinacia, & falsa sciendi persuasione, contendunt· & tam turpiter: ut Plato in Gorgia refert: cū iurgiis & maledictis discedunt, ut auditores operæ & temporis pœniteat. Sed plane hæc, de rebus seriis, sobria & modesta fuit disceptatio, summis Theologis accōmodatissima. in qua primū acerrimo ingeniorum conflictu disceptatū fuit, an liberum arbitrium sua sponte & peculiari actiuitate ad mala ꝓcliue: id quod in confesso erat: uniuersam boni operis actionem ab inexhausto gratiarum fonte Iesu Christo, & eius gratia, solum obtineat· & quo id effectum sortiatur, cōsensus aut naturalis liberi arbitrii actiuitas accedat · de quo gemino congressu, sacræ scripturæ, & sanctorū patrum copiis, acerrime pugnatum fuit. Deinde ingenti omniū expectatione contenderunt, q̄tum potestatis ius illud diuinum: quod ex diuina summi legislatoris mēte solū profluxit: summo pōtifici deferret· qua in re canonibus: cū iuri diuino, uel derogare, uel saltem reluctari uiderentur: bellum indictum fuit. Nec indulgentiis quicq̄ ultra æquitatem indulserunt· sed q̄tum delictorum diluerent, & quid expiarent, æqua lance ponderatum fuit. sed plus forsan ponderis habuissent, si illarum concionator, tam forti animo in hoc disputationis campo stetisset, q̄ languido ob ægritudinē cesserat. Porro, quam grauiter de pœnitentia & absolutione disserunt: an Christianus cuiuscunq; sortis sacerdos, a pœna & culpa animos hominū expiare possit, & quis tandem obex gratiæ actiuitatē in nobis occluderet. Postremo, an in omni bono opere peccaremus: cū umbram diuinæ iustitiæ uix assequeremur: in grauem & eruditam contentionē adductum fuit. De his rebus, a quibus salus animarū pēdet,

Hieronym9 cōtra sophistas.

non Ceratinis & Crocodillinis Sophistarum armis, sed sacræ scripturæ, & sanctorum patrum testimoniis muniti, utrimq; grauiter disseruerunt. Vbi paulo cócitatius decertandum fuit, scuto ueritatis contentio obumbrabatur sedabaturq;, & ramus oliuæ paciferæ gladio intexebatur, & benigne docenti, benigne cedebatur. Hæc est illa Socratica disputandi modestia, qua præditus Socrates mauult in Gorgia Platonis redargui, q̃ reprehendere, & scommata subridenti uultu explodere, & naso suspendere adunco, q̃ cum stomacho quodam regerere· ac superbos adolescentis insultus æquo animo sufferre, q̃ referire: quod asinorũ esse dixit: Hãc enim modestiam, natura nostris præcordiis inseuit, quæ: ut Plato in Thimeo refert: alterã animæ partem affectibus obnoxiam, & in pectore collocatã : quã ueteres græci φρενας appellant: ex qua affectus, iurgia, contentiones oriuntur. ideo exiguo ceruicis interuallo ab anima rationali, in capite uelut in arce posita, discreuit, & rationi subiecit· ut contentionis affectus & ira, rationis imperio compesceretur. Verum, quo tandé attinet, irato uultu, furioso animo, pro uictoria, uelut p aris & focis, neglecta ueritate, contendere? cum uincere tantũ gloriosum in hac disputatione, uinci uero: id est: ab errore & inscicia liberari, longe sit utilius. Porro, locum huius certaminis, si spectes, nihil eo aptius, cum sit in extremo urbis recessu situs, a populari turba studiis infesta, longe semotus, Nihil deniq; eo ornatius & instructius, quem natura arboribus obumbratum, et auspicio strennui uiri Cæsarei Pflugk, tot subselliis, tot auleis picturarũ & imaginum uerietate pspicuis, Phrigionum arte admirandis adornatum uidetis, ut magnificentissimis M. Scauri & Marcelli Romanorũ ædilium theatris, si non amplitudine, ornatu tamen conferre poteris. Cæterum, cum unumquodq; certamen, a ducum solertia, fortitudine, & magnanimitate spectetur, qd uetat hic & huius concertationis ducum ingenia & uirtutes commemorare? Quid tandem per deum immortalem, Eckio defuit, quod ad acerrimum ueritatis assertorem atti-

Verba Hieronymi cõtra luciferanũ.

Plutarchus de liberis educandis

Plato in thimeo ultra medium.

neret? q̃ argute de obiectis differuit? q̃ docte plæraq; confutauit? q̃ perite confutata, suis rationibus rursum fulciuit, & quasi nodis connexuit? Credas eum Carneadis exemplo, cuncta & refellere, & probare posse· tantam sane argumentorum syluam obiter effudit, ut Chrysippum ocius ingens ille soritarum aceruus, q̃ Eckium argumentorum copia deficeret. Tempus non sufficeret, si per singulos ætatis gradus, ordinem eius studii cōmemorare uellem· qui uix ephebis excesserat, cum omnia bibliorū uolumina: preter ꝓphetas: legisset, Adolescētiā ita sub optīo quoq; ꝓceptore in utroq; iure, & uera theologia contriuerat, ut tandē in iuuentute, ingenti præceptorū applausu, theologiæ, & decretorum doctor designaretur. Si naturales facundiæ dotes in eo spectes, quæcū[que] L. Crassus in oratore desyderat, hæc natura ei suppeditauit, acumen scilicet dialecticorū, sententias philosophorū, uerba prope poetarū, memoriam iurisconsultorū, uocem tragœdorum. cuius sonoritate eius uerba nostris auribus ita increbuerunt, ut Periclem torrenti orationis flumine tonitrua concitare putes, & Trachallū oratorem, quatuor causarum patronos, inter quatuor fori subsellia uocis grauitate obruere arbitreris, quē uox tantū, q̃tuscunq; fuit, oratorē reddidit. At memoria q̃tum polleat, uel ex hoc coniicere potestis, ꝙ numerosam obiectorū congeriem mira celeritate ad uerbum pene reddiderit. Cyneas Pirrhi legatus laudatur, ꝙ Romāi senatus proceres semel uisos Pirrho nominatim recēsuerit. Scæuola, ꝙ ī duodecim scruporū ludo recordaret, quo ordine q[ue]sq; calculos per tot ambages ꝓmouisset, summopere ꝯmēdatur. at q̃to uerborū, q̃ rerū memoria est difficilior, tanto Eckius illis memoriæ thesauro est locupletior· hinc hanc peculiarem : doctissime Ecki : laudem apud Bononienses obtines, ꝙ aduersarius tuus, nulla argumētornm copia, fœlicem tuam memoriā obruere potuerit, q̃uis id ex composito conaretur. Sed quis tam temerarii laudatoris officio sese cōtaminabit, ut Ioannē Eckium, præstantissimo utriusq; iuris & theologiæ doctori, Andreæ Carolostadio antepone-

Cicero ī aca. q:.i. de soritis Persius in fine operis.

Cice. li.i.de. ora. & Fabi9 Cicero ī bruto & in ora: Pli.li.i.epl'a. Fabi9 li, xii. de Trachallo Pli.li.vii·ca. xxiiii. Fabi9 li.xi.

re,aut hunc præferre illi audeat,priusq̃ singula,quæ ad hoc attineāt,adamussim perspexerit? Adeo pluria memoratu digna in hoc certamine Caroloſtadius præstitit· qui, quo rarius argumētorū tela spargit,tāto certius ad scopū collimat. Cuius sermo, ut est perspicu9,& suis salibus conditus, & prudēti Nestoris grauitate temperatus,ita ab oīm fuco & schematū affectatione:qua nihil est odiosius : abhorret. si uarietatem doctrinæ in eo cōtemplabere, miraberis,quod ætas illi ad hæc discenda suffecerit, utraq; iurisprudentia clarus,utriusq; theologiæ cōsultissimus· adeo , ut in dubiā contentionē uoces,cui plus operæ nauauerit. In quo & illud admiratiōe dignū,quod mediis sacræ scripturæ locis cū primis & ultimis acri iudicio collatis,ambigua scripturarum loca,sibiipsis concinere effecit? Sed quo piaculo te, Martine,uirum integerrimum præterierim?et qua honoris præfatione tuam doctrinā, ingenii acumen: quo plus sapere q̃ dicere uideris:tuam deniq; in exploranda ueritate constantiam commendem?qui tot male feriatorum hominū ꝓcellis exagitatus,nulli,nisi meliora dicenti, cedere uoluisti. Mira & ingenua est tui sermonis libertas,quæ ueritati perbelle quadrat,hæc cū nuda pingitur,nullis inuolucris uult obumbrari. Ob id Ethnici sacris Saturni temporum dei capite discooperto operabātur,quod ueritas temporis:ut Sophocles ait:filia nullo uelamie cælari uelit· sed ut Menāder ait,ερχεται τα αληθεα εισ φωσ ενιοτε ου ζητουμενον, uenit ueritas in lucē,uel non quæsita·hæc tuæ uitæ integritatem nobis communi rumore prodidit, qua & doctrina,& uiuendi ratione Augustinianū agis. Verum:uiri præstantissimi:cum ego tantorum uirorū ingenia uirtutes,mea oratiōe,ꝓ dignitate tractare nō possim,liceat mihi Thimāthum pictorē imitari,qui cruentā Iphigeniæ immolationem depicturus,cum tristem Calchātem Troiani belli uatem,mœstiorem Vlissem,mœrentem Menelaum, depinxisset,caput Agamēnonis uelo obduxit, quod summū illū patris luctū, penicillo imitari nō posset, sic cū ego vrarū uirtutū laudē, mea oratiōe assequ nō possim,nec sin-

Plutarchus in ꝓble·

Cicero ī oratore perfecto. & Plini9 hoc.

gula referre mihi sit integrum, reliqua silentio inuoluam & candidis auditoribus cogitatione tacita iudicãda & imi tãda, relinquo. Prima suscepti laboris parte, quouis modo peracta, iam nihil reliquum esse uideo, q̃ ut pro ingenti uestra beneuolentia, ex Illustriss: Principis nostri D: ac D: Georgii, Saxoniæ ducis, ac huius incly ti gymnasii maiorum instituto, Illustribus, generosis, ac eruditis huius certaminis spectatoribus, gratias agam. Mirum est, q̃ hoc illustrissimum Principem institutũ deceat. qui, ut est omnium beneficiorũ uel maxime memor, ita reliquos principes esse oportet. Ob id ueteres ciconiæ effigiem sceptris regum ac ducum insculpserunt. ut illius symbolo, principes, & pietatis, & gratitudinis cultores testarentur. Ciconia sane parentes suos seniō confetos, uiribus effœtos, fouent, succollant, & gratam educationis uicem illis rependunt, unde & græci απο του πελαργου, id est, a ciconia remũerationem antipelargosin appellant. Proinde, non temere Democritus bestias specula naturæ dixit, quas natura in exemplum gratitudinis nobis ante oculos statuisset. An non, quæso te, leo ille captiuus, Androdum seruum fugitiuum: qui spinam e pedibus leonis euulserat, & saniem uulnere conceptam, digitis leniter admotis, expresserat, uulnusq; siccauerat, totum triennium in specu suo reconditũ, ferarũ uenatione aluerat; hũc tãdem e latebra discedẽtem, romani ceperunt, quem ad feras damnatum, leo in Romano theatro grata beneuolentia agnouit, & quasi uita donauit. Sic Mediusfidius, leone & quauis bestia immaniores essemus, si nos uestra eruditione instructi, uestra contentione oblectati, nullas uobis ageremus gratias. Sed unde auspicati⁹, q̃ a deo optimo atq; maximo exordiar? cui in disputatiõis initio Brachmanni, Pythagorei, Academici, oratione supplicabant. in calce uero ipsius numen gratiarum actione litabant. Proinde, ne Ethnicis in cultu pietatis inferiores habeamur, gratias agimus cunctipotenti deo, hui⁹ mundi architecto prudentissimo, qui expansis in ara crucis manibus, uelut Moyses, pro nobis contra Amalech pu-

Pli. li. x.

Gelli⁹ ex apione hoc:

Plato Philostratus & picus li: de stu: h:phiæ hæc tradunt.

Exodi c, xvii

gnauit, & e seruitute diaboli, in libertatem asseruit. huic omnium maximo uictori, huius disputationis triumphus cedat, laus, gloria, & honor. Sed qua gratiarumactione & quo meæ dictionis decoro accumulem amplificemq́, illustrissimū.P:D.ac D.Georgium Saxoniæ ducem, Marchionem Misnæ, Præsidem prouinciæ Thyringiæ, clementissimū ac munificentissimū huius Academiæ Mœcenatem? ac illustrissimum eius filium, generosum paternæ nobilitatis specimen, D.ac D.Ioannem, Saxoniæ ducem, &c, seculorū memoria dignū? Et magnificum uirum Arnoldū :vuostē feldensem, augustissimæ academiæ Lipsensis principem cordatissimū? Ac alios duos illustres Principes, ætate quidem adolescentes, præcocis ingenii prudentia senes, dignitate heroes, D, ac D.Bernimū Stetinēsem, Pomeranorum, Cassubiorum, Sclauorumq́ ducem, & Rugihe principem clementissimū? Nec non D.ac D.Georgiū Anhaldi principem, Ascaniæ Comitem, & Bernaburgiæ dominū piissimum? quorum frequens ille consessus, haud obscure significat, quāto bonarum artium amore ducantur· quo solo: ut cætera taceam: non gratiam modo, sed honorem merentur amplissimū· si quidē: ut Plinius refert: innūeri olim reges, bonarū artium honore colebantur, & in ostentatiōe illas facultatibus præferebant, opem & immortalitatē per illas sibi ꝓrogari arbitrantes· & ut quisq́ literatus est princeps, ita optime imperauit. Olim a Romano senatu in laudem Taciti imperatoris, concordi suffragio acclamatum fuit, quis melius q̄ princeps literatus imperat? Sic quoq́, cū bona tantorum principum uenia, exclamare cum gratiarūactione libet, O fœlicem Saxoniæ, Pomeraniæ, Anhaldiq́ populū, cui tanti bonarum artium alumni, immo & Mœcenates imperant. Deinde iure optimo gratias q̄ amplissimas agimus, Reuerendis in Christo patribus, Dominis gratiosis, Abbati Portensi, & Pegauiensi, ac Posenaniēsi, qui celeberrimo eorum assessu, hūc disputatiōis actum illustrarunt, & præsenti fauore adiuuerunt. At iure quis me ingratitudinis postularet, si non beneuolū uestrum meūq́

Pli. in prooemio li. xiiii.

animũ declararẽ, strennuo ac nobili uiro Cæsareo Phlugk equiti aurato magnanimo· ac excellentissimo utriusq; iu/ris doctori Ioanni Kuchel, Illustriss: P: a secretis fidelissimo facundissimoq;· nec non strennuo ac nobili uiro Georgio de Vuidebach. quibus uel ob hoc gratias ingẽtes debem9, quod cum illustriss: Principis absentis uicem gererẽt, hãc disputationis aciem optimo ordine instruxerunt, & con/tentiones forte fortuna inter disputatores obortas, tã pru/denti festiuoq; consilio diremerũt, ut facile inter partes cõ/ueniret. Plato in quarto suarum legum dialogo, remp: be/atam fœlicemq; fore asserit, si uiri Nestori Troiano orato/ri similes, habenas reipublicæ administrauerint. Verũ cum præfati uiri, uitæ temperantia, senili ætatis prudentia, & eloquii grauitate, Nestorem referant, quid ni remp. nostrã fœlicem fore prædicem, si illorum consiliis diutius guber/naretur? Nec minus iuste, ingratitudinis uicio quisq̃ nos in/cesseret, si nulla gratiarũactione beneuolũ nostrum animũ erga hospites & aduenas testaremur. ꝓinde gratias q̃ pos/sum maximas agimus & habemus, præstantissimis fœlicis Erffordiani studii, ac Vuittenburgensis gymnasii doctori/bus, magistris ac Scholasticis, cæterisq; oĩb9 infimi & supre/mi subsellii hominibus, quicunq; hospitũ noĩe censentur, qui bonarum artium, & ueritatis desyderio illecti, per in/festa uiarum pericula, nostrũ adierunt gymnasium. quorũ aduentus ut nobis fuit longe acceptissimus, ita illis gratias agimus q̃ maximas. Tandem, haud mediocres gratias de/bemus prudentissimo senatui Lipsensi, qui hospites nr̃os, immo & suos, liberali beneuolentia affecit, & tumultus tot armatis uiris nobis assistentib9 coercuit· effeceritq;, ut uos inermes disputatores secure contenderetis, & ego uelut in Miloniano iudicio armatis stipatus, uerba tuto facerem. Sed euge iucundus uester aspectus, & fœlix huius certami/nis euentus, exigit· ut gratiarũactionẽ, applausus & congra/tulatio excipiat. Quis enim usq; adeo est amusus, qui tam erudito certamine, & summorũ ingeniorum cõflictu, non in intimis præcordiis ita oblectetur, ut ĩ risum effusissimũ

Plato li. iiii. de legibus.

soluatur? Quis usq; adeo est animi fastu ferox & ferreus, ut non tantorum disputatorum modestia demulceatur, qua suis affectibus pro uiribus temperarunt? Quis tandem alienæ fœlicitati adeo inuidet, ut non in tantis uiris ingenii acumen, memoriæ tenacitatem, nō uulgarem in sacris literis eruditionem, & uitæ integritaté, læto uultu exosculetur? Quare agite Musici, ob hæc omnia, tantis uiris cōgratulamini, plaudite, & iubilate. Et perinde ac in honorem sanctispiritus congressui cecinistis, ita rursum in laudem dei, receptui canite, & deum collaudate:

Dixi.

Errata sic emendato.

In.A.

In epis.uer.xxviii, le.primum, non primam
Fo.ii.uer.x.le.quicq̃. non quicquid
In tergo eiusdem uer.i.le.dedicauerint,
Ibidem uer.ii.insculptam, in annulis
Ibidem uer.xix.le.assertione, non assertrice
Ibidem uer.xxvii.le.ut huius.
Fo.iii.uer.i.le.squallidus animorũ carcer, &(ut Plato ait)
Ibidem uer.iiii.le.præstantior, non præstantius.
Ibidem uer.ultimo le.θηριον,
In dorso eiusdem uer.v.le.copioso.
Fo.iiii.uer.xxiiii.le.usu

In.B,

Fo.i.uer.xxviii.le.uarietate
Ibidem ad margi.le.Luciferianum,
Fo.ii.uer.xiiii.le.Ciconiæ, nō Ciconia
Ibidem uer.xiiii.le.confectos.
Reliqua pro ingenii tui captu emenda & intellige.

Lipsiæ, apud Melchiorem Lottherum,
Anno, a natali Christiano. M.CCCCC.
XIX. VI.Calen.Augusti.